SUnt qui Locatorem eum esse definiant, qui mercedem accipit, Conductorem qui dat: & idcirco dominum ædium, Locatorem esse, inquilinum, Conductorem: huic ex conducto, illi ex locato actionem dari. Sed hæc definitio non est perpetua: nam plerumque Locator is dicitur, qui dat mercedem, Conductor, qui accipit. Ut ecce, qui domum faciendam dat, locat, & hic tamen mercedem dat: & retro qui faciendam suscipit, conductor est, merces tamen ei datur: & ut illi ex locato, ita huic ex conducto competit actio. Similique modo is, qui pecus pascendum, qui sarciendum aut poliendum aliquid, qui puerum docendum, qui onus ferendum accipit: quamvis mercedem accipiat, conductor est. In quærenda igitur Locatoris & Conductoris definitione, à quo detur vel accipiatur merces, spectandum non est: nam est Locator non is qui accipit sed etiam qui dat mercedem: Conductor, non is qui dat sed etiam qui accipit mercedem. At generaliter, Locator est, qui dat utendum vel faciendum aliquid: qui accipit, Conductor. Verum hæc definitio cujusmodi sit, appositis exemplis demonstrare necesse est. Is, qui dat suam domum utendam, aut opus faciendum, Locator est, cum tamen hic det, ille accipiat mercedem. Qui vero domum utendam, vel opus faciendum accipit, Conductor est: & hic tamen mercedem accipit, ille dat. Inde qui custodiendis vestimentis nostris operam suam exhibet, Locator est, nos Conductores sumus: at is, qui vestimenta custodienda suscipit, Conductor est, nos Locatores. Et juris professor, si ad docendum suas operas exhibeat, ac de mercede paciscatur, Locator est, discipuli sunt Conductores. Quod si Juris professor complures in ejus disciplinam se dantes edocendos suscipiat, Conductor est, discipuli sunt Locatores. Eadem ratione, si rem vendendam certa mercede tibi do, ego sum Locator, Tu conductor: sed si tu me rem vendendam rogas, & ultro mihi tuam operam defers, tu Locator es, ego Conductor. Denique navis magister, si navem det utendam, Locator est: idem si accipiat merces vehendas, Conductor est: utroque tamen casu mercedem accipit. Dominus vero mercium priore casu Conductor, posteriore Locator est: & utroque casu tamen ipse dat mercedem navis magistro. Quid autem fiet, si, utrum dominus mercium navem conduxerit, an merces locaverit vehendas, ignoretur, & ideo incertum sit utra ei competat actio ex locato, an ex conducto? Et proditum est præscriptis verbis actionem dari dubitationis tollendæ causa. Idemque in superioribus casibus dici potest, si quemadmodum inter contrahentes inita res fuerit, ignoretur. Ex his autem apparet perpetuam esse hanc inter Locare atque Conducere differentiam, ut nihil sit aliud Locare, quam utendum vel faciendum aliquid dare: Conducere, accipere. Quod a me cum esset aliquanto nudius propositum in *lib. 3. Instit.* justum visum est, ut hoc in capite latius explicaretur. Non attuli tamen capita legum, ex quibus exempla hæc prompsimus, quoniam satis omnibus patent in *tit. Locati*, *& de lege Rhod. & de æstim. ac. & de præscr. verb.* Possim etiam ex aliis auctoribus assimilia exempla promere compluria, sed cum tot propria habeamus, quid alienis indigemus? *Observ. Joan. Robert. in Animadv. cap. 10. lib. 1.*

CAP. XXIX. *Explicatio l. eum qui probabilem, C. de Episc. & Cler.*

REcte, ut mihi quidem videtur, in capite tertio concilii Nicæni συνεισάκτους Rufinus Aquilejensis interpretatur Extraneas mulieres: nam & in *l. eum qui probabilem*, *C. de episc. & cler.* sacerdotibus & clericis, dum inhibentur consortia extranearum mulierum, proculdubio συνεισάκτων consortia inhibentur. Alii tamen συνεισάκτους malunt subintroductas, vel intromissas, vel adscititias interpretari in *c. nullus & c. interdixit*, *32. dist. & in No. cxxiii. §. 1. & §. presbyteris*, & in Aquisgran. concilii cap. 39. & Arelatensis 2. cap. 4. & in Eusebii histo. lib. 7. cap. 30. ubi Beatus Rhenanus, ex Chrysostomi quodam sermone, quales eæ mulieres fuerint, diligenter interpretatus est. Sed extranearum appellatio cum Græco verbo conveniat, & sit ab Imperatoribus usurpata in *l. eum qui*, & ab *Greg. lib. 11. epist. cap. 40. & 41.* mihi probatur magis. Quod tamen in ea lege de sororia appellatione traditur, obscurum forsitan esse videbitur, nisi adnotavero συνεισάκτους, a clericis & sacerdotibus, qui earum consuetudine delectabantur, sorores, aut matres, aut filias appellatas, ut propudia sua sub his videlicet pietatis nominibus obtegerent: id quod Hieronymus indicat in lib. ad Rusticum monachum de vivendi forma, & in lib. de vitando suspecto contubernio, & in eodem Sermone Jo: Chrysostomus, & Ancyrani Concilii cap. 18. Sensus igitur legis hic est, ut ne quis Sacerdos aut Clericus tales domo sorores habeat, & generaliter ne extraneas, id est, συνεισάκτους habeat, nec ullas omnino mulieres, præter matrem, filiam, germanam, & eam quæ uxor ante Sacerdotium fuerit. Additur in Concilio Niceno θεία, & quælibet hujusmodi necessitudine conjuncta mulier, ut procul absit omnis ab ea suspicio. Est autem eadem *l. eum qui probabilem*, translata in leges Bajuvariorum *tit. 1. cap. de presbyt. & diac.* ut minime habitent cum mulieribus.

CAP. XXX. *De stipulationibus emptæ & venditæ hereditatis.*

STipulatio emptæ & venditæ hereditatis ex emptoris parte interponitur, *Quanta pecunia ad te ex hereditate illa pervenerit*, *dolove malo tuo factum est eritve quo minus perveniat*, *tantam præstari*, *l. 50. de verborum obligat.* Ex parte venditoris ut concepta fuerit stipulatio non habemus: constat tamen id inter cetera potissimum ab emptore caveri consuevisse. Quantam pecuniam venditor hereditario nomine dederit, solverit, præstiterit, tantam se venditori præstiturum, *l. si ex pluribus*, *D. de hered. vel act. vend.* Videntur & illa verba fuisse recepta, *Quanta pecunia ad eum pervenisset*, *l. liber*, *§. 1. D. de stip. serv.* atque ita utrinque interponi stipulationes indicat *§. ergo si quidem*, *de fideic. hered.* Ad eas vero pertinet, ni fallor, tota *l. 2. eod. tit.* quod ut planius intelligatur, eam ipse legem & stipulationum formulas retexere subtiliter in hoc capite constitui. Primum omnium hoc in lege proponitur, venditorem hereditatis de suo facto satisdare: quo in loco Satisdare significat Repromittere, quod frequens esse ostendimus in *tit. quib. mod. tol. oblig.* Repromissionis verba illa sunt, *Quanta pecunia ex hereditate*, &c. Dubitari potest, an etiam satisdare de evictione debeat: Quod negatur in ea lege, ubi quoque Satisdare est cavere, non fidejussores dare: nam neque alius quilibet venditor de evictione dat fidejussores. Venditor igitur, etsi præstare debeat hereditatem esse, & se heredem esse, si quid tamen ex corporibus hereditariis evincatur, ut eo nomine cavere non debet, ita nec eo nomine tenetur, quoniam hoc agitur, ut id ex ea venditione tantum emptor habeat, quantum habiturus foret venditor. Proinde si res evicta non sit hereditaria, ideo de evictione non agitur, quia id actum non fuit, ut res non hereditaria veniret: quod si res evicta sit hereditaria, injuria judicis non obligat venditorem, *l. 5. D. de evict.* Non potest igitur dari casus, quo venditor de evictione teneatur. Eademque ratione dicendum idem est in venditione peculii: nam utrumque juris nomen est. Attamen venditor hereditatis cavere, ita uti diximus, debet, *quanta pecunia*, &c. ubi primum illa occurrit quæstio, quid pecuniæ verbo contineatur: eadem fere sunt verba cautionis, quæ ex lege Julia præstatur uxori a marito manumittente servos dotales uxoris voluntate. Pecuniæ autem in ea proprie verbum accipitur pro æstimatione, pretio, nummis, *l. si vero*, *D. solut. matrim.* At certe in hac stipulatione, pecuniæ verbum etiam corpora hereditaria comprehendit, idque explicatur in *l. quisquis*, *D. de leg. 3.* & *lege pecuniæ verbum*, *& l. cum stipulamur*, *D. de verb. signifi.* nam & *l. pecuniæ verbum*, ad stipulationes emptæ & venditæ hereditatis proprie pertinere, & cum *l. 2. D. de her. vend.* conjungendam esse, inscriptio utriusque, nec non Hereditatis verbum in ea lege explicatum, aperte demonstrat. Sed rursus quæritur, verbum *quanta*, utrum ad mortis tempus referatur, an aditionis, an venditionis. Et *d. l. 2. §. 1.* venditionis tempus ait spectari, non mortis, non aditionis. Sententia hæc est: In venditionem hereditatis venire non ea tantum quæ fuerunt mortis vel aditionis tempore, sed etiam ea quæ post mortem aut post aditionem accesserunt: hereditas enim, licet nomen sit juris, accessionem tamen & decessionem recipit. Si quid igitur accesserit post aditionem aut mortem, hoc in venditionem hereditatis venit: si quid tamen heredis facto decesserit, ut puta si ante venditionem hereditatis rem hereditariam vendiderit aut donaverit, pretium ejus præstare debet. Item si post venditionem rem aliquam nactus sit, eam rem præstare debet, *d. l. 2. §. sed etsi rerum*, *§. sed & rerum*, *l. venditor ex hereditate*, *eod. tit.* Apparet autem ex his in exquirenda quantitate venditæ hereditatis, ita venditionis tempus spectari, ut accessiones hereditatem augeant, decessiones heredis facto contingentes non deminuant: quod in ponenda ratione legis Falcidiæ non observatur: hic enim tempus mortis inspicitur, nec vel accessionibus augetur, vel decessionibus deminuitur hereditas. Ideoque si creditor filii patrem heredem scripserit, lege Falcidia interveniente in hereditate computabitur, quod heres defuncto debuit pro ratione peculii, quod fuit mortis tempore, *l. eo tempore*, *§. si creditor*, *D. de pecul.* cui opponi solet *l. si creditor*, *D. ad leg. Falcid.* Earum vero inter se conciliatio eruenda est ex *l. cum quo*, *D. eod. tit.* At si creditor filii patrem heredem scripserit, & his porro hereditatem vendiderit, emptori de peculio tenebitur, quod fuit venditionis tempore, & ita est accipienda *l. si creditor*, *D. de pec. l. 2. §. illud quæsitum*, *D. de hered. vend.* Tempus quidem mortis hoc etiam casu, vel saltem aditionis spectari conveniebat, ut in lege Falcidia: sed ideo venditionis tempus inspicitur, quia plerumque id inter vendentem & ementem agi videtur, *d. l. 2. §. 1.* sequitur in stipulationis formula, *Ex hereditate*: plenior esset uberiorque stipulatio, si diceret, *Ex testamento*. Cum vero dicat *Ex hereditate*, nec hereditas pupillaris, nec prælegata emptori præstanda sunt, *d. l. 2. §. illud potest quæri*. Non præstantur etiam ea quæ ex hereditate, sed propter hereditatem percipiuntur, ut in specie *l. item veniunt*, *§. cum prædiximus*, *D. de petit. hered. & d. l. 2. §. solet*. Verbum autem *pervenerit* uti accipiendum sit in eadem lege, explicatur *§. pervenisse*, & ut in cautione legis Juliæ, sic in hac stipulatione videtur pervenisse, sive jam exegit, sive exigere potest: & ideo cedere actiones venditor debet, non tantum principales, sed etiam accessorias, eas quoque quas ipse venditor postea nactus est, *d. l. 2. §. non solum*. Ex cessione, emptori directæ competunt. Sine cessione, utiles. Additur in stipulatione, Dolove malo tuo factum est eritve quo minus perveniat. Quæ verba sic explicantur in eadem lege, *§. sed & si quid*, ut dolum comprehendant & latam culpam. Ideoque venditor ex empto tenetur sive dolo, sive lata culpa id egerit, ne quid ad se perveniret. De levi culpa non tenetur, nisi cum in ea re custodienda, quæ jam ad ipsum pervenerit, negligens est, *l. 3. D. de hered. vend.* Hæc de stipulatione emptoris. Ad stipulationem venditoris, & ea quæ oportet emptorem præstare venditori pertinent a *§. Sicuti lucrum*, cetera omnia usque ad finem legis. Et, ut breve faciam, ad emptorem lex ait pertinere damna, onera, impensas hereditarias, æs alienum defuncti, etiam quod heredi defunctus debuit: quia etsi id videatur aditione confusum esse, tamen empta hereditate restituitur heredi & conservatur. Sed & si quid in rem hereditariam, quam venditor sibi recepit, ante venditionem impensum sit, id quoque venditori præstandum est, *d. l. 2. §. si venditor*, & hæc ita sibi recte dari venditor stipulatur, emptor promittit. Ad venditorem creditores hereditarii veniunt. Ad emptorem invitum non veniunt, *l. 2. C. de pact. l. 2. C. de hered. vend.* præterquam si fisco vendita hereditas fuerit, *l. 1. C. eod.* & ideo venditori, si quid hereditario nomine præstiterit, hac stipulatione caveri solet. Sed & si non fuerint interpositæ stipulationes emptæ & venditæ hereditatis

dita-

ditatis, ad ea quæ his stipulationibus comprehendi so-
lent, ex empto & vendito actiones dari, nemo est
qui ambigat.

CAP. XXXI. *Explicatio l. 1. C. de obligat. & act. & l. nulla, C. de procurat.*

VUlgo jactitur, mandatum re integra finiri morte
domini: quod in mandato venditarum, donata-
rum, aut in solutum datarum actionum non obtinet,
nisi si dominus sine herede decesserit: mortuo enim
domino sine herede, utilis actio mandatario competit,
ex cessione directa non competit, & hæc, ni fallor, est
sententia *l. 1. C. de oblig. & act.* a nemine, quod sciam,
adhuc explicata. Proponam speciem legis, ut melius pos-
sit ejus cognosci sententia. Valeria mulier (cui, si se
obliget, non si pro alio pecuniam solvat, S.C. Velleja-
num opitulatur) creditori pro debitore pecuniam nume-
ravit, non tam solutionis nomine, quam quasi pretii lo-
co: & ideo actionem quoque suam creditor mulieri man-
davit. Porro is decessit re integra, id est nondum li-
te contestata. Quæstionis est, an mandatum sit finitum.
Et quidem si heredem creditor habeat, mandatum non
finitur, propterea quod fidem venditionis ab herede im-
pleri oportet. Itaque mulieri non tantum utilis actio
proprio nomine, sed etiam directa ex cessione competit.
Quod si heredem non habeat, finitur mandatum: &
ideo Valeriæ utilis quidem actio datur, quæ cuilibet em-
ptori actionis proprio nomine competit, directa ex man-
dato non datur. Ut ergo ejus morte, qui nomen emit,
mandatum non finitur, *l. illam, C. de donat.* ita morte
domini mandatum non aliter finietur, quam si is re inte-
gra sine herede decesserit. Et hæc quidem obtinent in
procuratore in rem suam puta in mandato venditarum,
vel donatarum actionum, sicut initio diximus: nam si
in rem meam ad agendum vel defendendum procura-
torem constituero: me re integra mortuo, mandatum fi-
niri, nemo est qui nesciat. Verum dubitari potest
utrum isto casu rem integram esse definiamus, eam quæ
nondum sententia judicis definita est, an, ut superiore
casu, eam quæ in judicium deducta & contestata non-
dum est: quod ratio facere videtur, & ita Juliano pla-
cet in *l. nulla, C. de procurat.* Igitur si dominus post litis
contestationem decesserit, mandatum non finitur. Ratio
Juliani hæc est, quia litis contestatione procurator do-
minus litis fit: usque adeo, ut & alium ipse procura-
torem facere possit. Memini hanc Juliani constitutionem
a Symmacho laudari lib. 1. epistol. his verbis. *Successit
aliud, ut obitu Marcianæ clarissimæ feminæ mandatum di-
ceretur extinctum, sed contra venerabilis Juliani sanctio
stare procuratorum jussit officia, causarum dominis viven-
tibus inchoata.*

CAP. XXXII. *Emendata & explicata l. ult. D. de leg. lib. 3.*

DIcam primum quid emendandum putem in *l. ult. D.
de legat. lib. 3.* deinde quid me moveat, & quæ
sit legis totius sententia, breviter exponam. Puto sic
initium legis emendandum esse, *Si pater exheredato fi-
lio instituit heredem extraneum.* Itaque pro *Substituit,*
repono, *Instituit:* ut sit hæc species, Pater filium im-
puberem exheredavit, extraneum heredem instituit, &
alium quemdam filio exheredato in secundum casum
substituit: deinde illo extraneus hunc filium heredem
instituit: isque aditione factus heres, atque adeo pater-
nam hereditatem nactus, ex beneficio heredis paterni,
non ex judicio patris, intra pubertatem decessit, eique
substitutus e substitutione pupillari heres extitit. Quæ-
ritur, an ea legata, quæ a substituto exheredati filii pa-
ter reliquerat, debeantur. Et quidem si heredi extraneo
filius exheredatus fuisset substitutus, & primum here-
ditas ad eum ex substitutione, deinde ad exheredati sub-
stitutum pervenisset, a substituto exheredati relicta pro-
culdubio legata deberentur. At cum in specie proposi-
ta non ex substitutione patrisque judicio, sed ex heredis extranei testamento ad exheredatum hereditas pervenerit, magis est ut legata substitutus non debeat: nam & hoc casu ab ipso exheredato legari non potuit, illo potuit: non est autem æquum ut plus testator juris habeat circa personam substituti, quam in eo cui eum substituit, *l. qui fundum, §. qui filios, D. ad leg. Falc.* Atque ita in initio legis de qua agitur, speciem ponendam esse indicant quæ sequuntur: quibus illo amplius dicitur, idem dicendum esse, si frater institutus fratrem exheredatum instituerit, & is deinde adita hereditate fraterna intra pubertatem decesserit: nam etsi quod per fratrem accipit, proprius ex patre ipso esse videatur (cui per patriam potestatem ambo ita devincti sunt, ut unam familiam unamque personam quodammodo constituant) quam id quod per extraneum heredem exheredatus filius accipit: si tamen verum amamus, utroque casu dicendum est, non directo, id est principaliter, sed per successionem bona patris ad filium exheredatum pervenire, denique substitutum exheredati legata non debere. Idemque est si frater exheredatus instituto fratri ab intestato heres extiterit. Cum vero ut species ponitur in fratre, ita quoque in extraneo ponenda sit, quis non videt pro *Substituit*, necessario legendum esse *Instituit*? Nam si legamus, *Substituit*, & ita ponamus pupillo substitutum heredem extraneum pupillo herede relicto decessisse, nullus profecto substitutus pupillo superfuerit. Quod enim affingit Accursius, duos ei substitutos patrem dedisse, heredem extraneum, & Sempronium, omnino commentitium est: nec sane fuit cur auctor legis duorum substitutorum exemplum apponeret. Placet etiam in illo legis loco, *Quia non principaliter, sed per successionem bona fratris ad eum pervenerunt:* pro *Fratris*, reponere *Patris*: nam patris dumtaxat hereditas, uti ad filium pervenerit inspicitur. Sic paulo ante, *Quia non directo*, inquit, *sed per successionem ad filium hereditas patris pervenit.* Et cum uno in loco dicat *Directo*, in altero *Principaliter*: ex eo etiam colligendum est, Directo nihil esse aliud quam Principaliter: idque memini me adnotasse in *§. ult. quod cum eo*, &c. Imperatores dixere, *nomine principali* in *l. 8. C. Theod. de his qui sup. relig. conten.* Julianus suo nomine in edicto novo.

CAP. XXXIII. *Explicatio l. 1. C. de quæstion.*

VEtere S.C. cavetur, quæstionem de servis contra dominos haberi non posse. Ab hac sententia Impp. Severus & Antoninus in *l. 1. C. de quæst.* tres excipiunt causas, adulterii, fraudati sensus, majestatis. At quæri potest, an ut in adulterii, sic & in stupri vel incestus causa, in domini caput servi torqueantur. Et respondetur non torqueri in *l. de incestu, l. extraneo, D. de quæst.* quod & Ammianus Marcellinus tradit lib. 28. *Mancipia*, inquit, *squalore diuturno marcentia in domini caput ad usque ultimum lacerabat exitium, quod in stupri quæstione fieri vetuere clementissimæ leges.* Valer. tamen *6. cap.* 8. M. Antonii oratoris servum in caput domini tortum fuisse cum incesti esset reus, & Cicero in Part. de incestu quærendum. Sed si per adulterium incestum committatur, domino incesti postulato recte Papin. respondit de servis quæstionem haberi, *l. vim, §. ult. D. de adult. coerc. l. si quis viduam, D. de quæstion.* nec incesti crimine adulterii crimen obliteratur. Ceterum non primi Severus & Anton. a S. C. adulterii crimen exceperunt: namque hoc, ut Papin. ostendit in *l. extraneo*, M. Antoninus philosophus primum, deinde maximus princeps secutus est. Ubi nemo est, qui non sit quæsiturus, quem Papin. Maximum principem vocet. Is autem est Severus Imperator, *l. in honoribus, D. de vacat. mun. l. qui solidum, §. 1. de legat. lib. 2.* Eidem Papiniano etiam Optimi & Maximi sunt principes Severus & Antoninus in *l. Jurisperitos, de exc. tut. l. cum secundis, §. 1. de his quib. ut indig. l. 7. De vac. mun.* Et hi etiam fraudati census crimen exceperunt. Crimine hoc tenentur, qui non omnia quæ habent, ex fide bona in censum deferunt. Est & fraudati vectigalis crimen, *l. fraudati, D. de publican.* sed hoc ipse crimen exceptum fuisse non invenio. Iidem Imperatores perduellionis crimen excipiunt. Tum adjiciunt. In ceteris criminibus, si dominus aliis probationibus fuerit convictus, inanem esse præscriptionem hanc, quo servi quoque in domini caput interrogati fuerint. Unde consequens est, deficientibus aliis probationibus, utilem esse præscriptionem. Credo hujus rescripti partem quandam referri in *l. 1. §. item Severus Spicio Antigono, D. de quæstion.* de servorum indiciis contra dominos non admittendis: nam etsi in inscriptione rescripti sive *l. 1. C. de quæstion.* vulgo legatur *Antianæ*, tamen quia veteres libri habent *Antigone*, credo legendum esse *Antigono*, ut in *§. item Severus.* Id vero ad extremum additur in eo rescripto, In civilibus causis ex inopia probationum servos interrogari. Placet enim Haloandri lectio, tum quia hæc rescripti pars ita refertur in *l. Divus, D. de quæstion.* tum etiam quia rationi summopere id congruit: nec enim in domini caput interrogantur qui civilibus in causis interrogantur. Ideoque licet in criminalibus nec inopia probationum audiantur, in civilibus tamen vel inopia probationum audiendi sunt. Quamobrem non *Nec inopia*, sed *Ex inopia* legendum est. In lege illa etiam error est in Coss. & pro *Fusco & Dextro*, legendum *Dextro & Prisco.*

CAP. XXXIV. *Explicatio l. dotalem, & l. hac actio, D. sol. matrim.*

MAritus aut uxore donante, aut negotio contracto, aut invita uxore manumittit servum dotalem. Si donante uxore, nihil uxori præstat, *l. si constante, §. si vir, l. quod si vir, D. sol. matr.* Si negotio gesto, ea vir uxori præstat, quæ a liberto ad eum quasi ad patronum pervenerunt. Cetera quæ alio jure ad eum pervenerunt, non præstat. Illa vero præstari ex lege Julia & Papia Ulpianus indicat in *l. si vero, D. eod.* & inde ipse colligo ex *lege Julia* uxori actionem dari, ut vel res ei vel cautio præstetur. Cum enim obligatio nova lege introducitur, neque cavetur quo genere actionis experiundum sit, ex lege agendum est, *l. 1. D. de condic. ex lege*, atque hoc etiam confirmat *l. filius, §. ult. D. ad leg. Cornel. de fals.* Quæsitum est, inquit, quid mulier ex lege Julia consequi possit, id est, quid condictione ex lege Julia consequi possit. Hæc vero est illa diu perquisita necdum ab interpretibus inventa actio, de qua agitur in *l. hæc actio, D. sol. matrim.* Hæc actio, inquit, etiam constante matrimonio, mulieri competit. Hæc actio, id est, condictio ex lege Julia, non actio de dote (nam hæc matrimonio constante non competit excepto casu *l. si constante in prin. solut. matr. & l. 1. C. de repud.* ad quos si cum Azone sententiam legis *hæc actio*, coangustaveris, profecto fueris ridiculus) non actio ex stipulatu (quandoquidem hac ipsa actione stipulatio extorquetur, officio enim judicis præstatur, *l. si constante, §. si vir sol. matrim.* & hic utique judex, cujus officio præstatur cautio, cum sine actione judex esse non possit, additur actioni ex lege Julia) non est etiam illa, vel mandati, vel negotiorum gestorum actio: nam etsi muliere invita servos dotales manumiserit maritus, hæc de qua loquimur actio competit: & huc pertinet *l. dotalem, D. sol. matr.* cujus, ni fallor, hæc est sententia: Si servos dotales invita uxore maritus manumiserit, omnia uxori præstat, sed non eodem omnia judicio: nam ea quidem, quæ jure patronatus consecutus est, etiam constante matrimonio restituit condictione ex *lege Julia*, cetera autem dotis judicio, soluto matrimonio. Quia vero lex *Dotalem*, in initio ambiguo verbo usa est, *Invita*, vel teste Seneca *lib. 6. de benefic. cap. 7.* ideo in fine additum est, *Si modo uxor manumittenti refragatur*: ut intelligeremus invitam esse, non quæ consentit, sed quæ contradicit.

Observ. Joan. Robert. in Animadv. cap. 20. lib. 2.

CAP. XXXV. *Quo causa momenti & proprietatis ordine agatur.*

QUid sit momentum, exposui libro primo. Nunc ostendam hoc capite, momenti causa quo ordine quibusque legibus agatur atque decidatur. Et alia quidem est principalis, alia momenti causa: In hac, de erepta possessione agitur, In illa, de proprietate: utraque autem ab uno eodemque judice definienda est, ut est constitutum in *l. nulli, C. de judic.* & Gregorius recte his verbis exponit *lib. 7. Epist. cap. 100. Legali provisione decretum est tam momenti, quam proprietatis causam in uno eodemque judicio debere cognosci.* Ceterum prius de momento, quam de proprietate cognoscendum est: & hinc an eæ duæ quæstiones a judice simul disceptari & definiri possint, ab interpretibus nostris varie disputatur. Ego inveni apud Symmachum *lib. 1. Epist.* jampridem hoc fuisse ab Imperatoribus ita definitum, non ut cogantur, sed uti possint judices, si velint, quotiens de possessione judicant, continuo etiam, si casus tulerit, de proprietate cognoscere. Sed libet referre totam hanc momenti quæstionem, quæ apud Symmachum agitata, & ab ipso deinde per epistolam Imperatoribus relata est, ut intelligatur quæ tunc fuerit movendi & exercendi momenti ratio. Cæsariana massa communis erat inter Scirtium ac Theseum ex æquis partibus pro indiviso: nam ex mandato Facianæ clarissimæ feminæ Scirtius Theseo massam communicaverat. Massam, possessionem sive coloniam vocat, Massarium, colonum: quibus verbis Cassiodorus & Gregorius utuntur sæpissime in epistolis, & Rotharius Rex Langobardorum in edicto suo. Porro Theseus cum decessisset in minore ætate liberis heredibus relictis, Scirtio vi erepta est pars dimidia Cæsarianæ massæ. Scirtius momenti beneficium impetravit, ac per executorem, cum ei possessio redintegraretur, huic rei se objecerunt heredes Thesei, & Artemisius Olibrii procurator. Ibi tum Symmachus præfectus urbi, a quo Scirtius momenti beneficium impetraverat, ut statum possessionis omnem pernosceret, officialibus negotium dedit, ut colonos prædiorum evocarent, iisque quorundam interventu exemptis, cum jussisset rursus ad hanc rem instruendam necessarios evocari, exhibitus est unus Thesei libertus, adfuerunt heredes etiam Thesei, procurator Olibrii non adfuit. Interrogatus libertus quis prædiorum colonos abduxisset, nonnullos delituisse, alios vero ad villam Olibrii perductos fuisse respondit: atque ita qui non fuisset in patronum interrogatus *l. libertorum, C. de testib.* in liberos patroni jure interrogatus fuit: sed iis tamen, quæ ab eo dicta sunt, non magnam fidem habuisse Symmachus videtur: ac deinde fuit etiam a Valentiniano constitutum, ut liberti ne in patronorum filios vel nepotes interrogarentur, in *Novel. de libert. & suc. cor.* Porro audito Thesei liberto, evocati sunt & exhibiti Prænestini confines Cæsarianæ massæ, ac tum Olibrii procurator etiam emersit, & defensor minorum, id est, heredum Thesei, sine quo judicium cum eis consistere non poterat, & agitari de possessione cœptum est: ac pro sua quisque parte, cum sibi possessionem defendisset, interrogati tandem sunt Prænestini curiales hoc ordine. Nomina primum ac singulorum dignitates præfectus urbi sciscitatus est, tum quis esset locorum, de quibus agebatur, justus possessor, deinde quis tributa & indictiones, quæ quidem sunt possessorum onera, exolvisset. Responsum est, possedisse Scirtium cum Theseo, eosque onera semper tributorum & indictorum sustinuisse. Rursus interrogati quis e possessione Scirtium dejecisset, hujus rei culpam in actores Olibrii contulerunt, eaque omnia denuo auditis reis intima-

ta partibus cum fuissent, ibi tum Olibrii procurator dixit, massæ partem dimidiam Olibrio Thesei morte quæsitam esse: Contra Scirtius, fateri se morte Thesei, cum quo massam communem habuit, massæ partem dimidiam ad alios translatam esse, eamque se consentiente Thesei heredes retinere, nec impedire se quin eam Olibrius quoque, si possit, sibi retineat: ceterum ad se massæ alteram dimidiam partem pertinere. Defensor autem minorum dixit, massam in solidum ad minores pertinere, quod partem Theseo ex Facianæ mandato Scirtius tradidisset, partem in liberos Thesei spontanea largitate contulisset. Cui sic respondit Scirtius, se Theseo petente, eandem partem, quam ex mandato Facianæ tradidit, in eum vel ejus liberos veluti ex donatione contulisse, sicut sæpe alias fit, ut quod ex transactionis causa traditur, veluti ex emptione tradatur, *l. cum ea quæ*, *C. de transaction.* ut id quod agitur majorem vim obtineat. Ea vero se mente fuisse Scirtius ex eo demonstrabat, quod posteriore donatione se partem pro indiviso donare conscripsisset: nec enim, si partem ipse sibi nullam retinuisset additurus fuit pro indiviso. Hæc omnia, quæ ex utraque parte adserebantur, cum Symmachus dixisset non ad momenti, sed ad proprietatis quæstionem pertinere, ac ipsi etiam defensores de jure simul cognosci desiderarent, proferrentque illam constitutionem, quæ judici tribuit potestatem de possessione simul & proprietate cognoscendi, & cum de proprietate illi non tantum cum Scirtio, sed etiam inter se certarent: visum est Symmacho pronuntiandum prius esse de possessione, dilata proprietatis causa. Ita igitur ex Scirtii documentis & curialium testimonio, pronuntiavit pro Scirtio. Defensores provocarunt ad principem: nam a præfecto urbi provocatur princeps, *l. Æmilius*, *D. de minor.* Non fuit recipienda provocatio, *l. 1. C. si de momen. poss.* Symmachus tamen eam recepit, ut in examen, inquit, Imperatorum & invasionis indignitas & modus judicii perveniret.

CAP. XXXVI. *Explicata l. penult. D. de trit. vino, & oleo leg.*

DOlia esse in vasis vinariis aperte demonstrat *l. vinaria*, *D. de verb. signific.* modo si in eis vinum sit. Huic sententiæ quidam opponunt *l. penul. D. de trit. vino, & oleo leg.* Quam ipse nunc si fideliter exposuero, non esse cur eam illi adversam faciant, nisi me fallo, & statim persuasero. Vino legato aut vendito debentur amphoræ & cadi: utres aut cullei non debentur, quia non condendo, sed deferendo vino parati sunt, nec sunt vasa vinaria. Dolia quoque non debentur, quoniam ad perpetuum usum in cella defodiuntur & deprimuntur, nec ut cadi & amphoræ ideo habentur ut exportentur: idemque plerumque cupparum usus est, & ideo eæ quoque debentur. Quamobrem is, qui doliare vinum vendidit, nisi in tempore vinum tollatur, id potest effundere: atque ut sciatur, vino ad mensuram vendito, quantum emptori perierit, qui pro eo, quod admensum fuerit, pretium debet, mensuram, ut Jurisconsulti veteres tradiderunt, facere per corbem potest, *l. 1. §. ult. D. de peric. & com. rei vend.* quod facere a veteribus dictum videtur, ac si per cribrum dixissent, ut sic quod ex dolio diffunditur, quasi in vas aliquod effluat statim & effundatur. Vix enim est, ut corbis liquorem contineat, cum fiat ex viminibus, ut Varro *lib. 1. de re rust.* scribit, *cap. 22.* & proprie cogendis fructibus comparata sit, *l. in instrumento*, *D. de instru. vel instrum. leg.* Et ut maxime ita possit corbis conserte contexteque fieri ut vinum contineat (nam & ex viminibus ita naves fieri Cæsar, Plinius, Lucanus auctores sunt) corbis tamen mensuræ genus non est. At sicut vino doliari vendito, non ita vino legato, potest vinum heres effundere, licet per exceptionem quanti sua interest habuisse dolia inania sibi servare possit: idque ostendit *l. si heres*, *D. de trit. vin. & ol. leg.* ubi ratio diversitatis ab Accursio recte notata est, multo certe felicius quam ab eodem fuerit in superiore quæstione statuta differentia inter legata & venditiones in *l. in testamentis*, *D. de divers. reg. jur.* nec enim ea in re quidquam a venditionibus legata distant, sed, ut superius dictum est, tam vendito quam legato vino cadi & amphoræ debentur: dolia, cuppæ prædio inhærentes, utres, cullei non debentur. Hinc existit quæstio. Si quis vina cum vasis legaverit, an & vina doliaria debeantur: Nam etsi re vera dolia sint vasa vinaria, vulgus tamen in vasorum numerum ea proprie reputat, quæ exportantur, quæ non hærent prædio, quæ ad perpetuum usum non reservantur, ut puta cados & amphoras. Ideoque Trebatius dicebat ex defuncti sententia non deberi vina doliaria, quod ea tantum legasse videretur, quæ in vasis, id est, amphoris & cadis essent: vinum autem, quod est in doliis, vulgus in vasis esse non putat. Ex verbis tamen Trebatius ait vina etiam doliaria deberi. *Ceterum*, inquit, *dolia in vasis vinariis non essent*: ubi *Ceterum* significat absurdum, & sumitur pro alioquin. At a Proculo Trebatius merito reprehenditur in *d. l. penult.* Sententia Proculi hæc est: Demus, concedamus hoc, dolia non esse in vasis vinariis, atque ita rem falsam admittamus, majoris contentionis evitandæ causa, non tamen legato vino cum vasis, id quod in vasis non est, id est, quod est in doliis, ideo minus debebitur. Tam ergo doliare, quam vasarium debebitur, sicut servis cum peculio legatis: tamen non peculiati servi debentur, quam peculiati, *l. 6. de trit. vin. & oleo leg.* Hæc si diligenter expendantur & conferantur cum illa *l. pen.* ejus, ut opinor, sensus unicuique liquido constabit. Illud adjiciendum est, in ea lege corrupte legi *Probetur*, existimare me, cujus verbi loco lubenter sane reposuero. *Prometur*. Horatius, *Promere languidiora vina*. *Benignus deprome quadrimum*. Ovidius 4. Fastorum, *Quæque puer quondam primis diffuderat annis, Promit, fumoso condita vina cado.*

CAP. XXXVII. *Variasse Papinianum, reique hujus quædam in Justiniani Pandectis adhuc extare vestigia.*

VAriasse Papinianum, & mutasse aliquando sententiam scribit Justinianus in *l. ult. §. sed cum*, *C. de furt.* sed hoc idem ipse Papinianus de se ipso profitetur in *l. si venditor*, *§. ult. D. de ser. expor.* quod uti frustra cum eo *§. ejusdem tituli*, *l. servus ea lege*, interpretes nostri adducere in concordiam conentur, manifesto indicabit, si totam eam quæst. in qua variavit Papin. diligenter exposuero. Igitur si servus hac lege venierit, ut exportetur ex Italia, vel ut ne exportetur, si contra legem factum esset, si venditor pœnam stipulatus sit: actio ex stipulatu omnimodo competit sive vindictæ, vel affectionis, sive pecuniæ nomine venditoris intersit. Quæsitum est, an eadem sit vis actionis ex vendito, quæ quidem lege non servata, non tantum si pactus sit pœnam ab emptore præstari, sed etiam si nihil ea de re convenerit, venditori competit. Et quidem si pecuniæ sive rei familiaris nomine venditoris intersit, ut puta quod ipse ob legem non servatam in pœnam inciderit, nemo dubitat ex vendito actionem esse. Æque bonæ affectionis ratione, etiamsi nihil ob eam rem venditori absit, ut puta si servus contra legem exportatus fuerit, venditori actio competit: quoniam hominem beneficio affici, hominis interest propter naturalem hominum cognationem inter se, *l. ut vim*, *D. de just. & jur.* At solius vindictæ ratione, id est, quod animo sævientis non sit satisfactum, Papiniano aliquando placebat, ne ex pacto quidem in continenti apposito actionem esse: atque ita sæpe fit alias ut stipulationi plus quam pacto ex continenti apposito tribuatur, *l. quod si locus*, *D. de religios.* *l. avia*, *C. de jur. dot.* Id autem Papiniano placuit *lib. 10.* quæstionum, id est, in *l. servus ea lege*, quod crudele nimium sit, & indignum, si res familiaris nullum damnum patiatur ob pœnam vel contumeliam homini non irrogatam hominem experiri. Sed idem Papin. *lib. 27.* mutavit sententiam, & a Sabino restatus est se in contrarium trahi, quod semper intersit venditoris, propterea quod ut lex servaretur, ideo viliore pretio servum vendidisse videatur: & hoc continetur in *l. si venditor*, *§. ult.* Utinam qui hoc tempore jus nostrum interpretantur, Papinianum imitati, quæ vel falso vel inepte aliquando & senserint & scripserint, ingenue retractent, nec eis contra quam postea resciverint, tam obstinato tamque obfirmato animo, uti faciunt, perseverent.

CAP. XXXVIII. *An tutor pupillum adrogare possit.*

ADrogari antea non poterat nisi jam vesticeps, id est pubes, ne in potestate tutorum esset, liberum caput alienæ ditioni subjicere: atque hoc Aulus Gell. scribit *lib. 5.* Nunc ex constitutione Antonini Pii etiam investiceps, causa cognita, adrogari potest: quod etsi nominatim in Pandectis relatum non sit, Ulpianus tamen ita scribit in Fragmen. & in Pandectis etiam sæpe fit mentio quartæ Antonianæ pupillo adrogato debitæ. Illud vero hic inspici quærique dignum est, an pupillus a tutore ipso adrogari possit: qua in re pugnare videtur *l. nec ei permittitur*, *D. de adop.* cum *l. nonnumquam eod. tit.* nam *l. nec ei* adrogationem ait non esse permittendam, ne ratio reddendæ tutelæ cohibeatur, *l. nonnumquam* omnimodo esse permittendam. *Imperator*, inquit, *Titus Antoninus rescripsit, privignum suum tutori adoptare permittendum.* Idem igitur qui adrogationem pupilli permisit causa cognita, & eam tutori nominatim permisit. Sed verius est, tutori vitrico pupilli adrogationem permitti: quod etiam Accursio nostro suboluit, quoniam eum est verisimile affectione sancta moveri ad privignum eundem pupillum suum adrogandum, idque confirmat *l. ult. C. de confir. tut.* Plinius ad Trajanum *l. 10.* *Voconii Romani eximia pietas hanc ipsam matris liberalitatem, & statim patris hereditatem & adoptionem a vitrico meruit.* Enimvero si pubes factus privignus non expedire sibi adrogationem vitrici probaverit, pristinum jus recipiet, *l. & si pubes*, *D. de adopt.* Et quidem hæc eo maxime sic explicanda esse censui, quod non desint qui pro *Privignum* in *l. nonnumquam*, sibi persuaserint, legendum esse *Pupillum*

CAP. XXXIX. *Explicata quæstio l. Stichum qui meus erit, D. de legat. lib. 1. & emendata l. scribit, §. ult. D. de auro & arg. leg.*

MUltum a demonstratione condicio distat: Demonstratio in præsens, Condicio in futurum tempus confertur. Hæc omnimodo exstat necesse est, ut legatum debeatur. Illa etiamsi vera non sit, atamen debetur. Et ideo non frustra quæritur in *l. 6. D. a legat. lib. 1.* utrum hæc verba *Stichum qui meus erit cum moriar*, demonstrationem an condicionem faciant. Labeo autem ea pro demonstratione accipit, *l. 5. §. 1. D. eod. in l. nuper*, *§. ult. de legat. lib. 3.* Trebatius contra, pro condicione, nec putat quicquam interesse, ita legetur, *Qui meus erit*, an *Si meus erit.* Ideoque si tempore mortis in reum aut pro parte servus alienus fuerit, ex sententia Labeonis totus debetur, ex sententia Trebatii non debetur, ni quatenus eo tempore defuncti fuerit. Trebatius præceptor fuit Labeonis: sed Labeo, auctore Pomponio & Gellio, in his, quæ a præceptoribus accepisset, non perseverabat: ideoque non mirum si Labeo hac in re a Trebatio dissideat. Obtinuit autem sententia Trebatii, ut in illa *l. 5. & l. nuper* traditur. Proinde in *l. 6.* dum Julianus ait magis condicionem legato injecisse, quam demonstrare voluisse patremfamil. eo in loco articulus *Meis*, non ut sentit Accurs. συγκριτικῶς, verum ἀπλῶς accipiendus est, ut & *§. is quoque*, *quib. mod. re contrah. obligat.* dum Justin. ait solventem magis velle negotium distrahere, quam contrahere, apud Paulum in *l. 1. D. comm. divid.* dum ait actionem pro socio magis ad personales præstationes, quam ad communium rerum divisionem pertinere. Sumitur tamen alibi συγκριτικῶς, ut in *l. jubere*, *D. de jurisdic.* utramque vero hujus articuli significationem sic eleganter Diogenes Laertius expressit in Pyrrhone Heliensi αὐτὸ δὲ τὸ μᾶλλον ἢ συγκριτικῶς ἐκφέρεται, ὡς ὅταν φῶμεν μᾶλλον τὸ μέλι γλυκὺ ἢ τὴν σταφίδα: ποτὲ δὲ ἀπλῶς ἐκφέρεται, ὡς ὅταν φῶμεν μᾶλλον ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ ἢ βλάπτει: σημαίνομεν γὰρ ὅτι ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ, βλάπτει δ' οὔ. Movetur tamen Accursius *l. scribit*, *§. ult. D. de auro & arg. lega.* ubi hæc verba, *Quod paratum erit*, Q. Mucius ait habere in se & demonstrationem legati & argumentum. Sed & movetur loco admodum corrupto atque depravato: nam cum dixerit Quintus Mucius hanc scripturam *Quod paratum est*, in se demonstrationem habere: quid hæc ab illa distabit, si demonstrationem illa quoque in se contineat? deinde, quid sibi vult eo in loco argumentum? Ego ducta conjectura ex quibusdam libris in quibus legitur Augmentum, sic emendavi, *Rectissime scribit Quintus Mucius, ut hæc scriptura habeat in se & deminutionem legati & augmentum.* Hæc est igitur ex Mucii sententia inter duas illas legatorum formulas differentia, quod quæ in futurum concipitur, deminutionem in se atque augmentum legati contineat: illa vero quæ in præsens concipitur, non item. Simili pene loquendi figura Ulpianus ait in *l. item veniunt*, *D. de pet. hered.* hereditatem & augmentum recipere & deminutionem. Non dubito quin doctissimus quisque hanc emendationem nostram approbaturus sit.

CAP. XL. *Addita quædam his quæ in primo libro sunt tradita.*

ADdatur lib. 1. cap. 9. Cajum etiam Fufidii auctoritate uti in *l. ult. D. de manum. vind.* Et quia capitis 31. emendatio cœpit jam a quibusdam rejici & repudiari, addatur quod Varro *lib. 2. de analog.* scribit, Cubiculum si fenestram non habeat, cæcum dici. Audio etiam non probari emendationem *cap. 13.* ubi in *l. Fulcinius, ex quib. caus. in poss. ea.* pro *Stationes*, audere me *Statuas* reponere conscripsi: Stationes enim tabernas esse, tabernasque circa forum complures extitisse: Igitur non fuisse cur eo in loco veterem commutaremus lectionem. Ego vero cum id scriberem, tabernas in foro Romano fuisse jam inde a Tarquinio Rege, qui circa forum privatis ædificanda loca divisit, auctore Livio, non ignorabam: eas vero tabernas appellari Stationes non existimabam, neque vero nunc etiam arbitror. Ceterum qui hoc adstruere conantur, proferunt, *l. item apud Labeonem*, *§. convicium*, *D. de injur.* ubi tamen diserte Statio, tanquam diversa, separatur a taberna. Ad hæc persæpe ita Stationis nomen in Plinii epistolis accipi notant: qua in re facere non possum, quin ab eis candorem animi requiram: nam Stationem quidem militum Plinius lib. 10. dixit, & in uno libri primi atque altero libri secundi loco stationes apertissime pro locis in quibus homines adesse frequentes & convenire solent vel audiendi vel confabulandi vel reficiendi animi causa, ut & Juvenalis *Sat. 11. & Aul. Gellius lib. 13.* quæ Græci συνέδρους, & κύκλους, Latini etiam circulos vocant: eodemque modo sæpe Stationes Tertullianus dixit, loca demonstrans in quibus Christiani stantes die Dominico Dominum orabant (nec enim eo tempore Deum, uti tum loquebantur, de geniculis adorabant) idque nomen idem ipse ait esse ab exemplo militari translatum in libro de Oratione: & ita quoque Marcellinus accepit in fine libri 28. Putem eadem forma in *l. ne quis*, *C. de dignitat.* deformis ministerii (si enim legato ex veteribus libris, & ex Alberico) Stationarios appellari eos qui mercium vilissimarum apothecas secum deferentes certis in locis aliquandiu consistunt, emptorem operientes: qui & ob eam rem apothecarii dicuntur in *l. si cohorthalis*, *C. de cohortal.* Eodem rur-

rurfus modo Stationes tabellionum dicuntur in *Novel. de rebellio. &* Stationes fifci non tantum in *l. 1. C. de fis. cens.* in. (ubi etiam in l. 1. *C. ne fis. rem quam usucap.* Forrus etiam ftatio dicitur *l. penult., D. de verb. fignifi.* circa finem & cauſa. At ut ad Plinium redeam, tantum abeſt, ut Plinius perſonæ in epiſtolis acceperit Stationes pro tabernis & officinis, ut neque Plinium, nec aliam quemquam auctorem ipſe profiteri audio ullo in loco in ea ſignificatione id nomium uſurpaſſe. Quod A ipſe non ignorans, & loco Silonii Asiabarchis non adeo contemnendo, & columnarium cum ſtatuis, quam cum ſtatuis ibi proximiori conjunctione addu&us, & eorum nominum inter ſe commutationem facilem eſſe intelligendo, in *l. Fulcinius*, non longe mihi videor & vero abberrare, dum pro *Stationes* repoſui *Statuas*. Quod ſi quis tamen alius rationi meliori corrigat, facile me vinci patiar: nec enim, quod plerique faciunt, ſic traditiones meas quaſi *oraculi inſa* obſervari velim.

d. l. pen. §. ult. pro *Exigere navia*, legendum, *Exigere* A *ſtatui*: earum tamen rerum judicii brevitia ſeruorum temnine vectores contribuunt, *quod ne eſſem, prof.* Ec hoc quidem cauſa notatum commodius eſt ſtatuas reſtituere, meo ultro cum his qui ſtatuis inſtaurent, ex conſulto expetiri; ceterum cum aliis, qui nullis habent ſtatuas, etiamſi ſtatuas alicubi reperiant, aliud ſtatuas reſtituas eſt aut conſerant. Ideo ex loco ad eum cum vehiculis ſuis ſtatuas habentibus, quod ab eis ſtatuas vehendas non ſua conducerit, ſed naves domuſque eis, aut loca quædam in navi utenda locaverit: nec ſtatuas apparet ex conductu eum eis non eſſe actionem. *At ipſa notant.* Rect. Flor. *At ſi vas totum navem.* &c. quod ab eis, qui excudendis Pandectis Florentinis operam dederunt, deprauatum eſt, addito ſtellæ, & particulæ, *&*, quum tamen ab ipſo paterentur pendere circumſcriptiB runt, ut intelligerentur nonnulli addituræ eſſe, interpretes tum eis ſtellulam, ſenſui reddendo: at vero addita ſenſum perturbat potius. Duo eſt adhuc ſingularia illum ſit de dominis ſaltuarum mercium, qui merces vehendas locaſſent, in hac parte Paulum dicere de his qui navem conduxiſſent: ſi de quibus hi cui navem totum conduxerunt, aut loca in nave. Si totum navem conduxerit, exceptum hoc ſibi ſeruet locator, ne quid quaſi duoquidem cum nullo alio manjuber coerceant, ut poſſit cum eo agere, vel ejus merces retinere. At ſi loca in nave conduxerunt, huic quadrant locus ei: & tunc decernat vectoribus qui ſuſtinarum ſeruitute ſecernat ex conductu actionem in magiſtratum dari, ut is vel uno cum ceC teris ex locato experiatur, vel ut merces ceteronum retineant, & hoc eſt quod ait: *An ſi non navem totam conduxerint, ex conductu unus, ſeruo vectores qui loca in navem conduxerunt.* & qui talibus ſaltuarum ſeruitute. Plorinale legitur, *Conduxerit ex conductu non agere.* Summa igitur hæc eſt: Pro modo geſti negotii obtinendæ contributionis cauſa, dominus ſaltuarum mercium cum magiſtratibus vel ex locato vel ex conductu agere. Quod ſi ipſe certum ſit quemadmodum gradum fuerit negotium, in promptu eſt alia præterea negotii verba, *l. 1. D. de præſcript. verb.* Expoſui ſegnem longe diſtollillanam.

BARTHOLOMÆO FAYO V. C. SENATORI PARISIENSI, JACOBUS CUJACIUS S.

SUPERIORUM librorum editio., Bartholomæe Fay vir clariſſime, iniquis fortaſſen aliene induſtriæ exiſtimatoribus improbata, aquis certe atque intelligentibus comprobata, tantum abeſt, ut hanc mihi de jure civili ſcribendi voluntatem imminuerit, ut tevirum hunc ad te Obſervationum & emendationum librum, ſecundo vix e manibus egreſſo, etiam extroſcire : adeo cum data operi noſtro initia excipi benigne intelligimus, ſolet ea res nobis omnibus vires & ſpiritus ad reliqua perfungenda commovere. Quintio eo factum eſt, ut deinceps quantum mihi a publicis inviolatis ſtudiis temporis, id neque inuiter præterlabi ſinere, nec eo ipſe alia in te uti, in animum induxerim. Quamobrem volote, cui jam inde ab initio noſtre hoc diceminus, ita ſperare, cuius me atque accuratione mea efficiorum, ea ex ſtudiis noſtris, quorum patrocinium ſuſcepiſti, vobis in agro tuo, vero quotannis vibi fonctus conſtantis nos ergo te officii pignoraque obſervantie teſtes exhibuerunt. Interea vero dilum efficias ne propo jam conſolas a me enumeratione ad tres poſtremos Codicis Domin. Juſtinianei libros elimabimus, quos ſub nomine illuſtriſſime & doctiſſime principis Margarite Biturgum ducis, cujus beneficio in hac ſchola jus civile profitemur, in publicum dabimus: nec mirum nillius interpumenta, quia hoc libro edito, illa materie prodeant : quo in re Juris publici & antiquitatis ſtudioſis nunnibil, ut ſpero, profuturi ſumus. Vale Biturigis, VI. Id. Februar. 1557.

JACOBI CUJACII J.C. OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM, *LIBER TERTIUS.* AD BARTHOLOMÆUM FAYUM SENATOREM PARISIENSEM.

CAPUT PRIMUM.

Indicatur locus difficilis in l. ex conductu, §. item cum quidam, D. locat.

I NAUTÆ (*), qui onus transvehendum conduxit, vectura prorogata fuerit, naufragio facto, ab eo repeti vecturam in perſona proprietaris Cæſaris Antoninus reſcripſit, quia transvehendi munere nauta perfunctus non eſt: quod & in aliis perſonis onus vehendum locantibus obtinere. locum Ulpianus tradit in *l. ex conductu*, §. *item cum quidam*, *D. locat.* cui, ut

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 27.*

B reſtę Imerius arbadvertit, nihil obſtat *l. pen.* §. *ult. D. reſc. ir.* in quorum publice retentum eſt cauſa domini. An vero it §. *item cum quidam* error eſt in illis verbis, *Pro invito?* An pro *manu*, legendum, ut ve ſtum non nauta prorogatam, & repræſentatum inviti gnatum? quemadmodum apud Terentium in Adelphis, Huic aliquid paludum? num manus iederunt? Ita interpretari, & ſic C verba ſic interpretari, & *vertere*. Sed hæc in re, ut & in ceteris dubiis, ſuum unuſquiſque liberum & integrum judicium relinquimus, libentiſſime, nunc Petri Pithoei adolefcentiſſimi ſtudiis & acutiſſimi judicio adquieſco, qui reſtitutor, legi, *Pro manus*, & quaſi manum dari, quoddam ſuperorgatur, atque ita vectorum proD ſtitutum pactum conventum manus, & non tranſvectio aeris in credito remanet. multi dicebat. His vero reſtitutis, bitur, *l. manet*, §. *ult. D. de leg.* 3. Cæſare 3. de bel. Civil. Infequentis ani vectigal pro mutuo. Eſt certe in *d. pen.*

CAP. II. *Explicatio l. 2. in principi. & l. ult. D. de leg. Rodia.*

EXpoſuimus libro ſecundo ſtatis, ut arbitror, diligenter *Lex* dominium locatis & conductoris : quod eſt non minimum lucis adferat *l. 2. & l. ult. D. de leg. Rod.* tamen quia nonnihil, immo multum in ea adhuc difficultatis fupereſt, liber pauca jamdiu a me in eas leges adnotata depromere. Apponam autem ipſas adnotationes breviratis cauſa. Ait *l. ult. Si vehenda*. Hic nauta conducit, vectur ex ſtatuariis, vectur conducit. *Cum id fieret ut ſero nollet.* Invito vectore : atque ideo nauta tenetur ex conductu, *Ex conductu locavi.* Una eſt actio ex conductu, qua dicitur etiam ex conductu locato, ut in *l. mutuum*, *D. de mutuat.* vet. *Cf. l. ſi ſtipulor*, *D. de act. emp.* actio ex empto vendito: & apud Varronem lib. 2. de Re rust. cap. 2. *Ex conductu locavi.* Immo ex locato conducto, ut in *l. item gravitur*, §. 1. *D. locat.* verum aliter in ea lege inita eſt locatio: nam vector onus advehendum dedit, hic autem ut vectorem operam accepit : atque adeo conductor hoc caſu eſt, illo locator. *Pono*, inquit, qui priorem navem locaverat. *Immo conduxi*, inquit alter. *Nullum interest, Remittam filio eam pecuniam quam accepi.* atque adeo conductor hoc caſu eſt, illo locator. *Pono*, inquit, qui priorem navem locaverat. *Immo conduxi.* Superioris ſententiæ Labeonis Paulus varias exceptiones adnectit, puta ſi utraque navis perierit, ſi cum priore navigare non potuerit, quod vel publice retinere- C tur, vel morbo impediretur, vel quod navis ipſi prior vitium feciſſet : namque his caſibus nauta ex conductione tenetur, vel ex locato, etiamſi poſterior navis periret. *Idem ſcriptum eſt in priore.* Hic nauta conduxit, vector locavit : ut in legis initio, *Localter*. Sic Flor. fed legendum omnino eſt *Localter*. *Quo minus remiſſa filii ex pecunia ſpectaret.* Sic Flor. nullum interest, *Remittam filio eam pecuniam* : hæc ſenſa, quo minus munere vehendi perfunctus eſſet : atque ita ex ſe penæ exolutum ſpectaret. *Cæpiſtis*, inquit, *Sic malim potius*, inquit, *quam Cæpistitores. Navicularius*, priorem. *Navis*, prior. *Pretium*. Pretium pro mercede, *Stationibus*. Acteribus opponitur numerus. Si averſionem navis conducta fit, mercet de qua conveneric, interea deb. bitur, etiam pactum aut nihil in navem conductor immiſerit. Ortum autem verbi expoſuimus lib. 3 initio. Nunc reputetur ut legis 2. annotationes apponamus. Quæ ultimo legis loco eſt, *Quæ ultimo in qui ſtatuarum ſerit, aliorumque contributione, cauſa, cum navis experiatur.* Hæc vero uti diſtinctione leo videtur. *Aut vector*, qui ſtatuam ſecit navem vehendæ locavit, aut navem conduxit. Deo ſtatuarum quo locum, deinde ut *verſ. At ſi* modo ex locato, modo ex conductu actionem dari. *Exlocavi*, legit cum interpretis navem locato, ut vere conducto cum ceteris vectoribus apud, quorum ſtatuas mercES ces ſuſcepit, ſic in *l. cum in plures*, §. *nullum*, *D. locat. Infimus*, §. *pen. de act. empt. Ut ſtat*, ſi, ut *de leg. Rod. Servius*. Servius ex locato agi, non ut ultro agi ex conductu, ſed ut retinear quoque: quod ſane confentaneum eſt. *Immo ipſi retinere non possunt.* Mihi adeo ſi quibuſdam negationem indicat articulus ille *Vero*. Ultro autem, id eſt, prior: ut in *l. 3.* Constantinus, *D. ut. poſſider.* *Actio*, inquit, *ex conductu adversus priorem datur.* id eſt, poſſeſſor nunquam prior agit. Prius enim experiatur debet ut locum agatur, quam ipſe de ture ſuo experiatur. Livius lib. 1. *Larcuum regnum regi Aemilio restabilisse, adversus ceteros*; ultro, id eſt, priores, cum ipſi potius latrones accuſandi eſſent: quod & in illo Terentii loco, *Sed hoc ultro adnitor*, Donatus adnotavit. Ait igitur Paulus fieri poſſe, ut nauta mercES retineat, & ultro tamen agat, id eſt, non expectato dum vectores eius mercES repoſcant: finge enim illos fortunæ in navem immiſſe, illos non immiſſe. Sæpius hæc qui oneraut navem. Germanus, margarita, annuli, veſtimenta, farcinæ non

discriminatim. At secundum pagani notariam non dabitur bonor. possessio, nisi inter liberos facta sit, ex constitutione Constantini, *l. 1. C. Th. fam. ercisc. l. ult. C. eod.* nec enim inter suos vel emancipatos liberos Constantinus litteras exigit: quod ex No. Theodosii porrectum est etiam ad liberos qui sui futuri non erant in *l. hac consultissime, §. ex imperfecto, C. de testam.* sed hoc puto Justinianum emendasse in *No. cvii.* nam etsi evidenter id tantum exigat, ut vinciarum modus δι' ὅλων γραμμάτων ἢ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν describatur, tamen paulo post subjicit ut τοῖς αὐτοῦ γράμμασι omnia designentur. Ergo inter liberos testatio mentis nostræ necesse est etiam uti sit ὁλογράμματος ex No. Justiniani. Ceterum in eadem No. superesse hæc verba videntur, ἢ καὶ ε. quæ etsi Harmenopulus agnoverit, vetus tamen interpres & Julianus antecessor non agnovit: & sane pugnant, ut videtur, cum his quæ sequuntur: si quidem aperte Justinianus definit, ut ne testamentum imperfectum ita factum, ut ipse constituit, inter liberos rumpatur alio testamento imperfecto, sive ex scripto id fiat, sive ex non scripto: quod summe notandum est: nam non æque testamentum imperfectum jure militari factum dicimus non rumpi testamento imperfecto intra missionis annum, *l. ejus §. ult. D. de milit. testa.* facilius namque rumpitur testamentum jure militari factum, posteaquam testator miles esse desiit, quod & post missionis annum ipso jure infirmatur. Igitur septem in ea Novella testes omnimodo exiguntur nec soli quinque sufficiunt, nisi ea verba, ἢ καὶ ε. ad eum casum referamus, quo & quinque testibus testamentum perfici constitutum est in *l. ult. C. de testam.*

CAP. IV. *De notatione verbi Postumus.*

Postumi verbum interpretes nostri junctum esse putant, ut sit in eo, & post, & humatus: quos & ipse alias secutus sum: at quia in Pandectis Florentinis id semper absque aspiratione verbum scribitur, & in aliorum quoque auctorum libris lapidibusque Sigonius emendavit, & quia Græci etiam πόστυμον scribunt, non ποσθουμον, dicere forsitan tuendæ hujus scripturæ gratia quis possit, nihil in eo verbo notandum esse, nisi Post, & Umus productionem esse verbi, ut in Postliminio Liminum, ex sententia Servii relata in Topicis a Marco Tullio, quæ tamen ab aliis damnatur, *§. si ab hostibus, quibus modis jus potestat. solvit.* atque ita postumus non dicitur, quod natus sit post humatum patrem, sed quod post natus sit. Umus enim nihil omnino significat, sed eum tamen proprie postumum dici non inficior, qui post mortem parentis natus est, auctore præsertim Plutarcho, qui πόστυμον appellari ἐὰν τεθνηκότος πατρὸς γένηται, diserte ait in Coriolano & in Sylla: idemque Ulpianus, Cajus, Sext. Pompejus, Varro tradunt: & hic est, qui a Græcis interpretibus appellatur χηροφρόμενος, quod moriente parente in utero fuerit. At postumus etiam dicitur in legis Velleæ *cap. 1.* qui post testamentum vivo parente nascitur: & ex ejusdem legis capite secundo, postumorum loco sunt, qui ante testamentum nati sunt, si postea vivo parente in sui heredis locum succedant: & hinc vero etiam apparet aptari nomen postumi, non his tantummodo, qui post mortem parentis nati sunt, sed etiam his, qui posteriores parenti editi sunt. Proinde in illo Virgilii loco, *tua postuma proles*: non erit Cesellii Vindicis reicienda interpretatio a Gellio relata: nam & eodem sensu Tertullianus Postumum, Postumatum, & Postumare dixit, in libro de resurrectione carnis. *Omnis*, inquit, *consummatio atque perfectio, etsi ordine postumat, effectu anticip.* In libro adversus Valentinian. *Sunt qui nec principatum Bythio defendant, sed postumatum.* In libro contra Gnost. *Qua cauda erit quodcumque de postumo corporis propagatur.* Apulejus in Apol. 1. *Quamquam est jam præcipiti ævo, & occidua senectute, tamen & si videtur, suscipiat doctrinam seram*

A *plane, & postumam*: ubi vulgo male legitur, seram plane, & post vinum. Atque adeo ipse nunc omnibus suadeo ut Postumum posthac sine aspiratione scribant, & hanc potius verbi notationem probent, ut Postumus dicatur quasi posterior. Certe postumos in *l. 3. §. ex his D. de injusto rup. testa.* Ulpianus posteriores appellat. *Ex his*. inquit, *apparet aliam esse causam filiorum superstitum, aliam posteriorum*: sic enim Flor. legitur: & libri quoque Labeonis post mortem ejus editi, Posteriores dicti sunt, quasi postumi: ut ex Gellio in comment. de usurp. & usuc. ostendi.

Observ. Joan. Robert. in animadver. cap. 1. & 2. lib. 2.

CAP. V. *De nuptiis injussu parentum contractis, & explicata l. 3. §. si emancipatus, D. de bon. possess. cont. tab. & alia complures.*

B

Liberi aut in potestate aut emancipati sunt. Qui sunt in potestate jure civili ejus injussu, in cujus potestate sunt, nuptias non possunt contrahere. Alioquin injustæ sunt nuptiæ, injusti liberi. Apul. lib. 6. *Impares*, inquit, *nuptiæ, & præterea in villa, & patre non consentiente factæ legitimæ non possunt videri: ac per hoc spurius iste nascetur.* Jussum exigimus, nec sufficit ratihabitio: non tamen exigimus, ut parens dicat se velle: satis namque est non nolle, & taciturnitas jussum imitatur. At cum manifesto Paulus lib. 2. Sent. tit. 9. propter publicam utilitatem nuptiarum, eas quæ injussu parentum contractæ sunt, non dissolui tradat, imperfecta illa lex civilis est, quæ vetat nuptias injussu parentis contrahi. Censet enim uxo-
C rem injustam esse, injustos liberos, injustas nuptias, nec eas tamen dissolvit: & hoc meo quidem judicio, proprium exemplum est injustæ uxoris, de qua in *l. si uxor, D. ad leg. Jul. de adult.* quæ jure viri adulterii accusari potest: nec enim concubinæ, aut ejus, quæ uxor esse non potest, exemplum recte dabitur, quandoquidem eæ jure viri accusari non possunt. Liberi autem emancipati, ut vulgo traditur, parentum injussu nuptias contrahere non vetantur: qua tamen in re separandi sunt mares a feminis. Filius, etiamsi minor sit annis xxv. injussu patris nuptias potest contrahere: filia non item. Quinimmo si morte patris filia minor annis xxv. sui juris effecta sit, matris consensum & propinquorum exigimus, propter sexus imbecillitatem: & hoc quidem obtinuit primum in pupillis, *l. 1. C. de nupt.* tum in viduis, *l. viduæ, C.*
D *eod.* deinde in virginibus puberibus, *l. in conjunctione, C. eod.* ex qua cum, ut e C. Theod. apparet, in *l. viduæ eod.* scriptum esset, *Ut in pupillarum*, Tribonianus adscripsit, *Ut in virginum*: ex eadem quoque puto & ex Basilicis in *l. viduæ*, §. 1. pro *Patris*, legendum esse *Matris*, mutata specie, eoque posito patrem vita functum esse. At magna hinc existit quæstio inter juris professores, an ob id solum exheredari filius filiave possit, quod injussu patris nuptias contraxerit: quod ipse quidem sine ulla distinctione semper negavi, & apud Gentianum Hervetum virum optimum & eruditissimum relata Theodori Balsamonis patriarchæ Antiocheni sententia id aperte confirmat. Sive igitur sui, seu emancipati liberi nuptias injussu patris contrahant, licet illo casu injustæ sint nuptiæ, non tamen a parente juste ob id exheredan-
E tur liberi. At utroque casu, si se ad turpem & infamem personam nuptiis contractis applicaverint liberi, justa exheredationis causa erit: pertinet enim ea res ad infamiam ac dedecus familiæ, & a Justiniano quoque in No. cxv. nonnihil attacta est. Tum vero multum confirmatur a *l. 3. §. si emancipatus, D. de bon. pos. con. tab.* cujus & sententiam & speciem hic subjiciam lubens. Si filius emancipatus, uxore ducta injussu patris, nepotem procreaverit vivo filio, nepos non admittitur ad bon. possessionem Unde liberi, vel contra tabulas avi, quia filius eum præcedit. Mortuo filio admittitur nepos, licet in potestate avi nunquam fuerit, *d. l. 3. in princ. l. si emancipatus, §. 1. l. si retentus, l. ult. eod. tit. l. 5. §. 1. D. si tab. testam. nul. extab.* quia ex justis nuptiis cum sit procrea-

tus, avo suus heres eo casu futurus erat, si filius emancipatus non fuisset. Et quamvis emancipationem rescindat bon. possessio contra tabulas, *l. sed cum patrono, D. de bon. possessio. l. si aliquis, C. Th. de bon. proscrip.* non perinde tamen hoc casu omnia esse statuimus, atque si nunquam emancipatio intercessisset, ne alioquin & injustæ nuptiæ, & injusti efficiantur liberi, atque ita rescissio illa capitis deminutionis adimat potius, quam tribuat jus successionis: quæ tamen quo magis, non quo minus nepos admittatur, intervenit. Et idem fere de ademptione legatorum dicitur in *l. legata inutiliter, D. de adimen. legat.* At in bonorum possessione contra tabulas hoc imputatur testatori, cur liberos non instituerit, *d. l. 3. §. liberi.* Vel si hoc merito facere potuit, cur non exheredaverit: in querela hoc tantum, cur non instituerit *l. postumus, D. de inofficioso testamento.* An igitur, illo nepote præterito, id imputatur avo cur non instituerit, vel exheredaverit nepotem? Et alterutrum imputari placet, vel si ex honesta nuru sit editus, cur non instituerit: vel si ex turpi & ignominiosa, utputa ex mima, vel meretrice, cur non exheredaverit. Potuit enim hoc casu non ipse filius tantum, sed etiam nepos, quamvis omni quidem ipse culpa careat, merito exheredari, nec quasi inofficiosi testamenti querelam jure instituisset: quandoquidem judex, qui de inofficioso testamento judicat, non minus perpendisset filii delicta, qui se ad feminam turpem, & velut ὄνειδος quoddam suæ familiæ applicavit, quam nepotis merita. Ergo etsi bene sit meritus de avo nepos, eum tamen ideo exheredatum esse merito judicasset, quod ex ignominiosa nuru ac turpi, & ex matrimonio ad familiæ totius infamiam dedecusque pertinente procreatus fuerit: & hoc sentit Ulpianus in eo *§. si emancipatus*: quamvis inversa ratione scripserit non minus spectari merita nepotis, quam patris ejus delicta: sed hæ loquendi formæ frequenter occurrunt, & ita, uti diximus, vel restituendæ vel potius explicandæ sunt, ut in *l. 3. §. Labeo scribit, D. de incen. rui. & naufra. l. jurisgentium, §. pactorum, D. de pact. §. injuria, Instit. de lege Aq. l. 22. C. Th. de susceptor.* De sententia ejus §. scripsit Andreas Alciatus, & quid in eo sibi vellet verbum Rescissionis exposuit recte, cetera non recte in παρέργων, & in παραδόξων libris: jamque ea in re satis a Viglio reprehensus est in comment. ad tit. de inoff. testam.

CAP. VI. *Valde Marcelli notam esse depravatam in l. ita tamen, §. quotiens, D. ad S. C. Trebellian.*

Cum scripsisset Julianus, eum qui rogatus est filio emancipato præterito hereditatem restituere, admissa bon. possessione contra tabulas a filio, non compelli adire ac restituere: visum est Marcello notam apponere hujusmodi in *l. tamen, §. quotiens, D. ad S. C. Trebellia. Plane non est compellendus adire, si jam filius bonorum possessionem: ne intercidat fideicommissum mortuo herede instituto, & omissa a filio bonorum possessione.* Sic habent Pandectæ Florentinæ, sic libri manu scripti. Accursius legit, *adire suam filius bonorum possessionem*: sed quotusquisque est, qui non videat locum esse valde inquinatum atque corruptum? Atque uti de Accursii lectione primum loquamur, quis illam loquendi rationem admittat, Adire suam bon. possessionem? Dicimus quidem Adire bona, pro Adire hereditatem in *l. 1. C. de testam. mil.* quod etiam subire dicimus recte, *l. si nemo, D. de diver. reg. jur. l. 1, C. Th. unde lib.* ut Græci προσιέναι, καὶ ὑπεισιέναι, προσελθεῖν καὶ ὑπεισελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ: nunquam vero Adire bon. possessionem: & licet interpres in *l. Pannonius, D. de adquir. her.* aditionis verbum ad bon. possessionem referat, ipse tamen ad hereditatem referre malim, cum & intra c. dies hereditatem adiri debuisse non ignorem, ut & formula cretionis, & complures alii juris nostri loci demonstrant. Ad hæc speciem Acc. alienam a mente, verbisque auctoris comminiscitur: nec enim auctor heredem ait rogatum fuisse post mortem suam restituere, nec alii quam filio fideicommissum relictum fuisse sentit. Et ex

A ea etiam specie ineptam quæstionem ducit, an filius cogatur petere bon. possessionem con. tab. cum tamen si sententia Juliani eo pertineat, an cogatur scriptus adire, Marcelli quoque notam eodem spectare oporteat. Rursus ita speciem confingit Accurs. quasi vereatur, ne is, qui petierit contra tab. possessionem, eam omittat postea: quod absurdum est: quæ enim est petita bon. possessio, & adquisita est: ergo jam omitti non potest. Nunc si Florentinam scripturam inspicias, mutila & imperfecta videbitur: ita enim se habet. *Plane non est compellendus adire, si jam filius bon. possessionem: ne intercidat fideicommissum, &c.* Quid hoc est, *Si jam filius bon. possessionem*? Rursus quid est quod ait, *Ne intercidat fideicommissum mortuo herede instituto, cum non esse compellendum adire*? Quin imo dicere debuit, com-
B pellendum eum adire, ne intercidat fideicommissum, ut in *l. ille a quo, §. 1. D. eod. tit.* Dicendum, inquit, erit compellendum eum adire, ne prius heres decedens fideicommissarium decipiat: & eodem sensu in *l. cogi, §. 1. D. eod. tit.* ne fideicommissum intercidat, verba testatoris ait de successione accipi, & heredem cogi adire. Equidem existimo, id quod Petro Fabro nostro, cum de hujus loci restitutione inter nos ageremus, visum est, in proxima verba, negatione translata, sic legendum esse, *Plane est compellendus adire, si non jam filius bon. possessionem*: ut subintelligatur verbum *Accepit*, vel etiam suppleatur, ut est in quibusdam libris impressis. Ea igitur erit Marcelli notæ sententia, quæ & *§. qui rogatus d. l.* ita tamen, ut quemadmodum substitutus, aut legitimus heres potest heredem scriptum cogere ut adeat
C & restituat, *l. recusare, §. Titius, D. eod. tit.* ita & præteritus, si non jam bon. possessionem contra tabulas acceperit, eo maxime quod, nisi adierit scriptus, futurum est, ut eo interim decedente, ac fideicommissario delatam bon. possessionem omittente, fideicommissum intercidat.

Obser. Joan. Robert. in Animadv. cap. xx. lib. III.

CAP. VII. *Quid sit diem præferre & referre.*

Modestinus scribit in *l. si a debitore, D. ad leg. Cornel. de fal.* falsi crimine eum debitorem teneri, qui prætulit diem obligationis pignoris: quod nemo intelliget, nisi qui sciverit Præferre diem Latinos dixisse pro Antevertere, sive anticipare, ut vetustior esse obligatio videatur. Sic Livius lib. 39. Triumphare mense Januario
D statuerat, sed prætulit triumphi diem. Triumphavit ante diem x. Kal. Januar. & in *l. 1. §. editiones, D. de edendo, editiones instrumentorum* Ulpianus ait *sine die & consule fieri debere, ne quid excogitetur e die & consule, & prælato die fiat*: id est, ne præferendi diei, & generaliter ne falsi committendi ansa inde falsariis præbeatur: quod & de tabularum testamenti editione traditur in *l. 2. §. diem, D. quemad. testam. aper.* possit enim adversarius quoque die cognito & consule, ut Constantinus exprimit lib. 1. Epitom. tit. 4. μεταγενέστερον ἔγγραφον ἀνατρεπτικὸν conficere, quo scilicet quasi posteriore prius rumperetur. At verbi Præferre vim qui nescierunt, utroque in loco legerunt corrupte *Prolato*, non *Prælato*. Ego sequendam esse hoc in loco Florentinam scripturam reor: idemque verbo Referre significari existimo in *l. ar-*
E *biter ita sumptus, D. de recept. & qui arb. recep.* ubi arbitrum ita sumptum ut & diem proferre possit, hoc quidem facere posse, Papinianus ait: referre, id est, antevertere sive anteferre diem non posse, atque ita Sextus quoque Pompejus ex Veranio referri diem proditam, id est, anteferri esse religiosum scribit.

CAP. VIII. *A qua lege sit quadrans, qui excludit querelam inofficiosi testamenti.*

Querelam (*) inofficiosi testamenti, quæ, ut probabiliter dici posse ostendimus lib. 2. lege Glicia indu-

(*) *Vide Merill. Variant. Cujac. ab aliis observ. cap. 4.*

ducta est, excludi relicto debitæ ab intestato portionis quadrante, nemo est qui nesciat: verum dubitari potest, hæc eadem lex Glicia, an quæ alia quadrantem ita taxaverit omnimodo liberis ad excludendam querelam relinquendum esse. Aliquà enim lege, ut hic definitus fuerit quadrans necesse est, uti nunc in locum ejus, qui successit, triens vel semis lege Justiniani definitus est, & ut ceteri omnes quadrantes, de quibus in jure civili fit mentio, ex lege aliqua vel S. C. vel constitutione originem ducunt, ut puta Falcidianus, Sabinianus, Pegasianus, Antonianus: & vero vestigiis omnibus a plerisque illius etiam quadrantis origo indagatur. Ego eam ad D. Marcum philosophum referendam esse didici ex Nicephoro *lib. 3. Eccles. hist. cap. 31.* ubi duas Nicephorus D. Marci leges laudat. Unam, ut matribus liberi ab intestato succedant, & hoc est quod S. C. Orfitianum appellamus, sive orationem D. Marci: Latinus tamen interpres ita vertit, ut parentibus liberi ab intestato succedant: quod rectum non est: nam id in matribus tantummodo D. Marcum constituisse certum est. Altera vero lex est, ut liberis ἀμνημονεύτοις, καὶ ἀχαριστηθεῖσι, id est præteritis, & nihil e judicio parentum accipientibus quadrans hereditatis debeatur: quam, nisi me fefellit Latinus interpres, male ab ipso etiam Nicephoro expositam puto: idque accidit sæpe alienis a professione nostra hominibus, dum scilicet ad civile jus pertinens aliquid referunt: nam & juris nominibus abutuntur, & in jure ipso referendo facile labuntur & peccant. Ego hanc fuisse credo D. Marci legem, ut liberis præteritis vel exheredatis parentes omnimodo quartam legitimæ portionis relinquant. Quod si fecerint, rescindi testamentum querela inofficiosi non potest: quippe cum eo pacto liberis parentes χάριν ἔχειν dixerit Justin. in *Nov. 18.* atque adeo nec sint liberi ἀχαριστούμενοι, nec integra vel inofficiosa testamenta: cum enim liberi præteriti vel exheredati a parentibus debitam non retulisse gratiam dicantur, & quæ inofficiosa testamenta nominamus, ingrata quoque appellare possumus, ut Sueton. in Caligula, *Testamenta*, inquit, *primipilarium ut ingrata rescidit*. Et generaliter ingrata sunt ea testamenta in quibus de nobis bene meritis nihil relinquimus, sive liberi sint, sive extranei. Non tamen omnibus de ingrato testamento queri licet.

CAP. IX. *Purgatus §. ultim. l. ultim. D. de legat. lib. 3.*

NON est in libris nostris locus adeo maculatus, ut *§. ult. l. ultim. D. de legat. lib. 3.* in quo illud perquam absurde proponitur, substitutum impuberi ex uncia instituto, & commisso per alium edicto admittendi bon. possessionem contra tabulas, legata ab instituto relicta præstare ex semisse, sed ex uncia, omnibus: ex reliquis, exceptis tantum personis, cum tamen certissima ratione constet, sicut ea institutus ipse non præstaret nisi exceptis personis ex semisse, ita & substitutum ejus (qui ea solet præstare quasi æs alienum defuncti, *l. servo alieno, §. si quis a primo, D. de legat. lib. 1. l. in ratione, §. quod vulgo, D. ad leg. Falcid.*) ea non præstare nisi exceptis personis pro semisse, *l. 5. D. de legat. præst.* Sed præstat ipsa §. verba proponere, & uti restituenda putem statim indicare. Ait igitur, *Si filius ex uncia heres institutus sit, & ab eo legata data sint, habeat substitutum*. Hæc verba credo non esse ordine suo collocata, & ita legendum, *Si filius ex uncia heres institutus sit, habeat & substitutum, & ab eo legata data sint*. Moveor tractandarum rerum ordine: nam cum initio *l. ult.* actum fuerit de legatis a substituto exheredati relictis, quod legis initium exposuimus lib. 2. consequens est, ut nunc tractetur de legatis relictis a substituto instituti, qui, alio edictum committente, petiit bon. possessionem contra tabulas: qui ordo etiam observatur in *l. ab exheredati, D. de leg. lib. 1.* at-**A**que ita eadem erit ejus §. species, quæ & *l. 5. §. quod si impubes, D. de legat. præst.* ubi aperte de legatis a substituto relictis quæstio proponitur. Merito autem de his magis dubitatur, quam de legatis ab instituto relictis, an ea substitutus debeat pro semisse: quis enim heredem eodem jure esse nesciat, quo & defunctus fuit? At pupillus a se relicta legata pro semisse debuit: ergo eadem quoque substitutum ejus pro semisse præstaturum in aperto est. Sequitur, *Deinde commisso edicto per alium filium, accepit partis dimidiæ bonorum possessionem: substitutus ejus utrum ex uncia legata* (scilicet relicta a se, non a pupillo) *præstat, an vero ex semisse: & verius est ex semisse*. Lex 5. *de legat. præst.* ait, *& magis est usque ad semissem*. Hæc autem, quæ sequuntur in illo *§. ult. Sed ex uncia omnibus: ex reliquis, liberis* **B** *& parentibus*, sunt ignari & inepti cujusdam interpretis. Itaque, ut expungantur censeo: nam sive legata relicta sint a substituto, uti nos speciem ponimus, omnibus profecto ex semisse præstanda sunt: sive ab instituto, ne ex uncia quidem, nisi exceptis personis debentur. Etenim tabulæ primæ rescinduntur, tabulæ autem secundæ non rescinduntur petita bon. possessione contra tabulas. Ad hæc quid attinebat ea verba subdere, cum non de personis quibus præstantur legata, sed de portione, proposita fuisset quæstio? aut cur etiam contrariæ speciei, quæ mox consequitur subdita par admonitio non fuit? Et in contraria quidem specie, id est, si pupillus institutus ex dodrante commisso edicto ad semissem redactus fuerit, hic bellus interpres censeret ab instituto relicta pro semisse præstanda esse omnibus, Juris-**C**peritis exceptis tantum personis, *l. etsi contra, D. de vulga. subst.* Sed cum quæratur de legatis a substituto relictis deminuta portione instituti, ea quoque deminui, & omnibus æque præstari, atque si aucta fuisset portio, fatebimur: & hoc verissimum puto. Malim quoque in illo loco *Semissem acceperit bon. possessionem*, legere *semissis*, ut in priori specie, *Partis dimidiæ*.

CAP. X. *Explicatus, & emendatus §. si quis rogatus fuerit filiis l. ex facto, D. ad S. C. Trebel.*

INsidet meo quidem judicio, aliud mendum in *l. ex facto, §. si quis rogatus fuerit filiis, D. ad S. C. Trebel.* ubi ex Papiniani lib. 8. respons. id est, ex *l. cum pater,* **D** *§. hereditatem 1. D. de legat. lib. 2.* Ulpianus refert heredem rogatum filiis suis, vel cui ex his voluerit, cum moreretur, hereditatem restituere, jus eligendi deportatione non amittere, cui liber factus fideicommissum restitui velit. Et puto legendum, *Cui liberorum fideicommissum restitui velit*: errore orto ex duabus notis, uti mox subjiciam, & explanatione posterioris, quæ tamen vel ipsa, vel saltem explanatio ejus omnino expungenda erat hoc modo, *Cui lib. F. C. fideicommissum restitui velit*. Nam deportatus servus non fit, ut liber deinde fieri possit. Solus Callistratus deportatum scripsit servum fieri in *l. 5. D. de extr. cogn.* a ceteris omnibus: quod interpretes Græci referunt inter ἐναντιοφανῆ & inexplicatum relinquunt: ego exposui in *tit. de cap. demin. lib. 1. Instit.* Tum vero deportatus, etiamsi necdum pœna liberatus sit, jus eli-**E**gendi habet usque ad vitæ supremum exitum, *d. §. hereditatem*. Frustra ergo ait, *Cui liber factus*: idque Accursius etiam notavit. Ex eo autem Papiniani responso apparet, per omnia deportatum non haberi pro mortuo: nec enim si pro mortuo haberetur, jus eligendi ei competeret, sed omnibus liberis ex æquo fideicommissi persecutio daretur. Et ita quoque alibi traditum est, deportatione mariti donationem non confirmari, quia scilicet deportatio non omnino similis est morti, *l. sed si mors, D. de donat. int. vir. & uxor.* cui tamen legi manum adhibuit suam Tribonianus, ut manifesto stylus indicat, Ulpiani verbis adtexens quædam alia ex sententia *l. uxoris C. eod. tit.* quam se probasse Justinianus testatur in *Novel. 22.* Rursus cohibendorum caducorum causa, quibus nunquam Jurisconsultorum favit interpretatio, traditum est etiam, pro mortuo deportatum non haberi, *l. intercidit, D. de condit. & demonstrat.* Cognationem tamen deportatus amittit, & ideo neque contra tabulas parentum bonorum possessionem habet, nec legata ei conservantur petita bonorum possessione contra tabulas, & maxime quidem eatenus decessisse fingitur. Ceterum servus pœnæ in omni jure vere ac semper similis est mortuo, & ideo in proposita quoque specie servus pœnæ factus eligendi jus amittet: nec enim ut deportatus, quia liber est, arbitrium habet, ita & servus: quamobrem statim liberi ejus si quos habeat, simul admittentur ad fideicommissum, nec expectabunt quoad is naturaliter decedat: si vero tunc liberos non habeat, postea suscepti nullo modo admittentur: quia semel defecit fideicommissi condicio, redactaque in fiscum est hereditas.

CAP. XI. *Uti explicandum sit ἐναντιοφανὲς, quod est inter l. legatum, D. de legat. lib. 1. & l. Titia, §. Lucia, D. de leg. lib. 2.*

PUgnare videtur *l. legatum, D. de leg. lib. 1.* cum *l. Titia, §. Lucia, D. de legat. lib. 2.* nam legatum servo delatum repudiare dominum posse ait *l. legatum*, idque verissimum est, cum bonorum possessionem servo delatam dominus repudiare possit. At illud tamen pernegatur in *§. Lucia*: ubi Accursius noster, quem ego & Latinis & Græcis omnibus interpretibus juris facile antepono, hujus rei explicandæ gratia tres opiniones adfert, ex quibus postremam ipse verissimam esse judico: verum explicatione indiget. Multum interest inter delatum, & adquisitum legatum: neque his nominibus unquam juris nostri auctores abutuntur. Delatum legatum nondum adquisitum est. Defertur ipso jure adita hereditate. Adquiritur autem agnitione, *l. ei qui ita, D. de condic. instit. l. cum vero, in fi. D. de fideicommiss. libert.* non ipso jure post aditam hereditatem, licet agnitionem retroagi non inficier ad diem aditæ hereditatis, *l. servum filii, §. 1. l. si tibi homo, §. cum servus, D. de leg. lib. 1.* Delatum legatum repudiari potest. Adquisitum repudiari non potest, *l. 1. §. decretalis, D. de successorio edicto*. De delato loquitur *l. legatum*, De *adquisito, §. Lucia*: namque in eo §. quæritur, an dominus propterea quod interfuit divisioni, adquisitam fideicommissi persecutionem amiserit, id est, adquisitum fideicommissum: nec enim, si fideicommissum non adquisiero, id est, non adgnovero, fideicommissi persecutionem adquisiero: & ideo licet de persecutione quæsitum sit, respondet tamen eo casu fideicommissum nec ipso jure, nec per exceptionem amitti, nisi probetur ejus amittendi animo interfuisse divisioni dominum. Adquisita igitur amittere possumus, repudiare non possumus: idque naturalem intellectum habet: nam quod jam ipse nactus sum, alienare possum, & variis modis amittere: cum tamen jam id ipse habeam, quomodo repudiare, repellere, avertere id a me possum?

CAP. XII. *Quid sit jus antiquum in l. 1. C. Unde vir & uxor, emendato Thalelæi errore.*

IN *l. 1. C. Unde vir & uxor*, qua non nisi deficiente omni sanguinis linea Impp. Theodosius & Valentinianus declarant conjuges inter se ab intestato in solidum pro antiquo jure succedere, Thalelæus Græcus interpres putat jus antiquum dici respectu legis Papiæ decimariæ *lib. 45. βασιλικῶν*, tit. 5. sed fallitur: nam lex Papia decimaria ad testati dumtaxat successionem pertinet, *l. 2. C. de infirm. pœn. cœlib. l. 7. C. Th. de navicular.* & ex ea vir & uxor, nullis ex eo matrimonio extantibus liberis, non nisi decimam ex testamento matrimonii nomine capere possunt, & si extent liberi ex alio matrimonio, pro uno quoque ex liberis aliam decimam, & pro communi filio post nonum diem amisso aliam: duobus post nonum diem amissis, duas: idque **A** Ulpianus explicat recte in *Fragmen. tit. 15. & 16.* ad quod etiam Tertullianus alludit lib. 1. ad uxorem, his verbis, *Tu modo ut solidum capere possis hoc meæ admonitionis fideicommissum Deus faciat*. Lex autem Papia, nullo existente ex qualibet sanguinis linea, conjuges ab intestato nec excludit nec ulla bonorum parte multat. Et certe verius est jus antiquum in ea lege dici habita ratione constitutionis eorundem Imperatorum novæ, cujus ipsi meminere in *l. ult. C. Th. de legit. hered.* & quæ non liberis quidem, sed parentibus aut propinquis extantibus conjuges ad certam partem: nullis autem extantibus, in solidum ab intestato invitabat. Est vero ejus pars una in *d. l. 1. C. Unde vir & uxor.* Altera pars ab eisdem Imperatoribus abrogatur in *d. l. ult.* quæ lex post illam legem primam *Unde vir & uxor*, statim sequenti anno edita **B** fuit, ut non tantum subscripti eis consules indicant, sed etiam illa legis ultimæ pars, qua cavetur ut si quid hoc medio brevique tempore, id est, medio illo anno conjugibus eo jure obvenerit, id deponant. Utramque vero legem antecessit ea qua tollitur lex Papia decimaria, dato conjugibus solidi capiendi & liberorum jure, *l. 2. C. de infirm. pœn. cœlib. l. 1. C. de ju. liber.* atque ideo ejus fit mentio in *d. l. ult. de legit. hered.* Ad extremum, illud adnotabo erutas esse *l. extraneum 2. C. de hered. instit. & l. in extraneos, C. de donat.* ex his ejusdem *l. ult.* verbis: *ut desiderio suo quisquam subvenire differat, quod interdum ita sensu leviore concipitur, ut antiqui nec quod extraneis, ac sæpe ignotis in donationibus successionibus tribuatur, conjugibus concesserint, & reprimendum inter hos potius, ut in loco ancipiti, quam incitandum favorem mutuum arbi-***C***trati fuerint*: sic enim legendum est.

CAP. XIII. *Emendatur locus e libri tertii Institutionum titulo VII.*

ETsi summam in purgandis & emendandis Institutionum libris anno superiore diligentiam adhibuerim, fortassis tamen adhuc supersunt, & ab eruditis porro judicabuntur maculosa quædam ac depravata, quæ nos neque perspeximus neque restituimus, cujusmodi unum hoc est, quod in hoc capite explicabitur, & a me fuit his diebus deprehensum, cum ea quæ ad jura patronatus pertinent revolverem. Justinianus in *§. postea, de successio. libert.* tractans de virili portione pro numero filio-**D**rum lege Papia patrono data testato vel intestato centenario liberto, tum unum filium filiamve libertus heredem reliquit, perinde partem dimidiam patrono deberi ait, ac si is sine ullo filio filiave intestatus decessisset. Hic locus, nisi fallor, vitio laborat: nam si intestatus libertus decesserit sine liberis, patrono non dimidia, sed tota hereditas debetur jure legitimo, *l. intestato, D. de suis & legit. hered.* & id eo, cum Ulpianus de hoc *legis Papiæ* capite tractaret *lib. 10.* ad leges, recte *Virilis* appellationem interdum totam hereditatem admittere notavit, quod procul dubio tunc fit, cum intestato decedit libertus sine liberis: *l. virilis, D. de verb. signif.* Quare constat ita non recte apud Justinianum legi, *ut perinde patrono dimidia pars debeatur, atque si sine ullo filio filiave intestatus decessisset*. Opinor autem legi debere, *Ac si is sine ullo filio filiave* **E** *testatus decessisset*: nam testamento facto, sive filius sit institutus sive extraneus nullis existentibus liberis, patrono non debetur nisi pars dimidia ex Prætoris edicto. Et opinio hæc mea nullis quidem, quos legerim, libris scriptis vel antiquis adjuvatur, juris tamen ratio ipsa per se sufficit, cui & Græca Theophili παράφρασις assentitur.

Observ. Joan. Robet. in Animadv. cap. 25. lib. 3.

CAP. XIV. *De vindicibus, Canonicariis, Defensoribus civitatum, Loci servatoribus.*

SCio in *l. 1. C. Th. si quacum. prædit. potest.* civitatum defensores sive ἐκδίκους civitatum vindices appel-

pellari. At vindices illi, quorum Justinian. in No. περὶ τῶν δημοσίων ἀνύσεως, & in No. περὶ τοποτηρητῶν meminit, an sint civitatum defensores addubito: nam hi potius vindices à Justiniano appellari videntur, qui exigendis tributis, quorum ad curiales antea exactio pertinebat, ab Anastasio Imperat. in singulis civitatibus constituti sunt, uti auctor est Nicephorus lib. 16. cap. 44. e quibus verisimile est Justiniani tempore adhuc in quibusdam civitatibus nonnullos superfuisse. Defensores autem civitatum sive locorum antiquiores longe sunt, & similes Tribunis plebis, atque ideo defensores plebis appellantur in *l. 1. C. de offic. jurisd. Alex.* Rursus ab eis diversi sunt τοποτηρηταὶ ut ex No. περὶ τοποτηρητῶν facile intelligi potest, qui mittuntur a Præfectis prætorio vel comitibus vel præsidibus juris dicendi causa, & a Paulo monacho loci servatores appellantur lib. 6. histor. Langobard. & in *l. 77. de furt. in Legibus Langobard.* & loci judices in *l. 2. C. de exhib. reis*, a Juliano antecessore, Vicarii. Meminit Anna in Alexiade 3. Adamateni τοποτηρητοῦ Heracleæ & Paphlagoniæ circ. Pontum. Sudas: τοποτηρητὴς εἶδος ἀξιώματος. Ceterum vindicibus Anastasianis pares sunt qui Canonicarii dicuntur in Nov. περὶ τῶν δημοσίων ἀνύσεων, & No. περὶ ἀδνουμίων Κανονικαρίων, & in libris variarum Cassiodori sæpissime. Hi ab exigendis canonibus, Canonicarii; illi, quod ab Anastasio decurionum iniquis actionibus oppositi fuerint, appellati sunt vindices.

CAP. XV. *Duo Digestorum loci perspicue corriguntur.*

NUnc indicabo duos Digestor. locos pusillo quidem, non tamen prorsus contemnendo vitio laborantes: omnibus enim mederi par est. Unus est in *l. Lucius, D. de action. emp.* alter in *l. pen. §. erit ergo venale, D. de bo. po. cont. tab.* In *l. Lucius*, sic vulgo legitur, *Ita ut si non integras præstiterit*: Florentiæ autem propius veritatem, *Ita ut si non integras præstaverit*: constat vero legendum *Repræsentaverit*: nam & alibi in *P. Flor.* eodem errore scriptum est *Repræstandum*, pro *Repræsentandum, l. mulier, §. 1. D. ad Trebellian.* Repræsentare, est exhibere, vel præmature dare: & ideo in *l. Lucius*, paulo post superiora verba: *neque, inquit, heres ejus reliquam materiam exhibuerit.* Gravius est mendum *l. pen. §. erit ergo*, in illo loco, *Si autem omiserit hereditatem, in portionem bonorum exheredatum effectum admittet, jure factum solum suum heredem.* Sic habent omnes libri, sed male, ut opinor: nec enim Latine dicimus exheredatum effectum, sed factum. Ego pro *Effectum* censeo legendum *Effectu*, ut juri effectus opponatur hoc sensu, Repudiante scripto, exheredatus filius suus ipso jure heres est solus ab intestato, effectu autem, id est, re ipsa & naturaliter concurrente fratre emancipato præterito, qui contra tabulas bonorum possessionem admisit, non nisi in portionem bonorum admittitur: namque Prætor emancipatum in partem dimidiam tuetur. Sic in *l. is qui, D. de legat. præstand. Quia effectu*, inquit, *fratris aufert partem dimidiam*: & in *l. 5. §. 1. D. quod cum eo, &c. effectu enim*, inquit, *quodammodo heres est*: sic & in *l. 5. §. ult. D. commod. l. si habitatio, D. de usu & habitat. l. 1. §. qui minorem, D. ut legat. no. caveat.*

CAP. XVI. *Explicatur edictum de alterutro, & emendatur §. si pater l. si cum dotem, D. sol. matrim.*

EDicti de alterutro fit duobus tantum in locis mentio, in *l. 1. §. sciendum, C. de rei uxor. act. & l. ult. C. Th. de testam.* Hoc edicto cavetur, ut si quid maritus uxori aut hereditatis, aut legati, aut fideicommissi titulo reliquerit, alterutro contenta sit mulier, relicto, vel dote, actione ex testamento vel actione rei uxoriæ: nam non pertinet hoc edictum nisi ad actionem rei uxoriæ, quæ plus juris in dote marito tribuit, quam actio ex stipulatu. Proinde electa rei uxoriæ actione, re-

A lictum non debetur: & contra, electo eo quod relictum est, rei uxoriæ actio non datur, nisi pro modo excurrentis quantitatis. Quare deterior in eo est mulieris, quam aliorum creditorum condicio: nam creditori meo si aliquid legavero, & is legatum acceperit, non ideo jus crediti amittit: eodemque modo licet mulier scripta heres & rogata hereditatem restituere, in ponenda ratione *legis Falcidiæ* si tantum habeat ut Falcidiana quarta, quantum in dote, dotem non deducat, alius tamen creditor scriptus heres etiamsi credito quarta respondeat, creditum deducit: nec vero ei mulier similis est, nisi cum nominatim utrumque consequitur ex mariti judicio, utputa cum & heres ex parte instituitur, & ei dos prælegatur: quo casu dotis partem pro portione sua, ex qua prælegatum non valet, veluti æs B alienum deducit, neque compensat cum Falcidia, & hoc cum tradatur in *l. cum heres deductis, D. ad Trebellian.* dote nominatim uxori institutæ non prælegata, recte inde colligemus, alterutrum dumtaxat præstari. Sed hoc, uti diximus, in rei uxoriæ actione obtinet. Ad actionem ex stipulatu edictum de alterutro non pertinebat, *d. §. sciendum, & §. igitur, C. de rei uxor. act.* & ideo sublata cum sit hodie actio rei uxoriæ, vigeatque actio ex stipulatu, consequens est etiam edictum de alterutro penitus esse sublatum. Et hæc dicimus cum simpliciter aliquid uxori relictum est, illo non addito, *Pro dote.* Hæc enim adjectio proculdubio facit ut non possit mulier & ex testamento & ex stipulatu agere, *l. si filia, §. pen. D. fam. ercisc. l. 6. D. quando dies leg. ced.* C idemque dici potest eo non adjecto, modo si eo animo relictum doceatur, *l. 2. §. 1. D. de dote præleg.* Sed explicandum nunc id est, patre aliquid filiæ relinquente, alterutrum filia, an utrumque consequatur: nam edictum de alterutro ad ea dumtaxat pertinere quæ maritus uxori relinquit, indicant illi duo loci a me in hujus capitis initio annotati. Fac igitur ita esse: Pater dotem profecticiam soluto matrimonio exegit invita vel ignorante filia, nec de rato cavit, tum filiæ in testamento aliquid legavit: si dotis nomine legavit, dubium non est quin filiam alterutro contentam esse oporteat, videlicet si tantum sit in legato quantum in dote: sin plus in dote sit, quam in legato, vel electa dote, carebit legato, vel agnito legato, id tantum quod amplius est in dote petet a marito, maritus porro soceri heredibus D condicet, *l. qui hominem, §. si gener, D. de solut.* Quod si plus in legato sit, vel electa dote, id solum ex testamento consequetur quod dotem excedit: ut traditur in *l. Titia, §. qui invita, D. de legat. lib. 2.* vel accepto legato id etiam lucrabitur quod dotem excedit: & hoc traditum fuisse opinor in *l. si cum dotem, §. si pater, D. sol. matrim.* & ideo horum verborum loco, *Lucroque ejus cedit si tantum ab eo consecuta sit, quantum*; hæc repono ex *§. qui in vita, Lucroque ejus cedit si amplius ab eo consecuta sit, quam ei.* Nec enim quicquam filia lucratur si tantundem consecuta sit: neque rursus, eisdem verbis ad patrem relatis, quicquam patrem lucrari possis dicere, quippe cum dotem a se profectam receperit, & filiæ tantundem reliquerit. Ergo si plus in relicto sit quam in dote principali vel electa dote, reliqui tantum petitio ex testamento superest, vel electo relicto id etiam lucro filiæ cedit quod E dotem exuperat: concurrentem enim summam compensari placet. De patre vero qui non illud adjecerit se dotis nomine legare, nunc videndum est: & putem utrumque tunc filiam consequi posse, sicut a patre pro filia dote promissa, & filiæ relicto legato traditum est in *l. si pater, D. de collat. dot.* nec enim edictum de alterutro ad hunc casum pertinebat quo alius legat, alius dotem debet. *Observ. Joan. Robert. in Animadv. cap. 25. 16. & 17. lib. 2.*

CAP. XVII. *Verum esse quod Dorotheus notavit, Semper doli exceptionem oppositam bonæ fidei judicium facere.*

DOrotheus ἐν τῷ πλάτει legis *Sejæ, D. de donat. cau. mort.* notat, Semper doli exceptionem oppositam

tam bonæ fidei judicium facere: sed reprehenditur ab alio interprete Græco lib. 47. Βασιλικῶν, titulo 3. quod ego ferre non possum: nam Papinianus cum dixisset vindicationi singularum rerum non inutiliter opponi exceptionem doli in *l. Seja*, statim subjiciens, *Bonæ fidei autem judicio constituto*: nonne aperte indicat, per exceptionem doli judicium arbitrarium, id est, vindicationem evasisse bonæ fidei? Etenim ita quoque Imperator in *l. 3. C. de exception.* replicationem doli oppositam judicium bonæ fidei facere ait, cujus me loci, cum hæc tractarem atque discuterem, P. Faber opportune admonuit: ibi tamen cum instituta fuerit actio tutelæ, quæ bonæ fidei est, dubitari posset quorsum Imperator doli replicatione dixerit judicium bonæ fidei constitui: quod ego sic diluendum esse censeo: Actionem tutelæ per se bonæ fidei esse, exceptionem ei & replicationem doli inesse, *l. sed etsi ideo, D. soluto matrimonio, l. si is cui, D. de furt. l. hujusmodi, §. qui servum, D. de legatis lib. 1.* existente actione bonæ fidei non esse necessariam exceptionem vel replicationem doli. At profecto si exceptio vel replicatio doli opponatur, jam actio ipsa non tam per se quam per exceptionem vel replicationem bonæ fidei constituitur. Ceterum non me latet quosdam illa Papiniani verba, *Bonæ fidei autem judicio constituto*, referre ad petitionem hereditatis: sed hanc primus bonæ fidei esse Justinianus definivit, *l. ult. C. de petitione heredit.* cum antea nihil quicquam de ea certi prudentes inter se constituissent. Tum vero si de petitione hereditatis Papinianus intellexisset, non dixisset Constituto, sed Instituto, vel proposito, & eam ipsam quoque nominare actionem et grave non fuisset. Alii tradunt legatorum, fideicommissorum, mortis causa donationum actiones esse bonæ fidei: quod mihi certe multo minus placet, neque vero id probare ulla ipsi ratione possent. Præterea de vindicatione Papinianus, non de illis actionibus tractat. Assentiamur itaque Dorotheo, & cum constituta fuerit actio bonæ fidei posita exceptione doli, hoc deinde ideo quæri a Papiniano dicamus, an possit exigi cautio, quod in actionibus bonæ fidei cautio ante tempus exigi soleat, *l. in omnibus, D. de judic.* Respondet autem non præstari cautionem invita Seja, quia & prior donatio, quæ non directa & absoluta fuit, sed mortis causa, Titii morte soluta est, & sequens nondum initium accepit in persona liberorum, & ideo nulla subest extorquendæ cautionis ratio, quæ tunc dumtaxat ante diem extorquetur, cum aliqua causa vel obligatio subest. At si sua sponte capit Seja liberis Titii, quia sic eis mortis causa videtur donasse, recte ait eos ex persona sua teneri contributioni, Falcidia interveniente: nam ex constitutione D. Severi etiam donationum causa mortis rescissionem facit lex Falcidia, quod tamen ab intestato non admitterem, quia mortis causa donationes non sunt ab intestato similes legatis, *l. si filius, D. de legatis præstand.* Ceterum illam cautionem Seja si non exposuisset, contributioni proculdubio ex Titii persona non tenerentur liberi.

CAP. XVIII. *De matronæ & matrisfamilias appellationibus.*

IN eo loco, qui sub nomine Clementis nuper est editus de actis divi Petri, τῶν ἐντίμων γυναικῶν, τὰς περιφανεστέρας Latino sermone matronas appellari scriptum est: quam ego propriam esse matronarum significationem facile adducor, ut credam: sed augetur tamen hæc significatio ab auctoribus nostris: nam nomine matrisfamilias quamlibet mulierem honestam accipiunt, *l. 3. in fi. D. de liber. exhibend. l. pronuntiatum, de verborum significatione, l. probrum, de ritu nupt. l. quæ adulterium, C. ad leg. Jul. de adulter.* idque generaliter tradunt honestatem, non aut nuptias, aut natales facere matremfamilias: viduam, non etiam virginem esse matremfamilias: eam quæ obscuriore loco nata est, si honeste A vivat, esse matremfamilias. Concubina autem materfamilias non est, nisi patroni concubina sit, *d. l. probrum, l. item legato, §. parvi, D. de legat. lib. 3.* Meretrix quoque materfamil. non est, licet uxor sit, & adulterii accusari possit, exemplo Vistiliæ uxoris Titidii Labeonis, de qua Cornel. Tacitus lib. 2. *l. si uxor, §. sed & in ea, D. ad leg. Jul. de adulter.* Nihil autem differt a matrona materfamilias, *l. 1. §. omnem, l. item apud, §. si quis virgines, D. de injur. l. 1. §. & notandum, D. de ven. insp.* quæ matersam. in *l. probrum*, dicitur matrona in *d. l. si uxor*, ut merito jam plerisque rejecta sit ea quæ inter matronam & matremfamilias a Gellio & Nonio proposita differentia est. Porro matronæ dicuntur etiam dominæ, non respectu maritorum dumtaxat, quomodo ipsi quoque mariti ab uxoribus domini appellantur, sed etiam per se, B ut in *l. pater, §. Julius, D. de legat. lib. 3. Juliam domnam*: nisi dicas Domnam superesse ex *l. Lucius Titius, eod. tit.*

CAP. XIX. *Notati quidam loci de Basilisci, & quorundam aliorum tyrannide.*

AD BARTHOLOMÆUM FAJUM V.C. SENATOREM PARISIENSEM.

CAPUT PRIMUM.

Variaſſa Scævolam & deprovatiſſimum eſſe §. ſi quis dolo. l. ſi, l. qui bona fide, D. de adquirendo rer. domin.

UOD accidiſſe Papiniano oſtendimus lib. 2. Obſerv. cap. 37. ut fenteniam a ſe relatam in libram decimum quæſtionum lib. 27. mutaret, idem Scævolæ accidiſſe oſtendit Ulpianus in *Legem bona, §. ſi quis duobus, D. de adquir. rer. dom.* quod enim is lib. 2. Quæſtionum, de duobus bona fide poſſeſſoribus ſeripſerat, quando ex alterius re

fervus alienus aut liber bono aliquid adquirit, id reſpiciens lib. 13. reſtabatur. Et quidem lib. 2. paretem dumtaxat ei adquiri, ex cujus re fervus vel liber bono adquiſiſſet: partem vero alterum, quæ ſocio adquiri

B non poteſt propterea quod ex re ejus non eſt, ad dominum vel ad ipſum, ſi liber eſſet, pertinere Scævolæ ſcripſerat reſpondens, ut apparet ex *l. ſed & ſi quis, §. ſi duos, D. de uſufr.* quæ Scævolæ ſententia eum repetatur in *d. §. ſi quis duobus*, uterque locus inter ſe comparandus eſt, ut quamdoctum duo mendæ, quæ in *§. ſi quis duobus* meiſſe exiſtimamus, tollenda ſint, intelligatur. Hic primum verbis quæſtio ab Ulpiano proponitur in *§. ſi quis duobus*. *Si quis duobus bona fide ſervientibus, utrique adquirat, ſed ſingulis ex re ſua, quod ſeruus ex re alterius eſt, utrum pro parte ei, cui bona fide ſervit: pro parte domino, ſi ſervus ſit, an ſi liber ſit, ei cui bona fide ſervit: an vero ei debeat adquiri ex totum, ex cujus re eſt, videremus.* Hoc eadem quæſtio in duobus fructuariis & bona fide poſſeſſoribus proponitur in *§. ſi duos*, videlicet utrum id pro parte, an totum quæratur ei, ex cujus re eſt. Quod ſi pro parte quæri dicerit, pro altera ſocio non dabitur (nec enim ex re ejus eſt) ſed vero dominio ſi ſervus ſit, vel ſi liber ſit, ſibi: itaque Pandectas Florentinas non ſequor,

A dominum non eſſe, natura tamen ſeruum hoc exiſtit, ut amiſſo poſſeſſio, nec proprium. Titii aperum vel pi-tere capit, ſed jure gentium apud vel pleriſque nota cum nullius eſſet, in cadentis dominium tranſit, ut indicat *Inſtitutionum*. *D. de uſufr.* Hæc Romanis prudentes, qui jus gentium propius ſubſiſtere ſunt, in cenſeres: mores tamen utique publica jus gentium ſubſegnet, adeo ut non ſit mirum, quidem publico piſcari neque in agris libere venari, aut aucupari liceat. Eum vero qui non permiſſa domini in alieno quid horum faceret, puto nihil illi adquirere, ſicque probare *l. in laqueum, D. de adquir. rer. dom.* quæ aprum qui in pi-gis incidit, neculum apprehenſus eſt, non aliter meum fieri oſtendit, quam ſi in meo vel in alio privato domini laqueum poſuero, cui ita hæreret aper, ut die collaſandi te expeditus non fuerit.

CAP. III. *Quibus cauſſis in re præſenti convenire oportet: & quæ ſint tradicione naturalis poſſeſſio & poſſeſſio adquirendi.*

C Si rem meam quam tu tenes vel poſſides, tibi vendidero, meus eſt qui nolcat eam pro tradita habeat. Sed in re ne Accurſius, cæterique ſeminuſculoualiti duabus ſeipſos exercentes interpretes: primum in eo, quod ven veniſſet præſentium etiam exigunt, deinde in definitione rei præſentis & abſentis. Dicunt enim præſentem rem eam, quæ ita in poſſeſſe emptoris: abſentem, quæ non ſit in poſſeſſe emptoris. Verum rem penſentem eſſe eam, quæ ſit in præſentia & oculis contrahentium conſtat: & hoc ſenſu in re præſenti vitiacare, in re præſenti cognoſcere, & in rem præſentem venire dicimus. At creditorem in re præſenti, id eſt, in ipſa pecunia numerandi non conſiſtere, in quam cauſa ſolutum velit quod qui ex pluribus cauſis debet, ſolvit, *l. cum ſin. D. de fid. & mantationum* in re præſenti fieri, id eſt, in ipſa re, non in ipſo loco. *Si quis, l. §. mantationum, D. de mora emt. venditr.* Ruffus quemadmodum cauſe claudius horreus vitiavio vinum reſpondit ita demum traditum videtur fecerit ſi olivet in re præſenti, id eſt, apud horreum tradire ſint: itemque colonaus apud propria poſſeſſionem loco mercis tra poſſeſſent, ſi in re præſenti, id eſt, apud columnas concurſus habitus ſit: parique ratione ut non per procuratorem eſſi præſentes res tradire ſe, ſed ipſimet mihi poſſeſſionem & dominium adquiſiſſe videar, quemadmodum ad eximius, ut præſens ſit res, quæ me jubente procurator meus emiſit, *l. 1. §. penult. D. de adquirend. poſſeſſ.* non ita quoque puto, ut a me tibi vendita res mea, quæ apud te eſt, tibi tradita videatur ni præſentem exigendum. Ubi enim emptor tenet, quod E opus eſt, quaſi, in rem præſentem convenire? Itaque ita ſtatuo, ubi emptor rem non tenet, ſedum traditionem non adit admittit, eam in re præſenti utique conſentire. Ubi emptor rem tenet, ſedum traditionem indicit, eam ſi in re præſenti non deſcribit. Quæ ſententia non ſolum ſimplicibus verbis traditionis introducitur, ſed & in rei præſentis ullum exemplo, *S interdum, D. rer. divisi. l. 1. §. ult. ne quem. D. de orvit. l. fun. §. 2. D. de ſtatlib. in rem act. l. ſi ſervus, in fine, D. de adquirend. rer. dominio.* Adverſus Accurſium argumento *Lepus rer. 57 Ignoviae. 13. de rei vendic.* ſed infirmiſſimo: nec enim de poſſeſſore lex loquitur, ſed de eo, qui dolo deſit poſſidere, atque adeo tanti fuit dumnatus, quanti abſor in litem jurare-rat: hoc enim eſt ipſum, qui dolo deſiit poſſidere proprie

Cæ-

condemnatio, *l. qui restituere, D. tit.* Et hunc quidem merito ait, si res fit in præfentia, quando litis æftimatio præftatur, rei ftatim dominum fieri: fin vero abfit, non ante dominium adquiretur, quam ejus rei nactus fit poffeffionem, quam & non fictorum quo minus is nanciscatur, etiam is cavere debet, vel potius & de poffeffore ioquitur, nec aliam rei præfentium exigit, quam ut ab eo poffideatur qui litis æftimationem fuffert, nam jure juranto in litem contumacia coerceri poteft, *l. 2. D. de in lit. jur. l. 5. §. ult. Inno. Ad exh. & omnis* communicata dolus eft.

CAP. IV. *An regula Catoniana pertineat ad hereditates expectatas, & l. 3. de reg. Cat. emendatur.*

REgula Catoniana pertinet ad jus antiquum, quo dies legatorum cedit a morte teftatoris. Ad legem Juliam & Papiam, quo cedit ex conditione tibulis, non pertinet: & ita jam duobus commentariorum noftrorum in locis *legem ultimam, D. de reg. Cron.* interpretati fumus rectiffime: Eadem ratione regula Catoniana ad conditionalia legata non pertinet, *l. cettera, §. 1. D. de heres. D. de bered. inftit.* pertinet, idque aperte definitur in *Ipsnolis. D. de diverf. reg. jur. l. 3. D. de bered. inft. de bis qui. & diff. & in ifti a primo. D. de lib. & poft.* & veriffimum eft. Diredo tamen obftat *l. 3. D. de reg. Catoniana. Cornucus*, inquit, *ait pertinere ad ad hereditates.* Sed, ut breve faciam, quod apud Ulpianum vis ita *bered. inft. poft* ftare accidifle, librorum fcriptoribus oftendimus, ut *Sabinus* & *Proculeiani* animadvertere & alterum pro altero ponerent, idem eos committiffe affirmo in illo loco. Itaque de lege, *Cornuna regula ad hereditates pertinet ad libertates*: cujus fententiæ ratio apertiffima eft. Libertates enim ab adita hereditate cedunt, *§. libertatibus, C. de ead. tol. l. nam cum libertas, D. quando dies leg. cedit. & Julianus, D. de condit. & demonftrat. Ipsi patet, §. fin. D. de adquir. bered. l. qui teftamento domini, D. qui eff. fui. poffum*, & probatur quoque *Appendarius, §. fi homo, ex D. de fideic. lib. & perinde §. ult. Qui, & quibus.* Ideoque mox eo in loco jungunter libertatibus ea legata quæ poft additionem cedunt: *Neque*, inquit, *ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, fed poft adicium hereditatem cedit. Obferv. Joan. Robert. in Animadv. cap. 13. lib. 1.*

CAP. V. *De libertatorum condicione fubjecta.*

UT ingenuorum alii funt cives Romani, alii Latini Juniani, alii Dediticii, ita libertinorum alii Cives plena libertate fruuntur: Latini vivunt ut liberi, moriuntur ut fervi: Dediticii neque ut fervi, neque ut liberi vivunt, umbra tantum libertatis fruuntur, ut ait *Vlpianus, tit. 1. C. de Lat. lib. tol. §. ult. de fuccifl. libert.* Appofitam verba Salviani Maffilienfis epifcopi ex lib. 7. ad Ecclias tath. quibus Civitas tath. Latinitas Latinitate luendenter offendimus, *Meliori*, inquit, *condicione quidam relinquant liberos fuos quam in relinquis filius vos. In ufu fi quidem quotidiano eft, ut fervi eft non opinantes, certe non improba feruitutis Romanæ a dominis libertate donantur, in qua fcilicet & proprietatem peculii capiunt, & jus teftamentarium confequuntur, ita ut & teftentur, ini volunt, res fuas tradant, & moriendo donatione tranferibant: Nec folum hos, fed & illa, quæ in feruitute pofiti acquifierunt, ex dominorum demo latione non vetantur. Tantum eis interdum gratia patronæ liberalitas impartit, ut etiam jure fuo detractus quod liber-*

A *rorum dominis largiatur. Quamvis, quæfquis ille ex infidelifimo patre, quamvis dominæ ille, nocluus cum libertis agens, quam ea cum liberis? illi quæ donant, perpetuo jure donant, ita temporario: illi teftamenti faciendi arbitrium dant liberis, in tollis liberis: illi poffeffores fuos dant liberis, ea prudi addicit filios fervitutis. Nam quid eft illud quoniam fervitutis addatur quæ non vix aliquid quafi impetuous poffidere? More ergo illorum utetis, qui fervos fuos non bene de fe meritos, quos civitate Romana indipifcuntur, dicant, fuisse libertatem adjicunt, quæ fcilicet jubenti quidem fub libertorum titulo agere juventus, fed nonlunt quicquam habere mercedis: negotio vero nullius ferviturus arbitrio, etiam quæ fuperfluis habent, morientes denare non poffunt. Hæc Salvianus. Nemo autem eft, qui neficiat Latinorum dedicitiorumque condicionem effe.*

B *& a Juftiniano fublatam atque ad unam Romanorum civitatem Antonini ingenui omnes qui funt in orbe Romano, Cives Romani funt: ita libertini omnes ex conditione, Cives Romani funt: Plus dico in Novella Juftiniani, qui & teftatus priden fuerat fibi cordi effe ingenuis hominibus potius, quam liberis Reipublicam frequentari, l. 3. C. de bon. lib.* commodo fubtarum libertinorum condicionem videri, *Nov. LXXVIII.* manumiffos enim ingenuos fieri, non libertinos, maxime fi manumittit jus patronatus remittit. Felicia memoria Francorum imperatores vel ex ecclefia fecere fecundum conftitutionem Conftantini, aut potius Ludovici Imperatoris: vel ex legis Salicæ, inquit, ut dicebant, ceremonia: vel per chartam five epiftolam, quomodo etiam regis «Merovingi propter regnæ partum fervos dominicos liberabant, & inde manumiffi in Conft. quadam Pipini ait illi dicebant, alii Chartarii homines appellantur, idque in manumittendo adjiciebatur, ut ingenui ftatim fierent, perinde ac fi ex ingenuis parentibus procreati eflent: interdum tamen ea condicione manumittuntur, ut quoad viverent domines fervirent ei, poft obtum ingenui fierent: quæ omnia ex veteribus Francorum ritibus, & ex Salica, Ripuariorum collegimus, & ex Antiquibus Rex Langobardorum in tit. de manumiff. Hoc autem recepto, manumiffione inemtos fieri, confequens eft, ut dicamus etiam manumiffo cognationem recipere: quod tamen vigente libertinitate non obtinuit, l. 7. D. unde cognat.*

C

CAP. VI. *Explicatur fpecies ipsi fe patris, Cunde liberi.*

MPerat. Conftantinus A. ad Leontium Com. Orientis, *Qui fe patris*, inquit, *poft annum inteftatum defuncti negat heredem, mortui aut paterni fufcipere fuperftitem non patefi, maxime emancipatus, nifi per bon. poffeffionem ad hujufmodi beneficium perveneris.* Hoc refcriptum ut obfcurum effe exiftimantur, Accurfii interpretatio facit, quæ nunc vacillitque adeo, ut certi ex ea quid ftatuas, vix colligere quicquam poffis. Mihi hujus refcripti fpecies apertiffima videtur. Si poft mortem avi inteftati filius defuncti hereditate repudiata, fe imiditum heredem fecit, neque ex eo dubitari poteft, an avo heres fit. Si filius mifcuerit fe, nihil dubitaremus: nec enim tunc D poft per prætorem fufcipiat, fuisse heredem etiam avi hereditatem tranfmiffionis jure, quoniam fui etiam ignorantes parentum hereditatem ad heredes tranfmittunt, *Liquid fuffers, Cade fuis & legit. lib. 1. §. fi quis ex libertis, D. ad S.C. Tert.* At fi nepos nolit filio heres effe, an dicemus eum avo fuum heredem fuisse? Minime vero: idque in emancipato nepote dicemus facilius, quam in eo qui eft in potestate avi. Sed tamen in utroque idem juris eft, quoniam in fui hereditibus fuccefflio non eft, *l. 1. §. fuccedum, D. de fuis & legit. bered.* Tempore enim delatæ hereditatis eum filius in ea hereditate præceffit. At defendi poteft datorum prætorem ei bonorum poffeffionem

E

A Rurfus precariæ non revocantur. Precarium voluntate ejus, qui conceffit, revocatur. In precariis plerumque intervenit merces, in precario non item. Nam ex veteribus contractuum formulis ita precariis fieri didicimus, ut is qui prædia fua ecclefiæ offert, deinde rogget, ut fibi quoad vixerit, uti ea & frui liceat, quod ex *l. a. de uti. ufufruct. lib. 2. legis Langob.* colligitur: ubi tamen vulgo male legitur *precarium*, cum fit legendum, *per precariam*, ut eft in veteribus, quos non ita pridem ti fumus, quam diligenter cum impreffis conferremus. Sic autem debitum ufufructum vel gratuito vel certis ftatifque temporibus dare & reddere mercedis nomine poffit mortem ipfo jure cum his omnibus, quæ interim acceffiffent, prædia ad Ecclefiam redirent, cavebatur. Interdum donatio prædiis fuis facta cum alia a fe conceffa B ftis donator per precarias recipiebat, interdum ea lex precariis addebatur, ut qui rogaffet ea, quamdiu adhibitus Ecclefiæ effet, poffideret, retineret, quibus mercede, in qua præftanda fi moram fecifles, expelleretur: illud quoque, ut perinde viderent precariæ, ac fi, ut in aliis locis mos eft, quinto quoque anno renovatæ eflent. Et hoc negotii genus audio in Italia frequentari.

CAP. VII. *His verbis, Genere quodam, quemadmodum noftra conftitutio utantur.*

IN l. 10. D. pro emp. fic lego, *& genere quadam conditio tionis fervitus & dominium contracta eft*: quibus verbis fignificare id autumavimus de quo in aliis conftitutionibus fimile ac promiscue effe. Sic in *Liquid fervus, D. de ftip. fer.* nam & genere quadam donatio eft: & in *l. Plmp. D. de adq. rer. d.* nam genere quadam venundari id erant pacti: & in *Liquandam, D. de adq. poff.* Utrubique autem quodam genere conditio poffeffio erit animalis. Sic Scribonius Largus ex locis anatomicis ad G. Julium Callifthenem: *Quid poffum ultra dicere, nifi genere omnium partibilium eas enumerare?* & alio loco: *Nam & hoc genere quodam ex eadem materia conflat*: & alio: *Meritis itaque manifeftæ cutifum regulatore genere quodam tenuitatis ambiuntur.* & alibi: *Accipientia & alia*: *Accipientia, hoc eft Cellæ præparatæ quæ quotcunque cumpebat & genere quodam publice materiæ Cnemiqus nudo ortus erat. Genere quodam idem valet apud Quadrumvirs.*

C

D

CAP. IX. *De fententia l. transfugam, D. de adq. rer. dom. five de transfugis.*

TRanfuga eft profiter, qui fide mutata ad hoftes tranfit, *l. poffiminium, §. transfuga, D. de capt. & poffim.* qui idem dicitur & perfuga, ut ex Ælio Gallo Sext. Pompeius refert. Hic ipfe Gallus ait transfugis deminutionem patitur. *l. amiffione, §. 1. D. de cap. minut.* nec fi redeat ad fuos poffliminium habet, *Litem ta, D. ex quibus caufis manumitt. Poffliminium*, inquit, *ita ga, D. de cap. & poff.* Maximam vero non patitur: nec enim fit fervus hoftium, *l. fi quis tutor, D. de tutel.* Quidam dicunt eum, fi recuperatur ad fuos, fervum fieri: quod falfum puto: namque reverfus aut ex jufta E cauſa venia datur, *l. non omnes, §. ult. D. de re milit.* aut vivi exercitum aut quo alio pertinuerit, ut ait Ulpianus. Germanos fieri falebat auctore Cornelio Tacito, furca vel arboribus fuspendutur, *I predirunt, D. de re milit.* Laus *dumque, §. ult. D. de pœnis.* Eadem pœna in hoftes conftituitur in *§. hoftes.* Ait enim, *Hoftes autem, item transfuga hoc pœna afficiuntur, ut vivi exurantur.* Sed hoc ridiculum & incognitum eft. Hic ipfe Gallus ait apud F. eafe legendum, *Ad hoftes autem transfuga, ut in §. quis aliquid, §. 1. D. ad l. 10.* Nufquam vero invenies transfugas fervos effe: poftliminum ad fuos redire. Extat quidem apud Conftantinum *lib. 6. Epift.* conftitutio, Si quis femel transfugerit, ut veniam confequatur fi iterum, ut triennio ferviat: fi tertio, ut in perpetuum fervitute di-

fra-

strahatur. Sed ea est ex Leonis constitutionibus. At quia, ut diximus, transfuga civitatem amittit, quæso qui fieri potest, ut tutor maneat, quemadmodum traditur in *l. si quis tutor, D. de tut.* Media enim capitis deminutio tutelas solvit. Puto non esse hoc per omnia verum, ut solvatur tutela tutore civitatem amittente: nam deportatione quidem solvitur, quoniam deportati nullius certæ civitatis sunt cives, atque adeo ἀπόλιδες appellantur. At secus est si tutor transfugerit, vel si deditus hostibus, & ab eis receptus fuerit: hic enim in aliam civitatem migrat. Quod si non civis testamento tutor dari potest, *l. etiam non municeps, D. de tutel.* cur etiam qui desinit esse civis, & in aliam civitatem transit, datus testamento tutor non manebit? Hæc cum ita sint, quid sentiat Celsus in *l. transfugam, D. de adquir. rer. dom.* videamus, dum ait, *transfugam jure belli recipimus*: nec enim hæc verba sic accipi oportet, ut fiat transfuga servus noster vel hostium. Rursus nec ita, ut reversus postliminio recipiatur, nisi transfugæ appellationem velis eo in loco ad servum restringere: nam servus transfuga propter dominum postliminium habet, ceteri transfugæ non habent. Verum & aliud esse reor jus belli, aliud jus postliminii. Est quidem utrumque juris gentium, bellum & postliminium. Sed separatur jus belli a jure postliminii. Jure belli hostes cæduntur, hostes capiuntur, jure belli transfugæ quasi hostes interimuntur, *l. 3. §. ult. D. ad leg. Corn. de sicar.* Q. Curtius *lib. 8.* Persarum regem occidere volumus, & te transfugam jure belli persequimur. Jure belli transfuga recipitur, id est, eum qui ab hostibus desciverit, non violato jure belli possumus recipere. Nec ex Recipiendi verbo postliminium significari arguamus: nam ut exules & deditos: ita & transfugas Latine dicimur recipere. Res autem hostiles, quæ non bello captæ, sed apud nos deprehensæ sunt utputa merces, arma, naves, ut subjungit postea Celsus, occupanti cedunt, nec fiunt publicæ, sicut & homines, qui bello subito exorto apud hostes deprehenduntur, suo fato & jure belli occupantium fiunt, *l. in bello, §. 1. D. de capt. & postl.* Et hæc est meo quidem judicio sententia *l. transfugam*.

CAP. X. *Ad appellationem hi qui appellantur, quemadmodum respondeant.*

IS qui appellabatur, ita plerumque pronuntiabat, juste recteve appellatum, aut injuste appellatum, aut justam injustamve appellationem videri, ut colligi potest ex *l. imperatores, §. 1. l. negotiorum D. de appellatione, l. maritus, D. de quæstion. l. chirographis, §. 1. D. de admin. tutor. l. 2. D. quando appelland. sit. l. in ratione, §. cum quidam, D. ad leg. Falcid. l. intra, D. de minor. l. 1. l. eos, §. 1. C. de app. l. qui Romæ, §. Seja, D. de ver. obl. l. Osidius, de leg. 3.* & sententiam conservabat, ut *l. ult. D. quod cum eo*, &c. non confirmabat ita ut vis ejus retrotraheretur contra *l. furti, §. 1. De his qui not. inf.* Videtur & hæc novorum Imper. temporibus in usu fuisse formula, *A re bene judicata temere appellasti furoris audacia*. Sic enim Optatus Afer scribit in lib. de schism. Donatistarum. Ad quam appellationem Constantinus Imperator sic respondit, *arbita furoris audacia*, sicut in caussis gentilium fieri solet: ubi ego illud *arbita* (sic enim malo, quam ut in quibusdam editionibus *Orbita*) interpunctionibus ita distinguendum esse censeo *A. R. B. I. T. A.* Ut his literarum initiis hæc vulgaris formula significetur: *A re bene judicata temere appellasti*. Proxima certe locutio, *furoris audacia*, illis temporibus sæpissime usurpabatur, *l. si quis in tantam C. unde vi, l. 2. C. de aquæd. No. Theod. de Judæis, Samar.* &c. Cochlæus legit, *O rabida furoris audacia*, rectius, hoc sensu, Eo ne furore ducuntur Christiani ut sicut gentiles ita ipsi appellent ad principem, nec rebus semel judicatis adquiescant?

CAP. XI. *Emendatur §. ult. l. 2. De interdictis.*

PAulus in *l. 2. §. ult. D. de inter.* datis exemplis interdictorum apiscendæ, reciperandæ, retinendæ possessionis: *Sunt*, inquit, *Inter, ut diximus, duplicia tam reciperandæ quam apiscendæ possessionis*: quæ verba mihi magni erroris suspecta sunt. Moveor, quia Paulus ait, *ut diximus*, quasi supra ostenderit quædam esse interdicta duplicia, tam reciperandæ quam apiscendæ possessionis, quod tamen certe non dixit, sed hoc tantum initio legis demonstravit, quædam esse interdicta duplicia, veluti *Uti possidetis*, & *Utrubi*: quibus etiam adjungi potest veluti possessorium, quod inter rivales redditur De aqua, *l. 1. §. si inter rivales, D. de aq. quot. & æst.* quæ tamen non ideo duplicia appellantur, quod sint & reciperandæ & apiscendæ possessionis (nec enim ad has causas ullo modo pertinent) sed quia in eis uterque tam rei quam actoris partes sustinet, *l. si duo, §. 1. D. uti possid. l. 1. §. proponitur, D. de superfic. §. tertia, Instit. de interd.* Tum vero quis hoc fando unquam audivit, aut quis hoc animo concepit unquam, dari posse interdicta tam reciperandæ quam apiscendæ possessionis? Non est difficile studioso omnia juris Prætorii interdicta colligere. Colligat igitur omnia, percurrat, excutiat. Unum si invenerit quod tam ad reciperandam quam apiscendam possessionem pertineat, nolo posthac mihi credi quicquam de jure civili affirmanti, in quo tot jam annos ita me exerceo, ut adsecutus mihi aliquam videar & docendi, & interpretandi, & respondendi facultatem. Apiscimur quod nunc primum nanciscimur. Reciperamus quod amisimus. Quod amisimus, habuimus. Quod nunc primum adquirimus, non habuimus. Igitur dici hoc non potest quod amissum reciperamus, idem etiam simul nunc primum apisci: aut quod habere incipimus, & reciperare nos. Sed neque dari interdictum potest, quod partim ad reciperandam, partim ad apprehendendam possessionem pertineat: denique nullum est interdictum duplex tam reciperandæ quam apiscendæ possessionis. Fateor esse interdicta tam prohibitoria quam exhibitoria, *l. 1. §. 1. D. de interdi.* ut interdictum *De liberis exhibendis*, quod licet exhibitorium sit, tamen pro prohibitorio est, *l. 3. §. 1. D. de lib. exh.* Esse interdicta tam prohibitoria quam restitutoria *l. 3. §. cum prætor., D. ne vis fiat ei, qui in poss. miss. erit, l. 1. §. 1. D. de aqua quotid. & æst.* Nego esse tam reciperandæ quam apiscendæ. Nec pugnantia dico: nam apiscendæ itemque reciperandæ interdicta omnia restitutoria sunt. Hoc igitur dico, non posse dari interdictum restitutorium, quod sit & apiscendæ & reciperandæ possessionis gratia comparatum. Quid igitur? An errasse Paulum dicemus? Quinimo errasse potius librarios transportatis his ex *l. 3.* verbis, *Tam reciperandæ, quam apiscendæ possessionis* in eum *l. 2. §. ultim.* de quo disputamus. Hic enim fuit ordo quia esse debuit. Positis interdictis retinendæ possessionis, Paulus scripsit in hunc modum, *Sunt interdicta, ut diximus, duplicia*: vel, ut legitur in quibusdam editionibus, *Sunt autem interdicta, ut diximus, duplicia*. Id vero dixerat in legis initio, interdicta retinendæ veluti Uti possidetis esse duplicia. Sequebatur alia Ulpiani definitio his verbis, *In interdictis tam reciperandæ quam apiscendæ possessionis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro*: quæ verba ideo addita sunt, quia in interdictis retinendæ possessionis fructuum ratio non habetur, sed in restitutoriis duntaxat interdictis, cujusmodi sunt apiscendæ & reciperandæ, *l. videamus, §. in Fabiana, D. de usf.* Sed ea verba cum essent ab aliquo interprete addita in margine, postea in contextum recepta fuisse, aliena tamen sede, ut dixi, conjecturam facio ex *l. 1. §. ex die, D. unde vi & de vi armat.* (ex quo eam Ulp. definitionem ductam esse ut existimem, verborum & inscriptionum similitudo facit) ubi Ulpianus ea verba non usurpat, nec profecto in interdictis reciperandæ, quæ duo tantum sunt *Unde vi* & *De vi armata*, quamvis fructuum ratio habeatur, huic definitioni locus est, sed in ceteris ait interdictis, id est, in ceteris quæ perinde restitutoria sunt atque *Unde vi*, ex quo edita sunt, non retro ratio habetur fructuum. Itaque ea potius verba ut omnino expungantur auctor sum.

CAP. XII. *Indicatur lex quædam XII. tab. de indemnato non interficiendo.*

INauditum, indemnatum, incognita indictaque causa neminem interficiendum esse adeo verum est, ut nec possit pater filium, quem in potestate habet, occidere, nisi præses vel præf. urbi audierit eum prius, & condemnaverit, *l. 2. D. ad leg. Corn. de sicar. l. 3. C. de patr. potest.* Id autem juris quod in urbe etiam tum cum reges essent, fuit, postea relatum in XII. tab. fuisse ex Salviani Massiliensis episcopi *l. 8. de jud. & provid. Dei*, didicimus, *Interfici*, inquit, *indemnatum quemcunque hominem etiam XII. tab. decreta vetuerunt*. Itaque dum Augustinus sic scribit *lib. 1. de civit. Dei*: *Vos appello leges Judicesque Romani, nempe post patrata facinora nec quemquam scelestum indemnatum impune voluistis occidi*: eum dicemus *leges XII. tab.* intelligere. Videtur autem sumptum hoc esse ex Lycurgi legibus, quæ auctore Valerio *lib. 7. cap. Sapienter dicta aut facta*, de indemnatis supplicium sumi vetabant.

CAP. XIII. *Duo loci Pandectarum valde corrupti emendantur.*

PErspicua menda est in *l. 4. D. de S.C. Silan.* dum non natis postumis, & uxore substituta mortua antequam ei per S.C. Silan. adire liceret, heredes mulieris Papin. ait ex Constitutione actiones habituros, legendum enim est, *ex substitutione*: nulla enim ea de re prodita est constitutio. Et ita etiam libri quidam scripti habent: Florentini eodem vitio laborant, quo ceteri, qui sunt excusi. Dabuntur autem heredibus ex substitutione utiles actiones, *l. 3. §. eleganter, D. eod.* nec enim ipso jure ad eos transmissa est substitutio. Æque evidens est error in *l. Divi fratres, D. de jure patron.* Proponitur in ea rescriptum DD. fratrum ad Quintillios, quod etiam citatur in *l. in servitutem, §. si patroni, D. de bon. lib.* & ejus summa hæc est, ut colligitur ex eo §. calumniam filii adversus libertum paternum nepoti ex eo nato nihil nocere, quod in eo rescripto hæc verba, quæ rem decidunt, potissimum indicant: nepotem neque ex verbis neque ex sententia legis, aut edicti prætoris, ex persona vel nota patris sui excludi. At initio rescripti sic proponitur dubitatio, an si pater patris libertum accusaverit per calumniam, nepos contra tabul. aviti liberti bon. possess. petere possit. Quæstio igitur est de avo, decisio de patre, quod stare non potest. Tum vero ita ratiocinor: Non solet avus pater patris appellari: expeditior enim est avi appellatio: & eo maxime loco ut dixerunt avitum libertum sic si de avo quæsiissent, proculdubio dixissent avum, non patrem patris. Præterea cum avitus sit libertus, & eum patronus ipse, id est, avus impune accuset, *l. si filius, §. 1. D. de fideic. lib.* ineptum est quærere, an quæ in avo ipso, qui accusavit, impunita est accusatio, nepoti noceat. At quia in filio patroni impunita non est, merito dubitatur, an & nepoti ex eo suscepto noceat. Et hoc sane eo rescripto agitur. Quis est igitur, qui non videat eo in loco expungendam esse vocem, *patris*, ut supersit tamen altera, nempe *pater*? Sed ut omnis scrupulus discendi studiosis eximatur, velim id quoque in ea *l. Divi* observent, proposito rescripto Divorum fratrum Ulpianum idem omnino quasi nullum ea de re extaret rescriptum, ex se quærere, & in Juliani, quæ etiam rescripto probatur, sententiam ire: quæ res ut scilicet diversæ quæstiones tractari viderentur non eadem, illum quem correximus errorem (ut opinor) peperit. Et forsitan perverso ordine nobis ea ex Ulpiano, ut pleraque alia, Tribonianus tradidit. Prius enim erat quæstionem ex se proponere, deinde responsionem & rescriptum.

CAP. XIV. *Legem ultimam, D. de lege Pomp. de parricid. non ad eum titulum, sed ad tit. de S.C. Silaniano pertinere.*

CRimina fere omnia XX. annorum præscriptione tolli Imperatores ajunt in *l. querela, C. ad leg. Cor. de fal.* & Constantinus probat his verbis *lib. 1. Epit.* ὅτι τὰ ἐγκληματικὰ εἰκοσαετίᾳ σβέννυνται. Idcirco ajunt, *fere*, quoniam quædam sunt crimina, quæ quinquennii præscriptione tolluntur, utputa, quæ descendunt ex lege Julia de adulteriis coercendis, *l. mariti, §. hoc quinquennium, D. ad leg. Jul. de adult.* Item quæ ex lege Julia peculatus, *l. 7. D. ad leg. Jul. pecul. & ex S.C. Silaniano, l. in cognitione, D. ad S.C. Silan.* Nulla autem alia esse existimo, quæ non vicennii præscriptione tollantur: quod enim dicitur de crimine subditi partus in *l. qui falsam, D. ad l. Cornel. de fals.* sub hac exceptione accipiendum est, nisi vicennium præterierit, quæ quidem de crimine falsi consimili sententiæ etiam ab imperatoribus adjicitur *d. l. querela*. Ergo licet mulier adulterii non possit post quinquennium accusari, vel post sex menses utiles, subjecti tamen partus accusationi illæ præscriptiones mulieri nihil prosunt. Et hæc proculdubio est sententia Pauli in *d. l. qui falsam*: respicit enim ad adulterium subjectioni adfine crimen, dum crimini subjecti partus nullam præscriptionem opponi ait. Quo autem respiciat idem Paulus in *l. ult. D. de lege Pompeja*, non video. Verba legis hæc sunt. *Eorum, qui parricidii pœna teneri possunt, semper accusatio permittitur.* Nunquid enim est aliud parricidio adfine crimen, quod quinquennio, aut triennio, aut decennio excludatur, ut eandem præscriptionem accusationi parricidii objici non posse admonere necesse sit? Quod si quis contendat nihil tale etiam spectari oportere, & hanc Pauli sententiam esse, parricidii crimen non excludi præscriptione vicennii, id quoque non admittam: nam licet quædam sint crimina, quæ minori tempore finiantur, nulla tamen quamvis gravia & Reip. perniciosa ultra vicennium porrigi certa auctoritate confirmari potest. Sed & de crimine parricidii Paulus non loquitur. Ait enim, *Eorum qui parricidii pœna teneri possunt*, non ait, *qui parricidii pœna tenentur*. Quamobrem mihi ita videtur vitiatam esse inscriptionem ejus legis de qua agimus: restituendam autem esse ex *l. in cogitatione, D. ad S.C. Silan.* in qua eadem omnino verba sunt, nec ad crimen parricidii, sed ad accusationem contra S.C. Silanianum apertarum tabularum ejus, qui a familia occisus esse dicitur, referuntur. Hac enim accusatione extranei heredes quinquennio liberantur: hi parricidii pœna teneri possunt, non item. Et ideo illinc eruta verba male Tribonianum ad titulum de lege Pomp. transtulisse satis liquet, & eo liquet magis, quo quis attentius locos superiores disputationemque nostram examinaverit.

CAP. XV. *A quo magistratu detur bon. possessio, explicatur: & Valerii Maximi complures loci purgantur.*

DAre bonorum possessionem est jurisdictionis sive imperii mixti, *l. Imperium, D. de jurisdict. omn. jud.* Dat eam Prætor in urbe, Præses in Provincia, non duumviri, *l. ea quæ, D. ad municipalem*. A præfecto urbi bon. possessionis datæ exemplum est apud Valerium *lib. 7. cap. De testamentis, quæ rescissa sunt*. Refert enim exheredato patri a filio in adoptionem dato G. Calpurnium præf. urbis rescisso filii testamento ab intestato bonor. possessionem dedisse: quod certe non eo quidem apud me non novum est, quia ob exheredationem patris rescissum fuerit testamentum filii in adoptionem dati, quandoquidem & is filius vicissim si exheredatus fuisset, de inofficioso testamento patris jure experiri potuisset: sed quia præfectum urbi ait bonorum possessionem dedisse. Hoc enim juris auctoritate caret:

At certe apud Valerium in libris veteribus ita legitur, *Egregii G. quoque Calpurnii Pisonis pr. urb. constitutio:* quod ego, qui memineram G. Calpurnium Pisonem Prætorem non Præfectum urbi fuisse, nec usquam a Præfect. urbi bon. possessionem datam legeram vel audiveram, valde statim comprobavi. Sunt vero in eo auctore & alia errata quamplurima, ex quibus ea potissimum in hoc loco notabo, quæ ad jus nostrum pertinere videntur in *lib. 5. cap. de ingratis*, loquens de Cimone Milciadis filio: *Hanc,* inquit, *hereditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipse suæ ætatis dux maximus solam secrevisse, catenas & carcerem gloriari potuit:* vulgo legitur, *solum sese fortitum:* quæ verba supposita sunt ab his, qui hereditatem crevisse quid esse ignorabant, quod latet nunc neminem, mirorque id nescisse Erasmum in illo Prudentii loco, *Testator & sator jubet Adire regnum & cernere*. In *lib. 7. cap. 2. AM.* inquit, *Luctatio Pithia splendido equite Rom. judex additus*, legendum, *additus*, ut & *lib. 8. cap. 2. de qua re G. Aquilius judex additus*: quod probavi *lib. 4. Institutionum tit. de offic. jud.* vel potius ubique, addictus. Addicere enim est dare, ut addicere bon. possessionem in *2. Ver.* & addicere litem in XII. *tabulis*, quod alii dare litem. Idem tamen eodem capite, *M. Portium*, inquit, *Catonem inclyti Catonis patrem arbitrum cum Claudio addixit quidquid sibi dationis re facere oporteret ex fide bona*, pro quo M. Tullius dixit, adegit arbitrum *l. 3. Offic.* ut in *Orat. pro Roscio Com. Cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium*, & in Topicis, *Finibus regundis, & aquæ pluviæ arcendæ adigere arbitrum*. Sic enim libri veteres habent, non *adiicere*.

CAP. XVI. *Explicatur initium l. 3. D. de bon. possessionib.*

Ulpianus in *l. 3. D. de bon. poss. Bona autem*, ait, *hic, ut plerumque solemus dicere ita accipienda sunt, universitatis cujusque successionem, qua succeditur in jus demortui.* Quæ verba nemo recte adhuc, quod sciam, interpretatus est. Animadverti autem veteres interdum dixisse, Hereditatis possessionem, non bonorum possessionem, & ita sæpissime loquutus est M. Tullius. Plerumque autem, ut Ulpianus ait, solemus dicere, Bonorum possessionem. Idem tamen postea utrumque usurpat in §. 1. *Hereditatis autem*, inquit, *bonorumve possessio*, ex quo loco hæc quæ sequuntur, *Denique etsi nihil corporale sit in hereditate, attamen recte ejus bonorum possessionem agnitam Labeo ait*, manifesto perspicitur ita esse restituenda, ut addita distinctione legamus, *attamen recte ejus bonorumve possessionem*. Nec vero unquam dixere, Hereditatis bonorum possessionem, sed vel Hereditatis possessionem, vel Bonorum possessionem, plerumque autem, id est, frequentius Bonorum possessionem. Ambrosius tamen *lib. 1. de Caim & Abel*, *Testamentum*, inquit, *est quo defertur bonorum hereditas*.

CAP. XVII. *Explicatur l. cum societas, D. pro socio.*

A Quo tempore juri civili operam dare cœpi, nulla me lex diutius torsit quam *l. cum societas, D. pro socio*, nec plane etiam nunc ausim dicere eam a me legem intelligi: afferam tantum probabilia quædam. Ait Ulpianus, *Cum societas ad emendum coiretur & conveniret, ut unus reliquis nundinas, id est, epulas præstaret, eosque a negotio dimitteret: si eas eis non solverit, & pro socio, & ex vendito cum eo agendum est*. Primum omnium uti nundinæ pro epulis accipi possint, non video. Tum quid sit a negotio dimittere, non intelligo. Deinde quod obscurius est non solutis epulis, quorsum detur actio ex vendito, & ei ob eam causam qua ratione locus esse possit, adsequi nullo modo possum. Postremo quia in aliis editionibus ita legitur, *Cum societas ad emendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquis nundinarias epulas præstaret, eosque ad negotium dimitteret*, utra sit lectio verior, subsisto. Ad hanc tamen posteriorem proclivior sum: nam & Cicero pro Rabirio Postumo, in negotium mittere, eodem sensu dixit, & in Paradoxis ad defœnerandas diripiendasque provincias dimittere, & simili forma Ulpianus *in mercedem mittere* in *l. quæsitum §. si aliqua, D. de instruc. vel instrum. leg.* Gellius *l. 5. Adolescentem victus quærendi gratia in mercedem missum*. Tertullianus *lib. de virg. vel. Masculum a duobus amplius ad negotia mittunt*. Inita igitur ad emendum societate, convenit inter socios ut unus nundinarias epulas præstaret, reliquos in negotium mitteret. Hi negotiati sunt, non solvuntur epulæ, habent in eum, qui epulas non præstitit, ex lege societati addita actionem *Pro socio:* actionem *ex vendito* ipsi non habent. Hæc enim venditori datur: nihil autem ipsi socio vendiderunt. Rursus *ex empto* actionem non habent. Ipsis enim is, qui epulas præstare debuit, nihil vendidit, ut frustra Accursius exponat, *Ex vendito*, id est, *ex empto*. Igitur *Pro socio* dumtaxat actionem habent. Puto tamen eum, qui vendiderit his, qui in negotium missi sunt, dum unus epulas parat, non in eos tantum, qui emerunt, sed in eum etiam, qui epulas præstare debuit, quasi & ipse emisse videatur, qui hac de re societate contracta socios in negotium misit, ex vendito actionem habiturum, & hanc esse sententiam *l. cum societas*. Nec enim qua fini datur actio *Pro socio*, eadem atque adeo nec eisdem actio *ex vendito* datur. Similiter vero & venditori non in eum dumtaxat, qui alterius mandato emit, sed & in eum, qui mandavit, *ex vendito* actio competit, *l. Julianus, §. si procurator, D. de act. empt.*

CAP. XVIII. *Quid sit Chartiaticum in l. Divus, D. de bon. dam. quid pulveraticum in constitutionibus quibusdam.*

Ex ratione pannicularia officialibus chartiaticum præstari Ulpianus scribit in *l. Divus, D. de bon. damn.* Ita enim legitur in *P. Florentinis:* quam lectionem confirmant hæc Zonaræ verba in Nicephoro, [illegible] *ἐπισκέπτων* [illegible] *σφίσι τὰ δημόσια* [illegible] *ὑπὲρ χαρτιακοῦ* [illegible] *χαρτίκ*. Est vero chartiaticum id quod quasi pro chartis officialibus datur: sicut Cerarium quod quasi pro cera apud Ciceronem: sicut pulveraticum sive pulveratica honorarium quod quasi pro labore & pulvere agrimensoribus datur, in Const. quadam Theodosii & Valentiniani, quæ apud Frontinum extat: quo nomine etiam a præsidibus singulas provinciæ civitates obeuntibus provinciales exigebantur: sed abolitum est Nov. Leonis & Majoriani de Curialibus, de qua intellexit Cassiodorus *lib. 12. Var.* dum ait, *Pulveratica quoque judicis funditus amputantes, trium tantum etiam dierum præsulibus annonas præberi secundum vetera constituta decernimus*. Sic pulveratici nomine bini solidi dantur servis, qui se militiæ offerunt in *l. 16. C. Theod. de tironibus*.

CAP. XIX. *Explicatur l. 7. C. de revoc. donat.*

Quædam sunt actiones in personam, quæ non pecuniæ, sed vindictæ tantum persecutionem habent: & ideo heredi vel in heredem non dantur. Hujusmodi est actio injuriarum, *l. 2. §. emancipatus, D. de collat. l. si eum, §. injuriarum, D. si quis caut.* & actio de moribus, *l. ult. C. Th. de incest. nupt.* Ejusdem ego generis etiam opinor esse eam actionem personalem, qua mater ab impiis & ingratis liberis donationem revocat, de qua in *l. 7. C. de revoc. donat.* lex enim ait ita personalem eam esse, ut vindicationis tantum habeat effectum, nec in heredem detur, nec tribuatur heredi: ubi vindicationem pro vindicta sive ultione accipio. Hac enim actione mater suam injuriam ulciscitur potius, quam rem persequitur. Et vulgo male eo in loco vindicatio accipitur pro actione in rem. Dari namque potest actio mixta tam in personam, quam in rem, nulla tamen dari potest actio in personam, quæ actionis tantum in rem habet effectum. Denique non hic est effectus actionis in rem, ut hæc heredi, nec in heredem detur: nam & heredi petitoris & in heredem possessoris eam dari quodammodo constat. At ea actio, qua revocat mater donata ingratis liberis, nullo modo heredi vel in heredem datur. Effectum igitur vindicationis tantum ideo habere dicitur, quod vindictam tantum persequatur, non pecuniam: atque ita similis est injuriarum & de moribus actioni actio.

CAP. XX. *De bove aratorio Imp. Constantini duo singularia constituta.*

Ne agrorum culturæ boves abstraherentur, invenio Imp. Constantinum duo constituisse. Primum, ut ne ob civilia debita boves aratorii pignori caperentur *l. executores C. quæ res pign. oblig. poss.* quæ lex sumpta est ex *Cod. Theod. lib. 2. tit. 30.* & in eo quidem nihil de bove aratorio sive Basiliensem sive Parisiensem editionem consulas: sed, ut Anianus indicat, & compluria Cod. Theod. exemplaria, quæ in manus nostras pervenerunt, legendum sic est, ut in Cod. Justin. *servos aratores aut boves aratorios*. Quod amplius est de instrumento aratorio in Cod. Justiniano additum a Triboniano videtur, qui etiam *intercessores* eo in loco interpretatus est *executores*, ut in *l. ne quis, C. de offic. rect. provinciæ*. Eadem vero ratione Attica lege mactari boves aratorios non potuisse Ælianus refert variæ historiæ *lib. 5.* his verbis: [illegible] Et Plin. *lib. 8.* Judicio Pop. Rom. in exilium actum eum, qui bovem aratorium occiderat, & ex Varrone socium laboris & agriculturæ & quasi colonum occidi, dum bos occideretur: quo spectat etiam Constitutio quædam Valentis, cujus meminit Hieronymus *lib. 2. adversus Jovinianum. Imp. Valens*, inquit, *nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, utilitati agriculturæ providens*. Deinde id eodem fere tempore Constantinus sanxit, ne boves aratorii etiam deficientibus his, qui cursui publico destinati sunt, ab his, qui iter faciunt, abstrahantur, *l. 1. C. Theod. de cursu pub. ang. & parang.* Iter sit plaustris & vehiculis, hisque junguntur boves, non tamen aratorii. Aristot. *in Oecon.* de bove aratorio scribit in hunc modum, [illegible]

CAP. XXI. *Emendatur l. post dotem, D. solut. matrimonio.*

Si pater post dotem datam & nuptias contractas stipulatus sit voluntate filiæ, divortio facto dotem reddi, recte stipulatus est, *l. quotiens, D. solut. matrim.* Est igitur patris propria repetitio dotis, denique est utilis repetitio atque efficax. Pugnat tamen cum hac sententia *l. post dotem, D. eod. tit.* quæ patrem post dotem datam & nuptias contractas stipulantem voluntate filiæ, divortio facto dotem reddi, ac deinde secuto divortio viva filia agentem, ait exceptione summoveri, idque iniquum videtur. Recte enim stipulatus est. Quæ interpretes de ejus legis sententia scripserunt, non recitabo: nec enim digna sunt opera nostra, *πάντα μία κόνις*. Hoc tantum dico laborasse eos in loco valde corrupto, quem Græci nobis conservarunt: namque ex *βασιλικῶν* libris duobus in locis sub eodem titulo, Græcos ita legisse constat. Post dotem datam & nuptias contractas stipulatus est pater sine voluntate filiæ divortio facto dotem dari. Perperam igitur stipulatus est: & tamen si filia post divortium decesserit, convalescit stipulatio. At si viva filia agat pater ex stipulatu, summovebitur exceptione, si non stipulatus est sine voluntate filiæ, argu. *l. si procurator meus, §. 1. D. de procur.*

CAP. XXII. *Quemadmodum conciliandæ sint l. si quis officium, D. de rit. nupt. cum l. 1. C. si rector prov. vel ad eum pertin. sponsalia ded.*

Præses provinciæ ex eadem provincia uxorem ducere non potest, sponsalia contrahere non prohibetur. Quod si per sponsam stet quo minus post depositam administrationem nuptiæ fiant, quæstionis est, an arrarum datarum nomine in quadruplum vel in duplum sponsa teneatur. Fuit olim pœna quadrupli, *l. 1. C. Th. si rector prov. vel ad eum pert. l. 1. C. Theod. si nupt. ex rescrip. pet. l. 6. C. Theod. de spons. & ante nupt. donat.* Hodie constituta est dupli, *l. ult. C. de sponsal. & arris sponsal.* Sunt & certi quidam casus, quibus simplum tantummodo redditur, ut si sponsa minor XXV. annis nondum impetrata venia ætatis arras acceperit, nec perdiderit. Item si non per sponsam stet, sed per legem aliquam aut Constitutionem, quæ nuptias prohibeat. Item si sponsa justam aliquam recusationis nuptiarum causam habeat, *d. l. ult.* Item in proposita specie si quis in ea provincia, in qua administrabat, sponsalia contraxerit & arras dederit, licebit sponsæ post depositam administrationem impune nuptias recusare, simplis tantummodo arris, quas accepit, sponso redditis, & ita Paulus scribit in *l. si quis officium, D. de rit. nupt.* Contra Impp. constituerunt in *l. 1. C. si rector provinc. vel ad eum pert. sponf. ded.* ne arras quidem invitam sponsam quas acceperit reddituram. Hæc ne videantur contraria esse, non efficient Latinorum interpretationes. Primum enim quod dicunt in constitutione durante administratione sponsam recusasse nuptias, ut commentitium & nugatorium est, frustra enim durante administratione recuso quas contrahere nec si velim possum, sicut frustra repudio hereditatem, quam adire non possum. Dicendum igitur & in constitutione post administrationem recusari nuptias, quo tempore mutuo consensu perfici jure potuissent, *l. eos, qui, D. de rit. nupt.* ideoque dubitari, an mulier incidat in pœnam legitimam. Deinde quod ajunt in Constitutione præsidem provinciæ sponsalia ab invitis extorsisse, non etiam in ea specie quam Paulus tractat, æque falsum & vitiosum est. Mutavit enim mulier voluntatem, ut constituit ait. Invita igitur non contraxit sponsalia: denique, nisi specialiter dicatur, vis, metus, impressio nulla usquam affingenda est. Equidem si præstat magis probabiliter comminisci aliquid, quam id quod verum est fateri, Constitutionem in ea re jus vetus abrogare, sequi malo Cyrilli Græci interpretis traditionem, qui notat Constitutionem loqui de præside provinciæ, de præsidis filiis, nepotibus, propinquis, domesticis, quibus tamen ipse præses in constituendis sponsalibus operam navaverit. Item de participibus præsidis, quos recte Tribon. interpretatus est consiliarios, id est, adsessores: quædam enim præsidis pars videtur adsessor, *l. omnis, C. Theod. de his qui a.d.m. vel offic. pub. ter. tra. sunt:* sententiam autem Pauli loqui de his, qui officium in provincia administrant, id est, de officialibus, qui ut præsidibus longe inferiores sunt, ita eorum quoque facta leviora judicantur. At præsides etiam ipsi passim officium in provincia administrare dicuntur: & recte Harmenopulus officium interpretatur *ἐξουσίαν τινὰ καὶ ἀρχήν*.

CAP. XXIII. *Explicatio l. Bæbius, D. de pac. dot.*

Qua ratione vulgare pactum dicitur in *l. pactum, C. de pig. act.* eadem opinor dici in *l. Bæbius, D. de pact. dot.* quod scilicet in danda dote illi nomine hæc vulgo soleret adjici pactio, *Si in matrimonio filia sine liberis decesserit*, de hac enim pactione intelligendam esse *legem Bæbius*, explicata ejus specie liquido constabit. Marcellus Marullo filiæ nomine dotem promisit, ea tamen lege, ut ne eam Marullus constante matrimonio peteret: Cujus pacti hic est sensus, ut ne Marullus

a Marcello petat. Est igitur in personam non in rem: a Marcello petat. Est igitur in personam non in rem: & nam si in rem vale pactum accipiatur, contra datem & inutile est. Sive igitur diserte ne petatur & vivo, sive ne petatur constituta matrimonio, perfonale pactum est: fed petatur constituta matrimonio, perfonale pactum est: fed nisi hac duo conjungantur, Ne si vivo, neve constante matrimonio, non dicemus posteriorem partem priore abrogatam esse, quinimo ulteriori est prior pars quam posterior, *l. cum pater. D. de pact. dotal.* nam vivo se etiam solutio matrimonio petit non potest. Sed tamen mortuo, etiam constante matrimonio ab heredibus petit. Igitur constante matrimonio & vivo constante matrimonio petat. Eleque mox adjecit, se mortuo forte adhuc manente matrimonio petita dote, ut si posset mortuus effet filia in matrimonio sine liberis patrem reinvenet Marcellus, patrem Marcelli filio restitueret. Et hac ita heri disputati sunt. Deceffit postea Marcellus constante matrimonio filio infante & filiæ per fidei commissum relicta universa dote. Potuit Marullus a filio Marcelli fixum dotem exigere, *l. uxori, §. uti. D. cond. ex. non autem exigit.* Interim vero folutum est matrimonium, non quidem morte filiæ, fed divortio. Non eft igitur Marullo integrum dotem petere & fidei commissi petitio ex patrimonio reflarentem pro matrimonii tempestate. At si pugnant matrimonium & fidei commissum, quod non dubium est, quin matrimonium præferatur. Ergo & hoc matrimonio adjecit, se mortuo forte adhuc manente matrimonio petita dote, ut si posset mortuus effet filia in matrimonio sine liberis patrem reinveret Marullus, patrem Marcelli filio restitueret. Et hac ita heri disputati sunt. Deceffit postea Marcellus constante matrimonio filio infante & filiæ per fidei commissum relicta universa dote. Potuit Marullus a filio Marcelli fixum dotem exigere, *l. uxori, §. uti. D. cond. ex.* non autem exigit. Interim vero folutum est matrimonium, non quidem morte filiæ, fed divortio. Non eft igitur Marullo integrum dotem petere & fidei commissi petitio ex patrimonio reflarentem pro matrimonii tempestate. At si pugnant matrimonium & fidei commissum, quod non dubium est, quin matrimonium præferatur. Ergo & hoc to matrimonio fuscepturn filium una cum fratre ex aqua hæredem scripsille, & hac conditione, ut si quidem filius foluto matrimonio filio peteret, quod notum dotem evidentibus liberis videatur voluisse Marcellus dari, qui liberis non existentibus partem dari caviffet, *l. uxori, §. cum conditione, D. cond. ex.* De ea re, ut & matri filiæ, consultata his eft apud pratorem. Petit vero universum dotem Marullus ex fipulatu, id eft, ex pacto ftipulationis non ex testamento, quidem expreffo, fed tacito. Filius Marcelli exceptionem opponit ex illa vulgari cauffem pacti clauffula, *Si in matrimonio fine liberis decefferit*, quia non continet casum divortii. Denique in cafu mortis, & id vulgari cafu admittit argumentum taciti pacti, quo Marullus utitur, non in cafu divortii. In hac autem spezie, divortio facto, non mors filiæ folutum eft matrimonium. Itaque Marullus usque post divortium ab uxore dotem petet, neque ex mortua ab hærede ejus: quia nec pia dotem promisit, nec promittere facerdit. Sed hoc quidem argumento fretus ea viva vel mortua dotem petet ab uxoris fratre quali hærede fcripti, id eft, promifforis. Quia tamen uxor filiæ, ex matrimonio fuscepturn filium una cum fratre ex aquis partibus hæredem fcripfit, uxori autem ex patrono teftamento jure fideicommiffi univerfa dos debetur, Marullus quali hæres uxoris per fidei commissum petenti dotis petet ex cauffa fideicommiffi. Fideicommiffum in ea lege vocat Tryphonius, quod ante prælegatum appellaverat. Nonum enim eft liberis noftris legari appellatione fæpiffime fideicommiffum fignificari, fideicommiffi vero legatum nunquam. Quod fi legati, & prælegati nomine fideicommiffum fignificatur. Ideo autem prælegatum appellavit, ut in Basilico Stephanus notat: quod fit ei quodammodo fua vel legata. Eft enim dos propriorum matrimonium filiæ; eademque ratione peculium fervo vel filio prælegati dicit-r. *l. 1. §. si servus, D. de exerc. vel instit. l. 10. l. ult. D. de pec. leg. l. 3. §. cum igitur, D. de stipul. serv.* Prælegare igitur eft alteri rem jam quodammodo fuam legare.

nem intefiati, ab intestato, quafi proximus cognatus bonorum poffeffionem agnoscat, propter legatarium, qui bonorum poffeffionem reppondere cum in edictum non incidere, *l. filiusfamilias, D. si tab. teft. nulla ext. l. Mævius, §. 1. D. si quis omiff. caufa teft.* nam ab intestato hæreditatem conditionem bonor. poffef. fec. tam. habet, & ita fine te, propter condicionem non impletam. In edictum vero in demum incidit, qui rem, quam habere potuit, omittit. Ergo agnita bonorum poffeffione ab intestato non timebit edictum pater, cui omne poffeffionis emolumentum adquiritur. Verum hæc ita non procedunt, ubi filiusfam. cognatus fubftitutum defunctum, ut Græci refte notant lib. 45. *ἐπιτροπῶν, tit. 1.* vel fi adjectum coheredem habuiffet: nam & a coherede fuffineretur emolumentum ita & cod. *species 4. Basil. Lib. 60. scholio 1.* Hæc, quod ex mentione in ea facta inofficiofi querelæ perfpicue apparet. Nec enim de dando querela inofficiofi aliter quæritur, quam fi ab aliquo testamento data fit hereditas. Ergo his duobus cafibus ab intestato filiusfam. non veniet, fed reque ex testamento, nisi conditio emancipationis impleatur. Pretera autem interim a filio vel a patre, filii nomine bonorum poffeffor. teb. trb. frie fne re? namque condicione non impleta non coheredi reftituet pater. Interpretatur autem ea hanc vulgarem fubftitutionem, nec unquam obliviscar Peter. Fabram, præfigum ex ftudiis juris, in quibus communiter verfabamur, ad Senatorum dignitatem, quam nunc fumma cum laude fuftinet, afcendiffe, inter ceteras, quæ mecum fæpe disputando ex ejus ore probitatis plenifimo didit prodibat, id quoque me de fratentia *l. Plinius. D. l. filius exemplo*, quod ante quinquennium, quo nescio discessimus, neque invenieri acutius quicquam poteft. Quid autem fit bonorum poffeffio cum re vel fine re, *in not. quib. modis teftam. infirm.* expofuimus *lib. 2. Inftitutionum.*

(*) Vide *Merill. Variant ex Cujac. lib. 2. cap. 3.*

poffeff. *l. ult. §. ult. D. de lege Rhod.* Et in tit. locati fuppoffime, quod alias merces, alias pecus, alias reditus fuerit redactus. Atque de pensis autem pensio dicitur, reditus vel redactus. Pretium & merces etiam de operis. Græci propio nomine mercedem habitationis tantum appellant, mercedem operæ μίσθωμα. Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. ὅτε μὴ τὴν τοῦ σώματος ἐκδόσεως λαμβάνει τὸν μισθὸν, τὴν δὲ τοῦ σώματος πόσιν, ἢ τινὰ τοιαύτην ἀπαίτησιν, τὴν τοῦ σώματος ἐκδοσιν. Sed & τιμώμενον mercedem habitationis, quæ ab inquilino datur, appellat Juftinianus in Novel. CLXVII. & XXXVIII. tit. cap. 3. & Novel. 43. tit. 3. cap. 1. & novel. tit. 8. Priorem illum vocem, ἐνοίκιον, in Theophrafto & Plutarcho in eadem fignificatione obfervarit Pet. Victorius *Var. lect. lib. 16. cap. 21.*

CAP. XXVII. *Quid sit Peculium in Conftitutionibus quibusdam Cod. Theodosiani explicatur, & Regesti locus emendatur.*

POlliptici non funt chirographa vel apochæ, ut male Alciatus tradit *antapoc. lib. 3.* fed rationes five *anagrapha* publica *l. 1. C. Theod. de difcuff. lib. 13. C. Theod. de ind. ach. & vide in l. 2. C. de difcuff. reditibus publicis, id eft, polipticis.* Sic plerumque folet fcribi, quanquam fi origo fpectetur fcribendum fit polyptychis. Id namque ex eo tradidit Suidas. Et in tabellis ea ducitur publica ratio *ἀτομικὸν δὲ τὸ τῶν ἰδίων κεφάλαιον* habetur, qua forma & digeftis decurrunt in *l. 2. C. Theod. de rapt. & Ut. l. 2. de famos. & in Authen. de Sanct. Trinit. Cod.* concilii & in quinta fynodi Act. XIII. & in antiquo interprete Horatii qui tabellas interpretatur epiftolas ejus dicens. Sudas. *Πίναξ, ἡ ἐν τοῖς βιβλίοις ἐγγραφὴ, καὶ τὸ εἰς ὑποτύπωσιν, καὶ ἐν τοῖς ἀναγράφοις.* Adnotari vero in polipticis omnia quæ ad rationes publicas fpectant, Vegetius indicat his verbis *lib. 2. Tunc legionarius tiro fub obfervationem, five militiarium numerorum, five peculia quotidie adfcribitur ubi nature prope diligentia quam rei annonariæ utilitas polypticis annotatur.* Vulgo legitur male, *politicis libris annotatur.* Sed cum abexemplaribus manuscriptis animadvertiffem abeffe vocem illam, *libris*, ftatim adfentiendum fuit & effe polypticis annotatur. Sic Caffiod. *lib. 5. Var. Ut omnibus a te fallicita æquo æquabili indagatione competita pofcentes ju-* D *benter adfpiciant.* Et *lib. 12. Var. Tam pulcra* ex *publicis ea nobis, ut movit eff, fub arbitrio compulforum fuggerantur provincialium fubjacere fortunæ.*

CAP. XXVIII. *Prolata Juftiniani & Juftini Conftitutiones illustrantur, & explicatur locus, qui ex adfenticio & libera muliere nascitur.*

VRe antiquo ex adfcriptitio & libera adfcriptitius, conftitutione autem juftinianæ liber nafcitur, *l. ult. C. de agric. & cenf.* quod idem Juftinianus fe de eo intelligere, qui natus poft eam conftitutionem fuiffet, expofuit in *No. 54.* In his qui jam nati effent, jus antiquum fervari. Ea vero No. edita fuit Imperii Juftiniani anno XI. quam annum Cl. nemo Auctorum Codicis conficturæ eft alia eadem de re, qui declaratur ex adfcriptitio & libera, libertum quidem, fed tamen & colonum nafci: & ita Cujacium fenfiffe, ut fuo loco dixit, non probaverit, qui re quidem pro mea parte ei multum me debere confitetur, ultimo, in aliis editionibus alio loco poftea eft. Sed his id nunc additum velim annofequenti, id eft anno XII. nempe Juftino Confule unoque fuo mutata fententia Juftinianum ad jus antiquum redifle. Et hac de re Latinum Juftiniani Conftitutionem apud me habeo ad Dominicum præf. pret. Illyrici, (ad quem illa quoque poftrior Novella) feripsum quam ut non obtinuiffe exiftimem hæc, cujus verba fubjicium, Juftini Conftitutio facit, quia ita quafi in

A Illyrico adhuc obtinente Novella Juftiniani confcripta anno XII. illum ut in Africa obtinerunt conftituit. Verba Conftitutionis hæc *apud propterea. Imperator Cæsar* IMP. CÆS. FL. JUSTINUS Alelis in Chrifto, maintenus, maximus beatiffimo, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Vandalicus, Africanus, plus, felix, inclytus, victor ac triumphator femper Augustus. Theodoro.

De nobis quæ pro utilitate Reipublicæ fubeliter cogitavimus, illa propterea renovare quæ in loris septentrionalibus retinere, & maxime per tributa stare videbatur, fine quibus nec municipia & civitates ornari poffunt, nec fpectacula tantummodo nuncupata pompa poffefforibus Africanæ provinciæ provisus fuit inclytus. Alligare agros tam vestiles, quam & arbuftos, & pascuales, & filvestres, & in his omnes liberos natos, & adfcriptitios matricibus fuis effe, quod contrarium eft legibus antiquis: cum illi in unoquoque decurionum numero fuam habeant conditionem effe: ut & eorum decreta filii adfcriptitiorum probis, in quibus nati funt dimittentes, & in aliis hæreditatem fuis, cum ipforum eorum dominus proprium minimum. & hæc dicentes fuggerimus: interpretatione hac capitulum apud illum provisum, ferri & pater nifi pofuerit legis latæ in Illyricum ius provinciæ fecit, confcriptione fua, ut & adfcriptitios ex libera matre atque adfcriptitio patre, liberos effe cum fuis vitæ: fed veram colonos, ut non liceat eosdem ab suis fundis, relinquere, & alienis reddere. Hæc igitur ad illum Africæ provinciæ fuggeffimus tractatum effectum effe perfpicuum poffumus fubjectis noftris atque fanctionem publicis adjungere. Ubi & colonum in Africana provincia nafci & ex libera matre & adfcriptitio patre, liberos quidem effe, & ex progenitis liberos, in ordine tamen colonorum effe, & non fuis ea proprie dominicis, in quibus nati funt, & ab eorum aliena. Quæ & ipfa ratio in Illyrico uti fuit, eam libertate colent: ita etiam nos fitiat, nec poffeffi minuantur, ut B *non ipfi nati terræ dominis, & ex libera matre & adfcriptitio patre emancipatis. Quæ igitur per nos divinam pragmaticam fanctionem noftris fuggis ærrotis, cum tua auctoritate, quam gratiam & ad illyricum, ad adfcriptitios adfpe ferendo, non eam & his fua effectus municipia, obfervantes procurabis.* DAT. KAL. MART. CONST. IMP. D. N. P. AUG. JUSTINI. ANNO V. INDICTIONE TERTIA.

Appofuiffem & ultimæ Juftiniani conftitutionis verba, quo ea tantummodo exprimit, fi prorsus aqua & integra ea & incorrupta habuiffem. Verum eius eft fenten tia manifefta, verba funt mirum in modum corrupta. Antequam autem ad interpretationem accedamus, ut Belifarii Confulatum facerem Imperii Juftiniani annum IX. ac confequenter annum fecundum poft Belifarii Confulatum, ut fcio, Juftinianum ferfiffe in Nov. 47. Sequitur Joannis confulatus. Perperam enim in *Nov. 57.* legitur poft Bifil. v. c. Conf. anno III. ut conjecturis antea oftendi. Nec error poft Longi Confulatum huius anni scriptores quidam tertium annum iisdem notent consti funt: Joannis autem Confulatus annum XII. fcio, proximum Agapiti, qui occurrit in Novellis dictur Adrian, annum XIII. Juftini XIV. Bafilii XV. poft Confulatum Bafilii annum VI. Imperii XXI. poft eundem Confulatum annum X. Imperii XXV. annum XIII. XXVIII. nam & poft eum Confulatum decimus octavus Imperii eft XXIIII. & ad hunc modum cenfeo reftituendos effe omnes fubfcriptiones Novellarum, quæ tam variæ annorum rationem defcriptam habent, ut vel eo fubfcriptionum earum auctoritati & fidei derogetur fatis. Id modo animadvertendum eft annos Imperii Juftiniani incipere a Kal. April. ut idem ipfe teftatur in *Nov. 47.* quamobrem fub Joanne Confulatu ante Kalend. April. Imperii annus eft XI. ut Imperium eft refte in *Nov. 63.* Item in *Nov. 66.* quæ data eft Kal. Mart. Sic legendum, non Mart. Eadem Confule poft Kal. April. numeratur Imperii annus XII. Similiter fub Apione ante Kal. April. Imperii annus eft XII. (fic legendum in *Nov. 88. & 79.* ut in *Nov. 85.* in qua tamen

CAP. XXIV. *Explicatio l. filiusfamil. D. si tab. teftam. nulla ext. & l. filius, C. de inoff. teft.*

FIliasfamilias a Titio inftituta eft, qui & quafi proximus cognatus fubdudto patre vel omiffente fuccefliones ab intestato ei fuccedere potuit. Inftitutus autem eft fub conditione emancipationis, quæ condicio in eius potestate non eft, nec cogitur eam pater implere. Igitur propter hanc conditionem ex teftamento filiusfamilias cognato cum effectu fuccedere non poteft, quo fit, ut fi pater confentiente, id eft, repudiante fucceffio-

tamen pro Maii reponendum Mar.) Post eas vero Cal. Imperii XIII. computatur. Item post Basilii Conf. annus XVIII. recte dicitur Imperii XXXII. ante Cal. April. post eas vero Imperii est XXXIV.

CAP. XXIX. *Explicatur l. nostris, C. de calumniat.*

Qui suo nomine omisso, alieno subscripto accusationem instituit, Imperatores ajunt eum delatorum numero esse in *l. nostris, C. de calumniatorib.* id est, calumniatorum. Herodianus, *συνέφθαρται καὶ οἱ γενόμενοι τινὲς κατήγοροι ἀνῃρέθησαν*: quod sic Julius Capitolinus interpretatus est, *Interfecti omnes delatores, omnes accusatores*. Ideo autem & illi in sycophantarum sive delatorum numero reponuntur, quod quibus suo nomine uti licet, nec tamen suum adscribunt, sed alieno abutuntur, plane hoc faciunt sperantes suam obtentu alieni nominis impunitam calumniam fore: quod iis verbis Apulejus indicat in *Apologia* I. *Dat*, inquit, *libellum nomine privigni mei Sicinii pudentis admodum pueri, & adscribit se ei assistere, novo more per alium lacessendi, scilicet ut obtentu ejus atatulæ ipse insimulationis falsæ non plecteretur: quod cum solertissime animadvertisses, & idcirco eum denuo jussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere*, &c. Id vero cum proposuissent Imperatores in *d. l. nostris* subinferunt, *Atque ideo calumniosissimum caput & personam judicio irritæ delationis infamia supplicium sequatur*. Calumniosissimum caput vocant eum, de quo fuerant consulti a Menandro vic. Asiæ ob alieno nomine institutam accusationem: eodem modo quo & Græci *φαῦλον κεφαλὴν* & *μιαρὰν κεφαλὴν* dicunt: & Justin. lib. XVIII. *Ausus ne es nefandissimum caput*. Judicium autem calumniæ, judicium irritæ delationis vocant.

CAP. XXX. *Quid sit ἐπιβολή.*

Ex Constantino Harmenopulo cognoscimus *ἐπιβολὴν* esse *ἐπίδοσιν ἀπόρου χωρίου πρὸς κληρονόμους, ἢ συντελεστάς, ἢ ὁμοχώρους, καὶ ὁμοκήνσους*; quod Latinus interpres ad eam adjudicationem, quæ in judiciis duplicibus fieri solet officio Judicis referendum existimavit male. Constat enim ex *Nov. περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀπαιτήσεως*, tunc possessionis *ἐπιβολὴν* fieri, cum ea sterilis & a domino deserta ac destituta est, & ob id in alium transfertur, ne quid publico depereat. Verum non omnes hanc possessionis desertæ *ἐπιβολὴν* suscipere coguntur, sed hi duntaxat, qui consortes sunt, id est, qui ejusdem substantiæ possident bona, *l. hac definitione, C. de omni agr. des.* Et ideo recte Julianus antecessor sic ejus Novellæ sententiam exprimere orsus est, Si quis possessor desertum agrum ejusdem substantiæ coactus fuerit suscipere, &c. Itaque *ἐπιβολὴν* suscipere dicam *συγκληρονόμους*, & *συντελεστάς*, sive *ὁμοτελεῖς*, qui sub eodem titulo vectigal pendunt, & *ὁμοχώρους* qui communia prædia habent, & *ὁμοκήνσους*: sic apud Constantinum lego, non *ὁμοσκήνους* ex supradicta Novella Justiniani. Extranei autem *ἐπιβολὴν*, sive *ἐπιβαλλομένην χώραν* suscipere non coguntur, nisi forte quis alienos colonos, vel capite censitos vel adscripticios mala fide susceptos reddere noluerit. Tunc enim ob eorum absentiam desertæ possessionis & *τοῦ ἀπόρου* ei irrogatur *ἐπιβολή*. *Nov.* 27.

CAP. XXXI. *Monstratur error creatus ex notis in l. 8. D. qui & a quib. manu. lib. non fiant.*

Multos errores in libros juris civilis attulit vetus per notas scribendi ratio, ex quibus nos jam in superioribus observationibus reliquisque commentariis multos patefecimus: meminisse potissimum illius juvat, qui a me indicatus est *lib. Institutionum* I. *tit. qui & quib. ex cau. manum. non poss.* ubi ex his notis S. C. factum esse ostendimus, ut quo in loco legendum est, *Sententiam Constitutionis*, nunc perperam in omnibus libris sit scriptum, *Senatus Consultum*. Hoc non inferiorem nunc errorem demonstraturus sum, qui ex his ortus est notis F. C. quibus Valerius Probus auctor est, & *Fideicommissum* & hæc verba, *Fraudandi creditoris* (sic legendum apud Probum) vel *Fraudandorum creditorum* significari. Erroris locus est in *l. 8. D. qui & a quib. man. l. non fiant. Cum*, inquit, *is, qui sub conditione debet, manumittat fideicommissi causa, lex Ælia Sentia locum habet*: legendum autem est non *fideicommissi*, sed *fraudandorum creditorum causa*. Ad hanc enim causam pertinet *lex Ælia Sentia*. Et sic quoque nostri auctores loqui solent, *l. si cum fideicom. §. ne quis, D. eod. l. 3. l. ait prætor, §. 1. D. quæ in fraudem cred. l. si is qui solvendo 1. D. de her. inst.* Sic item legitur in Basilico, & in *τῷ κατὰ πόδας*. Sententia quoque aperta est in lege Ælia Sentia, creditores intelligi eos etiam, quibus sub conditione debetur, ideoque in eorum fraudem datam libertatem ipso jure nullam esse, ut & traditur in *l. 27. D. qui & a quib. manum.* Cui igitur statim hoc vel maxime non probabitur? Vulgata scriptura aut nullum omnino sensum habet, aut si quem Acc. vel alius quisquam commentus est, solo is videtur silentio & contemptu dignus: ita aut ineptus aut vesanus est.

CAP. XXXII. *Quid sit μονομερῶς in l. ult. D. ad S. C. Trebellianum.*

Duæ sunt agendi formæ, utraque parte præsente, quod est cognitionaliter, sive *κατὰ διάγνωσιν* in *No. περὶ τῶν τιθεμένων τὴν ἔκκλητον φωνήν*, & in *l. ult. §. illud C. de temp. appel. l. 4. C. de accusat. l. ult. C. de legib. l. 3. C. de quæstionib.* Et una tantum parte præsente, quod est *μονομερῶς*, sive *κατὰ μίαν μοῖραν* in supradicta *No.* & in *No.* LIV. & XC. ubi & testium productiones, quæ fiunt absente altera parte, *μονομερεῖς* appellantur. Illud vero constat receptum jure singulari, ut causa appellationis agi & introduci possit *μονομερῶς*, *d. §. illud*, cum ceteras omnes introduci oporteat cognitionaliter: & ideo Phœbus, qui a sententia Proconsulis Achajæ ad principem appellaverat, in specie *l. ult. D. ad Trebell.* recte egit *μονομερῶς*, id est, Polycrate adversario absente. Qui interpretantur, sine exceptione aut replicatione, & quasi peremptorie, quid eo in loco esset *μονομερῶς* intellexisse non videntur: Alio sensu *μονομερὴς* condictio dicitur in *l. si duo, §. idem Julianus, D. de jurejurando*: nec tamen eo quo a Curio Fortunatiano, Sulpitio Victore & aliis rhetoribus, *μονομερὴς* causa dicitur, sed quod ex hac solum parte reo condicatur, qua furis heres est, non & ex illa, qua & fur est ipse, remque dolo malo contrectavit. Cum enim ita dixisset Ulpianus, *& quasi μονομερὴς condictio dari debet adversus furis heredem*, adjicit hæc verba, *nec pati eum judex debet, si cœperit temptare probare furem*, non alia de causa, quam ut cur dixisset quasi *μονομερῆ* condictionem furtivam dari, nobis explicaret: quod & vetus interpres ita excepit recte.

CAP. XXXIII. *In tit. ut in possess. legat. menda quædam animadversa.*

In *l. 1. §. ei cui legatum, D. ut in possess. leg.* sic lego, *Si cui legatum est*, ablato verbo, *solutum*. De soluto enim legato nunquam satisdationem legatarius exigit: & idem plane est rescriptum illud D. Pii, quod in eo §. proponitur, cum eo, de quo in *l. hæc stipulatio, §. ult. ut leg. no. cav.* quod ad fideicommissa sive legata indebita necdum soluta, quorum nomine cautio exigitur, pertinere constat. Male etiam Flor. *Ei cui*, cum sit legendum, *Si cui*: & est similis in omnibus Codicibus error in *l. heredis, §. ult. D. quan. dies leg.* in illo loco, *vel ei cui servus*. In eod. tit. *l. is cui, §. quæri*, sic lego, *Ut festinetur ad satisfactionem*: vulgo male legitur, *ad sententiam*. Agitur enim de rescripto D. Antonini, quo legatarii post sex menses quam petere cœperint, in res proprias heredis inducuntur, inde fructus percepturi, non

non quoad sententia ulla feratur, sed quoad satisfiat. In eadem lege *§. satisfactioni*, cum antea legeretur, *possessionum*, primus omnium rectissime Franc. Zoannetus Doctor Ingolstadiensis in lib. Rest. ad Pandect. emendavit, *sessionum*, quam animadversionem alii postea propriis lapsi jam & defecti sibi vindicarunt.

CAP. XXXIV. *De contributione legatorum a pupillo ex asse instituto, & a substituto relictorum.*

Id vulgo probatum esse traditur in *l. in ratione, §. quod vulgo, & §. si filio, D. ad leg. Falcid.* ut & si non patris, sed pupilli hereditas versetur in secundis tabulis, adeoque substitutus debeat legata a pupillo relicta, non ex sua persona, ut de substituto vulgari a D. Severo constitutum est, sed ex persona pupilli, qui ea jam debere cœpit, priusquam e vita discederet, tamen habita ratione hereditatis paternæ non pupillaris, legata primarum & secundarum tabularum contribuantur, commisceantur, confundantur, communi calculo subjiciantur, & ex eis una Falcidia detrahatur perinde atque si legata a substituto in primis tabulis sub alia condicione quam substitutionis a pupillo relicta essent. Omnia enim ea quæ in secundis tabulis scripta sunt, in hac causa ad rationem primarum tabularum reducuntur, *d. §. si filio*. Id, inquam, vulgo jam convenit, ut ait *l. 1. D. si cui plus quam per leg. Falcid.* quia & pro uno id testamento haberi convenit. Proculiani contra sentiebant. Sed obtinuit Cassianorum schola. Et quidem spectari hereditatem patris non pupilli etiam probat *l. in duplicibus, D. eod. & l. si filius qui patri, D. de vulg. substitut.* Secundum quod evenit, ut si pupilli hereditas non sufficiat legatis, cum patris sufficeisset, substitutus Falcidiam non retineat. Exempli gratia, Pater habet CCCC. in bonis, a pupillo C. a substituto CC. legat, perierunt ex hereditate C. Patris hereditas sufficiebat legatis, Pupilli non sufficit salva Falcidia, quid fiet? Non utetur Falcidia is, qui substitutus est, sed solida CCC. dabit: proinde de suo quadrante dabit, quem scilicet suo jure alioquin retinuisset, quoniam patris facultates sufficiebant legatis, quarum rationem haberi oportet non impuberis. Eo quod acceperit amplius, id est, de suo vel de propriis bonis heres nunquam solvit legata, *l. 1. §. Marcellus, D. si cui plus quam per leg. Falcidiam*, nisi non facto repertorio ex Novella Justiniani. Atque de suo quadrante explet sæpe legata, cessante nimirum Falcidia. Itaque male docent quidam in *§. quod vulgo*, hæc verba, *Quadrante nimirum*, supposititia videri. Ea namque si tollas, quod relinquitur falsum est. In ea igitur specie de suo quadrante substitutus dabit. Atquin hoc est ultra vires hereditatis, quæ æstimari solent deducta Falcidia: qui igitur non retinet Falcidiam, præstat ultra vires. Immo non est hoc supra vires hereditatis, si paternam hereditatem spectas, ex qua omnia relicta videntur, perinde atque si essent in primis tabulis scripta. Eadem ratione interdum evenit, ut si patris hereditas non sufficiebat, pupilli sufficiat, substitutus longe plus habeat quarta paternæ hereditatis, ut in hac specie: Pater habet CCCC. in bonis, a pupillo CC. a substituto CC. legat, crevit hereditas in CCC. Itaque DC. ad substitutum pervenerunt. Si spectatur hereditas pupilli, Falcidia cessat. Sed quia opes patris spectari placet, quæ idoneæ non erant solvendis legatis, substitutus detrahet legatariis C. atque ita habebit CCC. quæ summa longe superat quartam paternæ hereditatis. Et hæc est sententia *§. quod vulgo*, in quo male quidam ex duabus particulis *vel ut*, unam fecerunt, quod & Accurs. tentaverat.

CAP. XXXV. *De non contribuendis partibus coheredum, earumque partium legatis.*

Qui coheredes sunt, aut ex institutione coheredes sunt, aut ex substitutione: in singulis institutis vulgo probatum est Falcidiam separatim poni, *l. in singulis, D. ad leg. Falcid.* quod & tunc procedit, cum ex duobus institutis unus in alterius locum & partem venit ex substitutione vulgari, vel pupillari, vel adcrescendi jure, si deficientis portio fuerit onerata vel exhausta, non item si onerata tantum fuerit adeuntis vel superstitis portio, *l. 1. §. id quod ex substitutione, l. qui fundum, §. qui filium, §. coheres, l. quod si alterutro, l. in ratione, §. quæsitum, D. eod.* Recte enim interpretes, Si, inquiunt, onerata portio accedat non oneratæ, non augentur legata, id est, legatorum & portionum ratio separatur. Sin vero non onerata accedat oneratæ, augentur legata, id est, legatorum & portionum ratio confunditur. Sed *§. id quod ex substitutione* obstat *l. qui fundum, §. qui filium, D. eodem tit.* in quo Julianus coheredem qui ex substitutione vulgari nactus est, portionem oneratam solidis legatis obligat: nisi in ea Juliani specie subintelligamus generalem repetitionem legatorum, quæ vulgo in testamentis adscribi solebat: & vero necesse est, ut eam fuisse adscriptam intelligamus: alioquin coheres partis ex substitutione vulgari adquisitæ legata non deberet, secundum Juliani disciplinam, cujus ætate nondum exierat rescriptum Divorum Severi & Antonini de repetitione legatorum, ut ostendimus in fragmentis Ulpian. *tit.* 18. Rursus *l. quod si alterutro* opponi solet *l. 1. §. si coheredis, D. eod. tit.* Sed cum dicat, *Sed &*, quibus verbis Proculianorum sententiam quam & ex Cassianis Julianus probaverat, deficientis portione ab eo qui adiit cum onere jure accrescendi vindicata, & decreto D. Antonini confirmare Paulum voluisse plus quam manifestum est: ideo firmissime assevero in eo loco negationem deesse, ac sic legendum, *Sed & Divus Antoninus judicasse dicitur non commiscendas*: Verum quemadmodum, ut initio proposuimus, in singulis institutis separatim ponitur Falcidia, ita & in singulis pupillo substitutis habita ratione non totius patrimonii, sed partium. In hac enim parte substituti comparantur institutis, & rediguntur omnia ad rationem primarum tabularum, ex quibus etiam facultates patris & legatorum in utrisque tabulis relictorum origo & causa æstimatur omnis. Itaque unius substituti parte onerata, vel exhausta, alterius non item, is qui oneratus est, in sua parte proprio nomine veluti institutus, Falcidiam inducit: is autem qui oneratus non est, Falcidiam non inducit, nisi quasi substitutus beneficio contributionis, puta si ob legata & a pupillo relicta supra dodrantem partis suæ debeat: cujus rei tale sit exemplum. Pater CCCC. habet in bonis, filium impuberem instituit, eique substituit Primum & Secundum: a filio L. a Primo CLXXX. a Secundo CL. legat, filio decedente intra pubertatem nondum solutis legatis, singuli substituti e L. a pupillo legatis debent XXV. ita vero fit, ut secundus qui non erat oneratus ultra dodr. portionis suæ debeat: & hic quidem in hac specie veluti substitutus, Primus vero veluti institutus portionis suæ quartam retinebit. Quod si pupillus priusquam decederet, a se relicta legata solverit, atque ideo cautionem exegerit (alioquin tutores substitutis tenerentur, *l. 1. §. interdum, l. is cui fideicom. l. reperitur, D. eod.*) utrique substituto quasi heredi stipulatoris committetur stipulatio, in eam quantitatem quam retinere quisque debet. Porro LV. Primus, XXV. Secundus retinere debet: quisque ex omnibus legatis pro rata, & hæc est sententia *d. l. in ratione, §. si filio*, cui solet opponi *l. 1. §. Marcellus, D. si cui plusquam per leg. Falcid.* eo quod Marcellus substitutum oneratum jubet integra legata præstare: sed hoc ita si dubitetur de lege Falcidia: eo namque solo casu integra legata oneratus præstat, cautione interposita, utrique substituto, quæ & utrique committi poterit, ut puta si existente immenso ære alieno legata omnimodo inutilia reddantur, quia tunc & coheredis interest legata reddi, cum sit æri alieno obstrictus pro sua parte. Sed causa cognita, id est, inspecto ære alieno, si incertum non fuerit, suæ partis substitutus oneratus procul dubio quartam retinebit, quia exemplo institutorum, & in

in singulis fubſtitutis ſeparatim Falcidiam induci placet. A

CAP. XXXVI. *De contribuendis legatis ab inſtituto, & ab eodem impuberi fubſtituto, reſectis.*

SI ab inſtituto & ab eodem impuberi fubſtituto in ſecundum caſum legata relicta fint, ab impubere forſitan nihil, in Falcidia habetur ratio omnium bonorum, ſuus adi non ex inſtitutione & fubſtitutione pervenerunt, non fecus ac ſi primus tabulis ex parte pure, ex parte ſub alia conditione heres ſcriptus fuiſſet, quo caſu nemo dubitat quin partes commiſceantur, & partium legata, *l. coheredi, §. coheres, in principio. D. de vulg. fubſtit.* Itaque inſtitutus, idemque fubſtitutus & primi, vel ſecundi tabulis relicta legata ſolida praeſtabit, ſi ex fecundis tabulis quadrantem ſervare poſſit: ſin minus, utetur legis beneficio: nec intereſt fubſtitutus fuerit pupillo inſtituto, an pupillo exheredato: nam & a fubſtituto exheredati in primis tabulis ſcripto, legari poſſe Falcidam ſuſpicati, *l. ne tutores, §. ult. D. ad leg. Falcid. l. plane §. ſilium, in principio. D. de legat. 1.* Sed ſi ab eo inſtituto legatum ſit, a fubſtituto nihil, id quod ex fubſtitutione accedit, ſuae legatariis non proficiet, *l. quod ſupra, D. ad legem Falcid.* ubi Cuj hoc obiter admoneam) pro, *In pecuniam legatum*, legendum eſt certo, *In pecuniam legatam*: & ſic quoque, ut ſupra tradidimus, genitrix heredem legatis non idoneis, pupilli idonea, legata non augeri placet.

CAP. XXXVII. *De non contribuendis legatis a pupillo & pupilli ſubſtituto relictis, cum his quae ab alio quidam coheredi pupilli relicta ſunt.*

UT ergo a coheredi eodemque fubſtituto pupilli in utriſque tabulis legatum ſit, habetur ratio utriuſque partis. Non ſic ſit, ut nunc demonſtrari ſuemus ex *l. coheredi, §. coheres, D. de vulg. fubſtit.* cum alius pupillo fubſtituatur, alius coheres adſcriptus eſt: nam legata a pupillo & a pupilli fubſtituto relicta confunduntur, etiamſi coheres pupilli bonorum paternorum exheredationem integram obtinet. Utrumque & heredis nomine, quia & illo & hoc caſu fubſtitutus inſtituto comparatur. In hoc autem caſu inſtitutus ſeparatim Falcidiam inducet, etiam quadrante coheredi relicto. Ergo & inſtituti exemplum ac & omnino ſubſtitua condicione in primis tabulis ſcripsus ſubſtitutus intuebatur: deinde quae heredis pupilli coheres eſſe videatur. Licet enim primum tabulis non ſit ſcriptus: neque hoc novum eſt: nam & collegatarii ſive conjuncti videntur, quorum unius in primis tabulis, alteri eadem res in ſecundis data eſt: & hanc eſſe ſententia §. *coheres*. Eo fere tendunt omnia, quae de contribuitionibus tradunter, ut diſcatur ad tationem primarum tabularum conferri, & revocari oportere. Quatuor capitibus hanc quaſtionem concluſimus, ut facilius intelligeretur, nihil non eorum, quae in ea obſtarione credebatur, aut negligenter omiſſe, aut truculenter diſſimulaſſe.

CAP. XXXVIII. *Ad No. Juſtiniani leg. vel novorum. vulgo, περὶ τῶν διαθηκῶν τεκμάτων.*

NOn affentior Alciato, qui in *No. Juſtiniani* CLIX. ad ſic legendum putat, *ἐν τοῖς ἀνεκφωνήτοις μέρεσι τῆς διαθήκης ἐκκλίνει*. Primum enim ſic Graeci non loquuntur, *μέρεσι τῆς διαθήκης*. Deinde ex eo quod prior loco in ea Novella conſtitutio, apparet rede ſcribi *τῶν μέρεσι τοῖς διαθήκαις*, quandoquidem Juſtinianus conſtituit, ſi inter filios ſtricta ſit precaria ſubſtitutio, ut non pervigatur ultra filiorum gradum, & licet id praeſens ofiicit. Si teſtator in infinitum alienationem extra familiam prohibuerit, ut non valeat prohibitio ultra quartum gradum, a priori tamen Novellae parte recte tenuius conceptus eſt. In hunc modum, *Ut ſubſtitutiones*

ufque ad unum gradum conſiſtant. Nec juvet Alciatum vulgaris translatio, cujus propter vetuſtatem auctoritas apud me magna eſt, vel eo maxime quod plerique ex Graecis refert in ſubſtitutis. Codex enim Graecus, quo uſus eſt ille ejus translationis auctor plurimum alium interſcriptionem habuit, quam noſter, & idem ſit verit. *De reſtitutione fideicommiſſi & omnino familiae uſque ad quartum gradum locum habeat, & quod familiae nomine nurus contineatur*. In libris excuſis legitur, *ad quartum*. Sed omnes vetuſti codices *quartum*. Sic & in contextu ejus Nov. ubi eſt ſcriptum, *& afcendum & deſcendum*, legendum ex veteribus, *& afcendum eundo ubi, plenum eſſe priores, plenum eſſe ſequentes*.

B CAP. XXXIX. *Ad l. Balliſta, D. ad S.C. Treb.*

NOn rogatur de fructibus reſtituendis, qui ita rogatur, *Quidquid ex hereditate mea, bonitve meis pervenerit, l. quod ei verbis, D. de leg. 3.* verum huic ſententiae adverſatur *l. Balliſta, D. ad Treb.* niſi dicas eam in ea ſpecie fuiſſe voluntatem defuncti, quod & verum eſt. Ceterum unde colligitur? An ex eo quod dixit *Pecuniam?* Minime: nam & cum pecuniam dicit, non hereditatem aut bona, fructus non venire conſtat, *l. ſcribit, ead. tit.* quae proxime ſuperiora eſt *l. Balliſta* & ex eodem Celſi libro: & in hac quaeſtione pecuniae verbo plus non ſignificatur quam hereditatis, *l. nam quod, §. ult. ead. tit.* Ideoque in *l. Balliſta* verba haec, *Id eſt pecuniam*, mali interpretis eſſe ajo. Ne voluntatem etiam collegae teſtatoris C bo, *Omnem*, quod & peregrinum ſonat, vocabulum Valent. vocat. Nam etſi dixerit, *Omnem*, fructus non venient, *l. heredes, in prin. eod. tit.* cum etſi non dixerit, *l. ſi teſtigatur femper, l. Lucius, §. tres, eod. tit.* Rurſus id ne colligas ex verbo, *Quamcunque*: nimis de grammaticorum ferula ſecuri animi eſſe videberis, ſi talia dixeris: quid enim intereſt dicere teſtatorem, *quanta, an quantacunque, quod, an quidquid?* Ne etiam dicas legem *Balliſta* loqui de fructibus percepti ante aditam hereditatem, hi namque omnino ad reſtituendum non veniunt, nec exiguus, ut ex ſpeciali rei teſtator rogaverit, velut rogaſſe intelligatur, *l. in fideic. l. ita tamen, §. 1. eod. tit.* Quid ergo dicemus? Ego ſic ſtatuo, in verbis *Balliſta*, fideicommiſſum Coloniae Philippenſium propatam non reliquatur in hunc modum. *Quanta pecunia ex hereditate mea ad te pervenerit, eam omnem reſtituas*: ſed reſtituitur filius ſub hac condicione, Si civeris quantiscumque pecunia ad ſe pervenerit, eam omnem ad coloniam Philippenſium perventuram. De fideicommiſſo autem hereditatis cauſio praetoria interponi ſolet, etiamſi de eo nihil teſtator dixerit, *l. haec ſtipulatio, D. ut leg. ubi* D *quae non recipit incrementum fructuum, l. 1. §. ſalvo. eod. tit.* Huic enim cautioni eadem cauſa ineſt quae fideicommiſſo, *l. Titius, §. ult. D. ad Treb.* Haec vero cautione Balliſta contentus non fuit, ſed voluit conventionalem interponi, & quodammodo non ex teſtamento, ſed ex cautione conventionali fideicommiſſum deberi voluit. Hujuſmodi autem cautio conventionalis incrementum fructuum recipit, *l. pecuniae, §. 1. D. de verb. ſignif.* quae pertinet ad ſtipulationem venditae hereditatis E tit. *Quanta pecunia ex hereditate*, ut oſtendimus *Obſ. lib. 2. cap. 3.* Denique conventionalis plenior eſt praetoria, quoniam id plerunque contrahentes agere videntur. Quamobrem ex cautione conventionali, non ex teſtamento hereditatem reſtitui volui, cum incrementum reſtitui voluit, aliosque fructus juſſit caveri cum edictum ſufficeret.

CAP. XL. *De advocatis, & loco quodam deperdito apud M. Tullium Ciceronem in in Verrem lib. 1.*

COrnelius Tacitus in *libro de Oratoribus, Horum*, inquit, *temporum diſertis cauſidicis, & advocati, & patroni, & quidlibet potius, quam oratores vocantur*. Vocantur

cantur & togati in Conſtitutionibus Imperatorum: & A eorum munus cauſidicina ab Ammiano *lib. 22.* & Theodoſio in *l. 188. C. Th. de decur.* ex ſomno qui Tertullianus juridicum, *lib. de Pallio*. & Indicinum Apuleius vet. dixit. Abutuntur ea appellatione plerique ignobiles & ignari, ſtilum concinnatores ac redemptores, *haec quinquepeda, verba, D. de offic. proconſ.* & qui olim tabulae ac monumenta dicebantur. M. Tullius in divinatione, *Nifi quem forte ex illis gregе nactorum*. Locus eſt in omnibus codicibus valde depravatus, pertexguam ſcripti, in quibus propius vero alias mutatum, alias mancatum, alias nectorum ſcriptum legimus: ſed quia obturatores Africanae interpretatur fordidiſſimi cauſidicos, qui adhibebantur ad mortua faciendam, ac paulo poſt, Aderant, inquit, his rebus moratores apti talibus negotiis: non dubitavimus, quin effet in loco pro *nactorum*, legendum *Manceporum*: ac ſimili forma: gregem tabularum Vveto dixit noſter Nonio Marcello. Horum caniam L. Lucilius dixit ex Salluſtio & Hieronymo ali notarum. Adiatur Prudentius in Hamartigenia:

Inde, inquit, cautem ſuos latere foramina rere,
Et Calumella in praefatione *De re cauſtica ita loquitur, Sicut diximus cavere, ſecundum, &c.* Ubi vulgo male legitur, *Audium*, Quint. XII. *Et ipſi proprie cavaea, ut ait Appius, dicuntur*. C. Caeſar apud Salluſtium: *Neque ea immunita faciendum, neque ingenium ad malefaciendum exercendum*. Julius Firmicus *Cavernoſum non ſemper ornamentis fulgentia caryarum*: Lactantius *l. 2. Sed quos ipſe cavernae illa fanandibus, ſeu Salluſtio ab Appio dictum reſtituerunt*. Ovidius in libr. *Latrat & in ipſo verba cavina ſuo.*

JACOBI CUJACII JC. OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM. *LIBER QUINTUS.*

CAPUT PRIMUM.

De condicione jurisjurandi.

DICTO praetoris remittitur condicio jurisjurandi non tuncin heredem inſtitutionis, ſed etiam in legatis, & in his quae ante teſtamentum facta, non in conventionibus. Nam etſi quod teſtator teſtamento adjecit, ſine dubio ſuppletur, *l. quotiens, D. de quaeſt.* non tamen ſuppletur, quod ſine teſtamento fuit, *l. ſi quis, D. de condit. inſtit.* Itaque eius condicionis, *Si juraverit*, duo ſingularia reperiuntur, unum, ut exigatur ab omnibus: alterum, ut ſupplendo ſtatim heredibus vel legatum adquiratur. Id ad exercitium adiicimus, *l. 26. D. de cond. & demonſt.* quae ad hanc quaeſtionem videntur pertinere, ſed ſunt depravatae, deprayatam videri, quod ad hanc ſcripturam, *Si ita. dederit aut juraverit ſe aliquid facturum*, referat unam condicionem exprimere, duabus in teſtamentis remitti, ea quae ſupplendo ſtatim heredibus adquirantur. Ita quae ſcripta praefectus duas condiciones continet disjunctivo nodo praecipitas, quarum una unam tantum, altera duas portiones habet: Itaque quod & quae in ea lege ſequuntur laudant, ſic malim, *Haec ſcripſerat, ſi juraverit ſe ea. dicturum aut aliquid facturum*.

CAP. II. *De cautione Muciana.*

IN traſtata cautionis Marianae valde mihi alias negotium exhibuit *l. ult. l. 4. D. de condicio. inſt.* quod huius condicionis nomine, Si ſervum heredem aliquem non alienaverit, coheredem coheredi dicat praeſtare cautionem Marianam, quod & de hac condicione, Si ſervum non manumiſerit, traditur in *l. Mevius, §. 1. cum ſub hac, D. de cond. & demonſtr.* eum tamen conflat vivo herede vel legatario morte ſervi expleri, ne eam mortem expectari, tenuit effe, cum & libert heredis & conjunctis in peri genere condicionis mors expectetur, & conſtitutumhuius id tantum praeſcribatur & traſtetur ſi in libertate, a quorum latere mater vel libertus ne diſcederent teſtator juſſit, *l. cum talc, ſic prin. D. de cond. & demonſt.* Item quod illum condicionem, *Si ſervum hereditarium non manumiſerit*, adſcriptum hereditate adſe inſtituta, neget remedio cautionis impleri poſſe. Cur enim legatorum heredi cavere non poterit, cum interea eam condicionem non impleri? Sed poſtea animadverti in eis condicionibus quae morte alterius

quam heredis vel legatarii, cui sunt adscriptæ, possunt A impleri, ideo Mucianam, aut velut Mucianam cautionem non interponi, quod omnibus locis, quibus ita respondetur, ea quæ sub eis condicionibus relicta proponuntur, aperte sint relicta post mortem alterius. Ac primum in *l. cum tale*, §. *Titius*, *D. de cond. & demonst.* post mortem heredis nominatim fideicommissum relictum est. Porro mori is potest vivo fideicommissario: Quocirca mors heredis expectatur. In *l. hoc genus*, *D. eod.* mors Titii expectatur, quia, uti lex ait, legatum post mortem Titii relictum videtur. Eademque ratione in *l. avia*, §. *Titio*, *D. eod.* mors mulieris expectatur. Et in *l. pater*, §. *focrus*, *D. eod.* quid aliud hæc verba significant, *Si cum marito in matrimonio perseveravit*, quæ vi ipsa negantia sunt, quam si usque ad mariti mortem, vel divortium culpa mariti factum in matrimonio perseveraverit? ideo- B que mors mariti expectatur. Non sic dicemus si hanc testator condicionem adscribat, Si Stichum non alienaverit, Si Stichum non manumiserit. Non dicit post mortem Stichi, vel, Si Stichus id non fecerit, vel, Si Stichus id noluerit, vel, Si cum Sticho permanserit: verum ita, Si ipse Stichum non manumiserit vel non alienaverit. Aperte legatum in tempus mortis Stichi non confert, ideoque nec ejus mors spectatur, & forte cautione non oblata si contingeret eo casu Stichum mori, dicerem adhuc expectandam mortem legatarii aut heredis, perinde ac si testator ita dixisset, Cum morietur Sticho non manumisso vel non alienato. Ac similiter hujus condicionis nomine, Si iterum uxorem non duxerit, præstatur cautio Muciana, licet vivo legatario, ut ostenditur in *Nov.* 22. expleri possit, puta si legatario sacer- C dotium obveniat, ita ut nulla nuptiarum spes supersit. Qua ratione & hanc condicionem, Si sine liberis decesserit, sacerdotio expleri verissimum est, ut & Theodorus in eadem Nov. notavit. Sed ille casus non spectatur, quia solam legatarii mortem, non etiam eum casum testatorem spectasse constat. Quod attinet ad alteram dubitationem, ego ita censeo: Ut in specie *l. Muciana*, §. *ult. D. de cond. & dem. & l. mulier*, *D. de cond. inst.* hæc condicio adscripta heredi ex asse, Si dotem non petierit, impossibilis est, quod post aditionem non sit a quo petere, atque adeo cui vel cavere vel acceptum facere possit, ita hoc genere condicionis adscripto, Si servum hereditarium non alienaverit, id impleri nequit, quoniam adita hereditate nullus est futurus servus hereditarius, atque adeo servi ejusmodi non alienandi nulla D cautio interponi potest. Servum enim hereditarium jacente semper hereditate dicimus, non etiam adita. Atque ita in hac etiam condicione, Si servum hereditarium manumiserit, servum hereditarium accipi oportet, *l. mulier*, §. 1. *D. de cond. inst.* Frustra vero ejus solius temporis ratione quo jacet hereditas, mox aditurus legitimo heredi caveret se non petiturum, vel se hereditarium servum non manumissurum.

CAP. III. *Ad §. utrum l. si is qui ducenta, D. de reb. dub.*

Hujus stipulationis, *Si illud aut illud non feceris*, & illius, *Si quid eorum, quæ ut fierent superius comprehensum est, non feceris*, idem est effectus, ut neutri aliter scilicet satisfaciat, quam si utrumque factum sit, nec prosit aliquid fecisse, si aliquid factum non sit: & hoc proponitur in *l. si is qui ducenta*, §. *cum ita*, *D. de reb. dub.* Alius est effectus stipulationis ita conceptæ, *Si quid eorum feceris, quæ ut non fierent comprehensa sunt, hæc nempe, ut neutrum fiat, nec prosit aliquid non fecisse si aliquid factum sit*: quæ differentia traditur in *d. l. si is qui ducenta*, §. *utrum*, *vers. Illius effectus*, ejusmodi verbis, ut aliis stipulationum formulis congruere non possint, quam iis duabus. Si quid eorum factum erit, quæ ut non fierent comprehensa sunt, Si illud aut illud factum non erit. Hæc committitur utroque facto. Illa A non committitur neutro facto. Etiamsi aliquid factum sit. Illa committitur etiamsi aliquid factum non sit. Itaque quod proponitur initio sic necessario restitui oportet, *Utrum ita concipias stipulationem, Si illud aut illud factum non erit, an hoc modo, Si quid eorum factum erit, quæ ut non fierent comprehensa sunt, hoc interest, &c.* Quid enim intersit deinde explicatur in illo loco *Illius effectus, &c.* & jam ante inter illas, *Si illud aut illud factum non erit*, &, *Si quid eorum factum non erit*, nullum esse discrimen fuerat demonstratum. At committi stipulationem illam, *Si illud aut illud factum non erit*, etiam altero facto, Jurisconsultus ostendit hac ratione in *d.* §. *utrum*, quia quemadmodum altero facto verum est illud aut illud factum esse, verum etiam sit, illud aut aliud factum non esse. Nec enim semper ex duabus contrariis orationibus una B est vera, altera falsa, sed duæ adversæ simul possunt esse falsæ, veluti, Omnis actio est in factum, Nulla actio est in factum, etsi ex liberis puberes, alii impuberes decesserint, sive ita statuas, omnes impuberes decessisse, sive omnes puberes decessisse, utrunque falsum erit. Nam oratio universalis tota falsa est si in ea sit aliquid falsi. At simul veræ esse non possunt, ut, Omnis heres defendere debet mortem defuncti, Nullus heres defendere debet mortem defuncti. Adversis autem contrariæ simul possunt esse veræ, ut, Quidam tutor a tutela excusatur, Quidam tutor a tutela non excusatur. Et ex duobus quæ fieri oportet altero tantum facto, illud aut illud factum esse, & illud aut illud factum non esse: Nam oratio particularis tota vera est, si quid in ea sit veri. Falsæ autem simul esse nequeunt, veluti, Quidam curatores testamento dan- C tur, Quidam curatores testamento non dantur. De contradicentibus sive disparatis, quas Aristoteles ἀντιφατικῶς ἀντικειμένας, quarum tria genera, nihil Julianus in hoc loco. Nihil etiam ipse, Nihil, inquam, Julianus de eis. Itaque perperam Juliani scripto annectitur a quibusdam exemplum tale, Si ex iis qui sisti debuerunt, quidam stati, quidam non stati sint, Omnes statos esse, Non omnes statos esse: quæ orationes nec veræ nec falsæ simul esse possunt, nec sunt ex genere earum, quas Julianus tractat, qui pugnantia continentes tantum proponit. Hæ sunt adversæ sive ἐναντίαι, & contrariæ. Hæ sunt adversis contrariæ sive ἀντικείμεναι, vel, ut recentiores loquuti sunt, ὑπεναντίαι. Idem significationem dicit quod Aristoteles κατηγόρημα, Ex universo, quod ille, καθ' ὅλου. Ex aliquo quod ἐν μέρει. Cicero de parte, orationes D quod λόγους ἀποφαντικούς. Nec vero iis quæ diximus adversatur *vers. Proinde*. Qui interrogatus an quid eorum quæ objiciuntur fecerit, respondet, Non feci, hoc respondet, Nihil feci. Itaque si aliquid eorum fecerit, aliquid non fecerit, mentitur. Similiter enim si promiserit quis c. si quid eorum fecisset quæ superius comprehensum est ne faceret, committit in stipulationem si aliquid eorum fecerit, aliquid non fecerit. Hoc enim promittit, eorum se nihil facturum. Rogerius & Placentinus mendum subesse viderunt, sedem mendi non viderunt. Itaque quo loco non oportuit negationem sustulerunt, ita legentes, *Si illud aut illud factum erit*, & *illius*, male referentes ad priore loco positam stipulationem, *Hujus* ad posteriorem. Alii etiam male in eo §. hæc verba, *Si qui liberorum partim puberes, partim impuberes decesse-* E *rint*, grandioribus litteris scribunt quasi testatoris vel contrahentium verba, cum illa potius ita scribi debuissent quasi ἀποφάνσεις, Omnes impuberes decessisse, Omnes puberes decessisse.

CAP. IV. *Quid sit donatio propter nuptias, quid ὑπόβολον, & Harmenopuli definitio, quæ depravata est quemadmodum restituenda sit, explicatur.*

Donatio propter nuptias opponitur doti. Dos est quæ datur marito uxoris nomine. Donatio propter nuptias, quæ propter dotem datur uxori mariti nomine. Dos est dotatio propter nuptias uxoris. Donatio propter nuptias est dos mariti, atque ideo quæ donan-

folvero pecuniam, quam nondum debeo, nec pe- de- bere cupi, ut si verborum nexu teneor, quam primum non solvam? Quid? si verborum nexu teneor, ex promutuo etiam, sive repetitio, id est condictio, *Lex condicta*, §. *item cum quidam*, *ff. loc.* quæ quafi ex mutuo datur. Promutuum non est fi alia quævis folvantur, quibus in creditum non iter. Tum vero condictio datur ex bono tantum & æquo, certe non ex contractu: indebiti enim folutio diftractus eft, non contractus, *l. indebiti*, *l. hæc condictio*, *ff. de cond. indeb. l. pen. ff. ad Treb.* & ideo non mifi quatenus is, qui accepit locupletior factus eft damnatur, *l. cum ei*, §. *ferè ff. de jure dot.* & *de manfat.* & in ignorantem non datur, ut fi hominem indebito folutum ignorans manumiferit, *l. in fummo*, §. *pen. ff. de cond. indeb.* Hæc igitur condictio eft ex bono & æquo, non ex contractu, & cum ea folvuntur, quorum dotione jus creditum itur ex quafi mutuo, ex mutuo tacito, ex promutuo, non ex mutuo, vel ut Juftinianus ait, *Inftitutionibus*, magis ex diftracto quam ex contractu: ubi magis ponitur non *ἀκριβολογεῖν*, fed *ἐν ὕλαις*.

CAP. XXXV. *Juliani a Cefio diffenfio.*

DEbco Stichum aut Pamphilum fub disunctione, vel electionem habeo folvendi quem velim. Per errorem utrumque folvi putans me utrumque debere contumbin. Quæritur an ut folvendi, ita condicendi quem velim habeam electionem? Julianus, Papinianus, Marcellus crediderunt effe arbitrium dicunt retinendi quem velit, quafi jam nunc creditor debeat alterutrum fub difjunctione, *l. ſi mea fuerint*, §. *ſervi ff. de cond. indeb.* arg. *l. 49.* §. 1. *de fideicif.* Julianus debitori electionem dat C reputendi quem velit, cujus fententiæ veftigium eft in *l. cum ita*, *in prin. ff. de cond. furtiva*. Contra Papinianus videtur, & Juftinianus probatur, *l. pen. C. eod.* correcto §. *pen. l. ſi mea fuerint*. At ſi in hac quæftione Julianus a Cefio diffentit, conſequens eft, ut & in ea diffentiat, qua fequitur. Si is qui, Stichum aut Pamphilum debet, per errorem putans fe Stichum debere, Stichum folverit, ei Celſius non reſtituit electionem atque adeo conditionem non dat, *l. 2. & ei ſolvendi*, *l. de leg.* 1. Julianus ei dat electionem, *l. cum ita*, §. *ult. ff. de cond. eod.* quod etiam ſententiæ Juftiniani congruit. Difcordat quæ Julianus a Celſio, *l. 2. ff. de procuratur.* *ff. eod.* quod ex Juliano tradiere eft contra Celſum. Et in *l. 1.* §. 1. *ff. de ufufr. acc.* quod ex Juliano traditur, eft etiam contra Celſum in *l. 5. Pomponius*, *ff. de leg.* 2. Verum a fuperiori conftitutione Juftiniani excipiendus eſt caſus *l. plane ſi dom.*, *ff. de cond. indeb.* Duo rei Stichi aut Pamphili, utrumque petiere libertum, an conditerent partes? Minime, quia nec folvere potuiſſent partes. Sed ſi conditerne in ſolidum quem creditor reddere voluerit. Cum plures folvendo, ineertfario electio reddendi five retinendi creditori ſervatur. Cum unus ſolvit, electio eſt ſolventis.

CAP. XXXVI. *Hic verbis*, Hoc amplius, *aliasque negotiis*, *aliter minus legatum*.

HÆ adiectiones, *Hoc amplius*, *Præterea*, *Idem*, ſervivunt repetitioni, quæ quidem repetitio varios effectus habet: nam ſi eidem legetur five conjunctim five ſeparata ſcriptura, vel plenius legatum facit, *l. qui ita*, *ff. de do. purg. l. Seja*, §. *pen. ff. de adm. leg.* & utile id quod erat inutile, *l. legata inutiliter*, *ff. de leg.* 2. & conditionem adnexe priori ſcripturæ *l. ſi tibi pure*, *in prin. ff. de legat.* 3. vel inferior *l. in repetendis*, *ff. rod. Idem ſervus*, *in fi. ff. de condit. inſt.* vel exiguus legatum facit, neque novum eſt, ut eadem adjectio modo augeat modo minuat legatum, *l. eo autem*, *ff. de leg.* 1. Exiguus autem ferè videtur ſi puro legato adjiciatur dies vel condicio, itemque in ſpecie *l. Aurelius*, §. *teſtamento*, *ff. de lib. leg.* ſi qui teſtamento Titio annue debitum remiſerat, & eo amplius x. legaverat, poſtea codicillis hoc amplius quam quod teſtamento legaverat a Titio donec adveniret aliqua fortis debitæ exigi vetuit, & quantum exigeret heres jure ſipulationis, ut tantum refunderet jure legati, quia manifeſtum eſt voluiſſe eum minuere primum legatum, & præterea his verbis, *Donec adveniret*, in perſonam non in rem ufuram liberationem legaſſe. Aft uxorem, *Donec ad*, ut in *l. 99. ff. de edilic. leg. Quamdiu ad*, ut vulgo, *Quoad*, ſive *Quod ad*. Nov. 11. libri ſcripti habent, *Uſu quod mortem donec adviſet ſecundo*, & Suetonii in *Auguſto*, *Donec ad deſiderium mitrum adveniremus*. Verus interpres No. XXII. *Iteri ad ſrui donec ad venerit*. Alii dicere, *Donec ad*, ut *l. 2. C. Th. de leg. her.* Hieronymus *adverſus Jovinianum*. *Dum ad virum bene alueri fuſtinetur tua*. Tertullianus de anima, *Qui in ipſis tuos fuerunt*, *dum adviverent*. Eucherius ad *Valerianum*. *Utique dum ad venant vota tua cauſam agunt*. Marcellinus Comes in *Chronico*. *Donec dum ad virtis*, &c. Anianus ad *l. 2. C. Th. de fecund. nup. dum ad viverit mater*: & ad *l. 3. C. Th. de dotib.* Sed ſi diverſa legata alias ſcripta, ut *Pamphilia*, *Pamphilo* legata in eadem rem pecuniamve collegatarium & conjunctum adjicue, *l. 13. ff. de leget.* 3. ut ſi leget Primo fundum, & Secundo hoc amplius decem alias legatarium unius rei ſeparatim in aliam rem aliam legatarium adjiciunt, non collegatarium, hoc modo, *Primo fundum dato annuos quinque aureos*, *ſecundo x. dato* id eſt, non Primo tantum fundum dato, ſed & Secundo x. nam & vulgo eodem ſenſu ita legunt, *Primo 10. & hoc amplius annuos 10. dato*. Onuterus heres adjecit conjunctorum, non prior legatarius adjectione conjuncti, *l. ſi. ſervus legatur*, §. *ſi ita ſcripſerum*, *ff. de leg.* 1. In initio *Item ſervus*, quam ſupra citavimus ex *l. prin. ff. de cond. indeb.* *Idem*, pro *eodem tenore*, legendum eſt *Iiberatione*: nec enim poteſt in legato repetita condicio cenſeri eadem, quæ fuit in inſtitutione, vel ſi eandem repetitam putas, condicio, quæ deficit in inſtitutione, deficit & in legato.

CAP. XXXVII. *Reſtituitur Alabarchiæ nomen in Lucc. C. de ſolut. ff. eam.*

LEx 9. C. *de ſolut. ff. com.* loquitur de veſtigali Alabarchiæ per Ægyptum. & antiquitus ſuum conſtituto, quæ duæ funt provinciæ diœceſes Ægypti. Lego *Alabarchiæ*, non *Arabarchiæ*, qui error etiam eſt in Cic. 2. *ad Att. Epiſtolarum*. Sec. 2. qui fine ullo utrumque erratum eſt, ut *ἀεγάθων ἀεγάθεα γεγωμένα*, *γεγωμένα*. Lego *Alabarchiæ*, ut in Juſtiniani edicto XI. *de navul navigio Alexandrino*. & paulo poſt, *τοὺς ἐντεῦθεν ἀναβαίνοντας*, & Joſephus 18. *ἀεχιεπισκόπου* meminit Alexandri cujuſdam Alabarchæ, & 20. *τὸν ἀναβαίνοντα τοῦ Νείλου*. Legendum etiam in *l. 9. præterea*, pro *prohibitione*. Ait ne animalia tranſducantur fine prohibitione ſolita, id eſt, fine veſtigali Alabarchiæ: ex quo apparet veſtigal Alabarchiæ id eſſe quod pro prohibitione recipum infertur. *Arabiæ* eſt ſcriptum five arrarmentum, quo ſcribimus, ut Phavorinus ait. Sic Latine veſtigalium ratio ſcripta dicta eſt, & veſtigalibus præpoſitus Scriptor ſcriptura five Alabarchiæ: ſic ratione Cicero M. Antonium Alabarchen vocat, quod quitalia veſtigalia exegiſſet Ægypto-, non Arabarchen quod domuiſſet Arabiæ parem.

CAP. XXXVIII. *Jus addiſtium juris prætoris portionem effe.*

QUod traditur in Inſtitutionibus jus addiſtium juris honorarii portionem effe, non ex eo ſequitur, quia jus prætorii portionem eſt: ſed ſolum præf. annonæ & præfect. vigilum five prætor plebis quafi adjutores funt præfecti urbi, & ſub cura ac diſpoſitione ejus, adeo ut vere dici poſſit jurisdictionem præfe. annonæ, vel prætoris plebis portionem effe jurisdictionis præfect. urbi, ita vere dici poſſit ſubfervari prorem ab adile, & jus addiſtium juris prætorii portionem eſſe: non & qua de ex edicto ædilis, edicere prætor poſſit, veluti ne fera beſtia ibi habeatur qua vulgo iter fit, *auctore* Paulo 1. *Sententiarum*, & deficientibus ædilibus (nec enim ſemper quotannis ædiles creantur) judicia ædilium ad prætores transferuntur, ut Dio ſcribit *lib. 53.* Eadem modo legatores proconſulis licet propriam jurisdictionem habeat, eſt tamen ea portio jurisdictionis proconſulis. Idem dici de defenſoris plebis jurisdictione poteſt, ut ſit portio præfidis jurisdictionis ex Nov. XV. Qua de cauſa ſcriat a legato proconſul appellatur, a defenſore præfes, ita videtur ab adile prætor appellandus, a prætore plebis, vel a præfecto annonæ præfectus urbi, quinquam nonnum in folido to præfecto annonæ diſpoſitioni præfecti urbi dicatur in *l. 3. ff. Quod cum eo*, &c. a præfecto annonæ principem appellari.

CAP. XXXIX. *Pœna depenſa reputi non ſolenti.*

AIt l. *pœna*, *ff. de cond. ind. Pœna depenſa reputi non ſolenti*. His verbis, *non ſolvi*, ſignificatur effe reputatum, ut *l. 58. pr. 111. ff. de dire. reg. pr.* Exempla palam, & in mundo omnibus non ſunt. Unum dabit *l. 2. ff. de leg Iul. amb.* quæ ſunt damnatum lege Julia ambitus & reſtituram in integrum, pœnam pecuniariam reputet reput, quamvis res viderur reſtituſſe ad cauſam indebiti. Alterum *l. 3. §. condemnatis*, *ff. de tabl. exhib.* quæ legatarium condicionalem qui interdicto de tabulis proferendis interim communicatæ possum tulit, deficiente condicione negat pœnam reperiendi reſtituere. Quo exemplo forte ſi de pœna inter debitorem & creditorem non conveniatur ſi ad diem ſuos non ſolveretur, & debitor nimen per errorem pœnam ſolveret ob moram, videtur pœnæ condictio non eſſe: nam & olim plerifque iſtum fuit uſurarum indebitarum condictionem non eſſe, ut in *l. 18. C. de uſur.* hæc verba demonſtrant, *Exceſſe juris veteres*. Imputationem omnes admittebant. Eadem vera videtur effe regula *l. 46. ff. de ſtip. ſerv. pr. Quod a quopiam pœna nomine exactum eſt*, *id videri reſtituere nemo cogitur*; ſiquidem ita ill. Iud, *Eidem*, interpretor. Eidem a quo pœna exacta eſt: quod conſtet probatur etiam *l. ſi pignore*, *in princ. ff. de pign. act. l. ad quod*, *ff. de falſat. l. ſi debitor*, *ff. de ſur.* quæ ſunt de debitore, & creditore. Quod tamen a creditore exactum eſt ab alio nomine pœnæ, debitori reddituri tur, vel imputatur. In aliis locus eſt *l. 6. ff. loc. l. uli. l. ſed cum*, *C. de furt.* Differentiæ caſus hic, quas non eodem modo creditoris, & ceterorum intereſt. Creditoris intereſt exacti ratione cuius ſecuritas creditori ſuffertur aliuto pignore. Conductoris, & commodatarii ratione ufus, qui furto interciptur. Crediti cauſa furto non interciptur: & ſatis eſt creditori creditum ſalvum eſſe, eque ſatis eſt conductori ufum ſalvum eſſe, quod eſſe non poteſt, furto interveniente.

CAP. XL. *De veteri interprete Novellarum Juſtiniani*.

VEterem interpretem Novellarum reiiciuns & aſpernantur temere omnes: quod equidem fero inigo animo, cum propter antiquitatem, credidetim Graecum fuiſſe, qui non multo poſt editionem Novellarum rogatus Occidenti latinam interpretationem donaverit; tum propter eruditionem hominis nata eruditioni deputo, quod ἀκριβῶς Nov. XVII. elegenter verte, ſcribitur, & *ἀντρον νὺξ ἐποίησεν*, omni provincia effectum potius rei, quam ſignificationem verbi ſpectans, ut Nov. XXII. *ἐπιβολὴν* legitur ſupe, *ut ſuperius* Nov. XXI

JACOBI CUJACII J.C. OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM

LIBER NONUS.

CAPUT PRIMUM.

In Harmenopulum adnotationes quædam.

IN titulo Epitomes Constantini Harmenopuli perperam adjicitur *κριτῶν προκαθάρχοντος*: quæ appellatio in usu nunquam fuit, & error natus est ex titulo præfationis, qui est hujusmodi in bibliotheca regia, *Κριτῶν προκατάστασις ἢ περὶ δικαιοσύνης*. In eadem præfatione, ex eadem bibliotheca Demosthenis locus ita restituendus est, *δόξαν δὲ χρημάτων οὐ ῥᾴδιον πρίασθαι*, atque ita Stobæus legit, *περὶ δικαιοσύνης λόγῳ* 9. cui similis est hæc Isocratis sententia ad Micocl. *δόξα μὲν χρήμασιν κτητὰ, δόξα δὲ, χρήμασιν οὐκ ὠνητή*. In lib. 6. tit. 14. ex Eparchicis ita scribit, *Ὁ δόλον ποιῶν εἰς ἀσήμιον, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐργαζόμενος, καὶ πιπράσκων, χειροκοπείσθω*. Ubi *ἀσάμιον* quidam legunt, & partem interiorem domus interpretantur: male. *Ἄσημον* est Argentum non signatum. Moschopulus *περὶ σχεδῶν*, *Ἄσημον ἀργύριον, τὸ μὴ κεχαραγμένον*. Sed & veteres glossæ argentum interpretantur *ἄσημον*. Josephus in vita sua, *Ἄσημον ἀργυρίου σταθμὸς ἱκανός*. Sententia igitur hujusmodi, Qui argentum adulterat, & ex eo opera facit ac vendit, ei manus abscindatur. In *tit.* 2. *lib.* 6. quod ex *Enchiridii tit.* 44. scribit de præda partienda, uno verbo depravatum est, *σύλφοις* legendum *τοῦλδοις*, quo significantur sarcinæ & impedimenta exercitus. Sudas: *Σαγμάρια, τὸ παρὰ μὲν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων*. Et alio loco, *ἀποσκευὴ, ἡ τῶν ἐπιτηδείων κομιδὴ, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ σαγμάρια*. Leo Imperator 3. Tacticωv. *Καὶ τοῦλδον μετά ἐστιν ἡ ἀποσκευὴ καὶ χρεία πᾶσα τῶν στρατιωτῶν, τουτέστι παῖδές τε καὶ ὑποζύγια καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, καὶ εἴ τι ἕτερον πρᾶγμα πρὸς ὑπηρεσίαν τοῦ στρατοῦ ἐπισύρεται*. Apud eundem Julianus Ascalonita Privatum dixit pro balneo, ut quod in *l.* 13. *C. Theod. De metatis*, privatum dicitur, balneum est in *l.* 6. *C. eod. tit.* ad quam quæ auctores *βασιλικῶν* adjungunt sabana, etiam usui sunt in balneis: & inde illud in homiliis scholasticis, *κατάγεται σάβανα εἰς τὸ βαλανεῖον*. Lintea sunt quibus in balneis loti siccantur. Marcellus Ex magistro officiorum (ut interim hujus quoque auctoris titulum emendem, qui pro Ex magistro officiorum præ se fert Ex magno officio) lib. de medicamentis, *Caput laves, & crassa sabano diligenter siccabis, spongiis demersis, & linteo vel sabano intorto utrinque expressis. Radices betæ lavabis, & expressas sabano siccabis. Sabano molli leniter deterges. In frigidam merge, & postea sabano diligenter exsicca. Melius erit si hanc potionem post balneum in sabanis adhuc constitutus acceperit. Dabis exeunti statim a balneo, ita ut dum sabanis operitur, bibat.* His tot Marcelli locis plane intelligitur quæ in Basilicis nostris vocentur sabana. Invenio eodem sensu dixisse Apitium & Priscianum medicum, & Aldhemum Theologum sæpe, *Savano calido involves, Savano mundo exsiccabis, Savano expressam elixam, & roulomedicos, τὸ ὕδρωπι σαβάνῳ ἐκμάττειν.*

CAP. II. *Contraria judicia.*

ACtio mutua, quæ ex contractu nascitur, vel est ultro citroque directa, veluti ex empto vendito, locato conducto, & pro socio: vel uno latere directa, altero contraria, ut in commodato, pignore, deposito, mandato, gesto, tutela: Nam commodatori, debitori, depositori, mandatori, domino negotiorum, pupillo, directæ actiones competunt, commodatario, depositario, mandatario, creditori, gestori, tutori, contrariæ, quo nomine significatur dari eas ex diverso vel e contrario, *l.* 2. *& ult. ff. de neg. gest.* & contra, *in l. si pignori, ff. famil. ercis.* eaque ratione negatoria quoque actio de servitutibus dicitur contraria, & a Græcis *ἀντιθετικὴ τῆς ὁμολογίας*. Directæ actiones dantur directo, id est principaliter: qua de causa & principales actiones a Jurisconsultis appellantur. Hinc fit ut depositarius, commodatarius, mandatarius, creditor, gestor, tutor, quod principaliter & multo pluribus de causis obligentur quam depositores & ceteri, directa sive principali actione teneri dicantur: ceteri contrariis: quibus indemnitati tantum consulitur. Qua ratione nec sunt famosæ sicut tutelæ, mandati, depositi directæ, nec in eis juratur in litem. At pro socio, empti, locati, ultro citroque directa est actio, quia in his contractibus contrahentium par conditio est, id est eisdem fere rationibus, ne multo pluribus potioribusve unus quam alter tenetur. Quidam male de contrariis actionibus accipiunt quod Cicero 3. *De offic.* scribit in arbitriis bonæ fidei magni esse judicii statuere, præsertim cum in plerisque essent judicia contraria, quid quemque cuique præstare oporteret. Legendum, *Magni esse judicii*, ut in *Institutionibus Sulpitii Victoris*, *Magni esse judicii in causis non labi, quod frequenter eveniat, ut multæ causæ videantur consistere, neque tamen consistant*. Judicia autem contraria, non contrarias actiones vocat, sed contraria judicia hominum. Nam ut idem eodem loco ait, magnam esse quæstionem in fiduciæ formula. Ut inter bonos bene agier, qui sint boni, & quid sit bene agi, ita in arbitriis bonæ fidei vel æquitatis definitio valde difficilis est: ut his consequenter recte dixerit Celsus apud Paulum, in Quæstionibus de bono & æquo, plerunque sub auctoritate juris scientiæ perniciose errari: & Tryphoninus, Bonam fidem, quæ in contractibus exigitur, æquitatem summam desiderare, id est, Peritiam summam bene judicandi. Una est æquitas bene judicandi, alia se cum ceteris coæquandi, ut Lactantius scribit 5. *Instit.*

CAP. III. *Ad stipulationes ædilitias.*

ULpianus in *l. Si ita quis stipulanti, ff. de evict.* docens hanc stipulationem, Sanum esse præstari, uti-

lem esse. Alioquin, inquit, stipulatio, quæ ab ædilibus proponitur, inutilis erit, quod utique nemo sanus probabit. Alludit ad formulam stipulationis, & Varronem imitatur, qui *lib.* 2. *de emptione caprarum*. *Capras* (inquit) *sanas sanus nemo promittit: nunquam enim sine febri sunt*. Et simili forma Caper Grammaticus. *Qui cereber dicunt, sine cerebro vivunt*. Adiiciebatur autem in ea formula stipulationis, *Recte sanum esse*. Quo respexit Javolenus in *l. qui tertiana, D. de ædil. edict.* dum illos, qui tertiana aut quartana aut podagra vexantur, quive comitialem morbum habent, scripsit ne iis quidem diebus, quibus morbis vacant, recte sanos dici: & sic idem Varro, *Illosce juvencos sanos recte, deque pecore sano esse spondes? Illasce oves sanas recte esse, ut pecus ovillum, quod recte sanum est, spondes?* Illud in universum de iis stipulationibus ædilitiis in emendo pecore ita idem Varro definit. In emptione alias stipulandum statim esse, alias a sano pecore, alias e neutro. Statim esse quod in Mamilii formulis est, *Hodie esse, bibere*, quæ stipulatio caprarum nomine interponitur. Male vulgo addi, E valetudinario, vetera exempla testantur. Alias e sano pecore, ut in venditione ovium & bovum: alias, de neutro, ut cum ad cultrum vel altaria bos venditur: alias, de utroque, ut cum jumenta venduntur, quia non de sanitate solum cavetur, verum etiam, Hodie esse, bibere recte posse, *l. ex empto, §. animalium, D. de actionib. empt.*

CAP. IV. *Explicatur l. xv. D. de fundo dotali.*

VErum est, quod Ulpianus *in Fragmentis* scribit; mortua in matrimonio muliere, adventitiam dotem semper penes maritum remanere, & comprobatur *l. mulier, D. de cond. inst. l.* 5. *D. de bon. damn. l.* 23. *D. de evict. l. Celsus, D. de relig. l.* 1. *C. si adver. dot.* Cornutus *in Persium: Dos*, inquit, *a cive Romano data, non patrio dicta nomine, si repudium non intervenerit, post mortem uxoris ad maritum pertinet*. Pertinet autem & remanet apud eum ipso jure, etiamsi pactio nulla intervenerit. Qua de causa & in *l.* 15. *D. de fund. dot.* dotale prædium mortua in matrimonio uxore, ipso jure virum retinere ajo, & Græcos interpretes pactionem perperam exigere. Et quamvis post constitutum prædium dotale, id est traditam viro possessionem vir literas ad uxorem miserit, quibus dotis non fore prædium declaraverit, quæ literæ pro actione nuda habentur, ut in specie *l. qui negotia, D. mand.* maxime cum restitutione prædii non sumpserint effectum (nam post eas literas vir prædii possessionem retinuit) tamen potiora jura habet maritus in eo prædio, quasi dotali: propterea id quod ex pactione illa nuda mulieri actio esse non potest, hoc est, possessionis prædii dotalis, ex pacto mulieri heredibusve mulieris repetitio non est: In *l. cum mortem, de jur. fisc.* Tribon. hæc verba addidit, *prout ad maritum pertineat*.

Observ. Joan. Rober. in Animadv. cap. 17. *&* 18. *lib.* 3.

CAP. V. *Cautionem, quam heres sub condicione institutus substituto præstat, satisdationem esse.*

CAutionem, quam heres sub condicione institutus, interim petita bon. possessione secundum tabulas substituto præstat, satisdationem esse verum est. Prætoria enim cautio est, & extra numerum earum, quæ nudam repromissionem habent, quæ omnes enumerantur, *l.* 1. *D. de præto. stipulat.* ex qua enumeratione (ut lex ait) apparet ceteras non esse repromissiones, sed satisdationes. Et nominatim Paulus scribit 5. *Sentent. tit.* 9. institutum sub condicione substituto per stipulationem utiliter cavere compellendum. Utiliter autem est satisdato, ut *in §. constituitur, Inst. de usufruct.* idque ex eo etiam apparet, quod jubetur cavere in diem longiorem: quæ adjectio diei longioris in repromissionibus vacat. Est igitur ea stipulatio non satisdatio modo, sed & gravis: & difficilis satisdatio, puta in diem longiorem. Itaque non muto quæ de hac quæstione ad eum Pauli locum adnotavi: mutaturus, & erroris veniam petiturus [illegible]nter & prolixe, si ab altera parte veritas cujus studiosissimus sum, mihi stare videretur. Illud porro constat ex eodem Paulo, ea cautione heredem institutum cavere de non deminuenda hereditate, quæ fuit prior Accursii interpretatio ad *d. l. inter omnes*. Posterior ineptissima est, de restituenda hereditate substituto verbis directis. Et recte *l. inter omnes, Possidentem*. Nam pendente condicione heres institutus secundum tab. petere bon. possessionem potest, adquirere vel adire hereditatem non potest.

CAP. VI. *Explicatur species l. 2. C. de cond. ins. tam leg. quam fid.*

TEstator filiam heredem institutam rogavit Titio dare fundum in diem certam, & ante diem cavere, si a marito non divertisset. Quo indicio videtur remisisse cautionem vulgarem fideicommissorum, si diverteret. Sufficit autem quodlibet indicium, *l. Avia, §. ult. D. de cond. & demon. l.* 2. *C. ut in poss. leg.* denique eo sermone filiam pater cohortatus est ad divertendum, filia vero patris voluntati non obtemperavit, hoc est non divertit. Quæritur an subire onus cautionis debeat. Id quidem refugit ipsa, hac ratione, quod remissum videtur onus cautionis, si diverteret: quæ condicio circumscribi solet, ut si sub ea heres instituatur vel legatum relinquitur, *l.* 5. *C. de instit, & subst. l.* 8. *D. de usu & hab.* repugnat enim utilitati publicæ, *l.* 2. *§. tract. D. ad Tertyl.* Ergo etsi non diverterit, recte onus cautionis refugiet. Respondetur, dissimilia hæc esse. In hereditate enim vel legato relicto sub condicione, si diverterit, etiamsi non pareat voluntati testatoris, legati sive hereditatis emolumentum capit beneficio Constitutionum remittentium eam condicionem. Proinde contra voluntatem facit, contra jus nihil facit. In cautione, qua onerata est filia, si a marito non diverteret: si non divertat, atque ita non faciat quod voluit pater, & præterea se cautione exonerari velit, tam contra voluntatem patris facit quam contra jus publicum. Et absurdum est, quod contra voluntatem patris faciat, velle etiam eam ut sibi contra jus publicum facere liceat, id est contra edicti perpetui formam, quo heredes legatorum nomine cavere jubentur. Jurisdictionem & edictum pro eodem accipit, ut *l.* 2. *C. de test. mil.* Male ibi edictum quidam novum, ut relicta sub condicione, ita demum capiantur si condicio consummata sit, quale nunquam auditum fuit, simul ac speciem novam comminiscuntur.

CAP. VII. *Emendatur l. 18. D. ad exhib.*

ACtio ad exhibendum datur vindicaturo, interdicturo utrubi, optaturo, noxali judicio acturo, *l.* 3. *§. quia autem, & seqq. l. de eo, §. sæpius, D. ad exhib.* non ex alia causa interest, *d. l.* 3. *§. si mecum, & l. pen.* Solutione chirographo inani facto id sibi exhiberi creditoris ex superioribus causis non interest, licet videatur interesse ob hoc, quod si ab eo repetatur pecunia quasi indebita, inde fuisse debitam judici approbaturus sit, *l. qui tabulas, D. de fur.* quæ causa tamen debitoris repetitionem vel vindicationem non impedit, cum possit creditori eo nomine satisfacere data antapocha. Creditori igitur de exhibendo inani chirographo, quod quidem vel debitor ipse habet vel alius, actio dari non potest. Debitori datur, quia vindicare chirographum potest. Condixerit sane rectius: sed vindicaverit etiam non male: atque adeo propter vindicationem de eo exhibendo egerit recte. Idemque de aliis instrumentis dicendum est quæ ad eum contractum pertinent, cujus obligatio solutione perempta est. Hæc cum ita sint, (*) *l.* 18. *D. ad exhib.* emendandam esse censeo, ita ut in ea pro *Creditor* reponatur *Debitor*, pro *Debitore*, *Credito-*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib.* 3. *cap.* 15.

dicere. Confirmor *Βασιλικῶν* metaphrasi, quam subscribam, *Ὁ γράψας κατηγόρησεν ἀπὸ τοῦ ἀποκηρυκτοῦ γράμματος, ἀφορῶντος τὸν χρόνον αὐτῆς ἀνάθεσιν, καὶ τὰ ἑξῆς ἀποκηρυκτὰ τὰ ἀποκηρυκτὰ τοῦ ἀποκηρυκτοῦ*. Confirmat *Lib. C. ad exhib.* quo usurpatis verbis *ipsis d. l.* 18. debitori non creditori dat adjudicationem ad exhibendum, quæ in superiori metaphrasi non male *ἀποκηρυκτικὴ* appellatur; etsi eam rectius reprehendat appellatio fit, cum verbis fit exhibitoria, effectu restitutoria, *l. 3. §. fi. mercim., l. 5. §. ult. pignorat., & §. ult. l. 7. §. item mancipio & seq. l. 9. §. quantum, §. ad exhib.* Sicut verbis eft in rem, effectu in personam: ita tamen ut utroque casu verbis lacerinus commoquium veluti ἓν de dominio directo judicio posſeſſor contendere paratus ſit, non omnia in adhiomen ad exhibitum veniunt que in reſtitutorium, & ex dolo defuncti ea actione non conſtringitur, nisi ut ex ceteris perſonalibus in rem non ſcriptis, etiamſi nihil ad eum pervenerit.

CAP. VIII. *Arcesum reditus.*

UT locatori horreorum vel areæ, mercet in horreis vel in area poſitæ pignori pignore ſunt, quaſi id ſilentio convenerit, *l. 3. ff. in quib. caus. pign. vel hypo. tac. contrah.* ita cum ei vellor jungatur in *l. huius in fin. ff. quo jus. in pig. hab.* pignori vectori mercem, quas conduxit vehendas, pro vectura tacito jure obligatas eſſe, quod & *l. 5. ff. ad exhib.* oſtendit. Solebant horrea locari mercium reponendarum cauſa, quæ ſi non adhibitum conductoribus locatorem præſtare oportebat, *l. cum in plures, 5. ult. ff. loc.* Solebant & areæ, ſolentque mercatis ſi frequenti, ex quibus ſupra memini, ſolvi pro horreis reditus venit *l. ſi mortuo, ff. de rei vind. & l. 3. Cicero 6. epiſt. Nos tamen ex areis tantum habemus, &c.* & idem alio loco, *Cauſidius rerum aſſervandarum gratia pro area magno aſſimarat: quod ei generi poſſeſſionum minime quadraret noveris poſſe.* Et ita vero locator area, etiam nondum cuſtodiam conductoribus præſtitit *Cicero pro Tullio*, & id ipſum ſtatuit in area cauſim ponere permittitur, cuſtodiæ ſcilicet mercium cauſa, *l. 31. area, ff. de uſufr.* non aliud ædificium, *l. 7. §. 1. eod. ibi*, *Ædificia ſunt, area ædificiis legata ædificia in area conſtituti non poſſunt*. Et quod de arearum reditu diximus, eadem *l. 7.* his verbis, Obveniones ex areis, aperte confirmat.

CAP. IX. *Cameliæ, Ruta, Infica, Liquamen.*

CAmeliæ, perſonale ſive corporale munus eſſe, *l. 1. §. ff. de munic. & bono.* his rationibus probat, quia cameli alantur de publico, non ſumptibus cameliarii qui eo munere fungitur, & quia eo munere propter corporis infirmitatem exoſationem dari conſtitutum eſt. Si enim abeſt patrimoniale munus, ſcut hippatii, *l. 4. C. de mun. pat.* non ſolvetur nec eo corporis infirmitas, *l. 2. §. fin. ff. de vacat. mun.* Quod tamen adjicit *d. l. ult.* Cameliarios ex alio omnibus vocari, eſt commune cum his qui patrimonialia munera habent, *l. 1. C. de mun. pat.* Et recte Flor. ex albi ordine, & in Baſilicis, *μηδὲν τῶν κατὰ τοὺς ἀκολουθοῦντας*. Quod ſequitur, *nec nisi exoſationi ſuffragatur*, *ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς ἀσθενοῦσι σώμασιν*, proprium eſt perſonalium munerum, ut diximus ſupra. Idem munus *παρακολουθεῖ* appellatur *l. 1. §. ff. de mun. & hon.* & Camelliarii ab Ammiano Marcellino *lib. 17.* Ut neutrò (inquit) Gallis quidquam exprimere conaretur naturali nomine. Berrolaius & Baldinus male cameliaria : a quibus etiam properera dicendi doctiſſimus Turnebus, *adversariorum ad eo qui id ex me didicerat, primo*. Hæc de cameliaria. Et de ruta cæſe & liquamine quod promittit infergito capitis, hoc eſt . Rutæ cauſa noſtros opponere ſua juſtlaque, *l. ſi mendacio, §. ult. ff. de offican. empt.* (ſenſum vulgarem ſcripturum, quam Florentinæ loco illo cedere nolim, vel infica inadificatoque, *l. cum fundus, ff. de cogit. vel poſſeſſ. leg.* quibus 39. Livius adjicit

A immolita : quo nomine quoque citra zdificii formam molita funt, ſignificantur, ut in legibus limitum, *Ne quis aut limites devamnos ne oſſupro, neve quid in eis immittito, neve quid ibi poſitum habeto*. Infica non male etiam infida dicere, cum & *l. De re ruſt.* Varro dicit Fidia, Aſidia, Deſidia : & Diomedes Scaurisque probarunt : & in *l. ne quid, ff. de inſt. vel inſtrum.* Flor. ſit pertem Fidia ſcripſerat, Navis infida. Caper grammaticus, *Fidium*, inquit, *rationis, ſirum voluntatis*. Liquamen in *l. 1. C. de rei vox. non dub.* Graccos interpretari garum : rebis Cæſius Aurelianus : & Chronicon. *Garum quod appellemus liquamen ex piſce ſiluro confectum*, & paulo poſt, *Ex garo, quod vulgo liquamen appellant*, Caſſianus in *collatione 21. de ſcripturis*, & *τὸ ἁρμόδιον ἐκ τοῦ γάρου*, *vino ſpirem* : Vopiſcus in *Aureliano*, *Liquaminis ſextarium unum*. Oryganum autem Cæſius Apiritus liquamen accentium interpretatur . Aliud primum, aliud ſecundum . Libellus *καθαρευόντων ἐμπίδων* facit . Acro murium antiquos dixiſſe liquamen, & Syrorum lingua ſic dici.

CAP. X. *Serraculum ducere, sarcupascripsit.*

QUa forma Varro ubi de pavonibus tractare incipit, Serram ducere , eadem Ulpianus noſter dixit Serraculum ducere in *l. 29. ff. ad leg. Aquil. & ſer* nendum quidem Cornelium Tacitum, *Barbaricum* ſerraculum interpretantur iis verbis. *Et mox ſi quis à nostris ſeruculum* : quo genere damnum ſcapbis inferri , & hic apud Suetonium locus demonſtrat , *Ut ſi Pompeianis lenibus ſtrepuerint , aut ſi ovium vel bestiarum libitum exprimebat*. Palemo alio ſenſu. *Glauſtrum* (inquit) *ferraculum ajunt* : & *gloſſæ*, *Gubernaculum , clauſtrum , ferraculum*. Locum autem Varronis videor debere proponere. *Avium , de pavone* (inquit) *libere loco dicam , quorum diſcretio Virgilius, qui ferae ſignari dicerat ab his, quibus natis mansuescere aute cum dicerat ferrum*. Propoſui ut fubiicerem poſteriora verba ſic eſſe reſtituenda. *Qui ferus ſi quid dicere de ter, gentilitatis cauſa ferraculum ducere ferrum*. Horatius Flaccus Attiæ Mauræ, libera dicat de pavone quod ſentit, nec metuat ſibi a Fiſcellio Pavone, qui eampo diſcellerat jam prehenſo tuum ferre cubitor quadam ſuo in tabernaculum ſarcupascripſit. Qui (inquit) *ſi adeſſet Marcus, tecum forſitan prolium duceret copiosumnie cenſu, ſi quid ferus dicere de pegumbus*. Pro forſitan ſcribo fortaſſe an , ſi agit de ſapibus , *Hoc dico quod fortaſſe an tibi ſatis ſit* Axi. Et Gellius 11. *Crinibus ſcripſit legatus Bellico publica res cauſa veniis defensus , ſortaſſe an nonnihil peccaſſe videatur*. Plinius poſt de inimicitiis & quadrigis, *ac fortaſſe an de quadrigis veterum auctoritati consulsere* : & xvii. juxta ſidem antiquæ ſcripturæ , *Procul ſit autem ab exercitiis illa fortaſſe an regentibus*. Sifenna apud *Nonium*, *Quod fortaſſe an ex voluntate ſua ſumma cum clarissimo ſeleratorum conſpiratione*. Acta apud *Augustin. Ep. 91. Quod fortaſſe non hoc verbi mens*. Apuleius *de Deo Socratis*, *Fortaſſe an inter Graecos pratio cognitor*. Terrullian. *De pallio*. *Quinquennium transiſſem , ſi fortaſſe an ſingulis annis ſenſim ſenescerem*. & *De anima*, *Fortaſſe an & Pythagoricis & auctoritate aliquid accedet*. & alio loco , *Fortaſſe an & ſimplicitate ſua & adoratio Mercurium ſuum & ex majore fathum fit* . Tot collegi teſtimonia quæ locutionem novæ & inauditæ , cujus ignoratio ad corrigendum tenebras offudit, ſatis ſuperque illuſtrent . Plautus in *Curculione*. *Nec me illa ſine patre ſuspor in Venula , Reperire me ſpricia, & in Teſtamento*. *Ne agrum tuum ſeris augeam fieri*,

B *ſeri, & Batch. Ne deſpiret. Cavetis ne ſapores ferrumen ſcirit.* A

CAP. XI. *Ad l. interdum, ff. de uſuf. acc.*

RUgerii ad *l. interdum , ff. de uſufr. acc.* interpretatio nem quam fabricarunt , ita ut , vel potrem dimidium dantur quam amiſit qui litem conteſtatus eſt adverſus eum qui ſe ſibi poſſeſſorem non confeciput , legendum eſſe conſtatur . Sed triparito quadrinem omnem rem in eum locum incidere poteſt dividendam eſſe cenſeo . Si Primo & Secundo legatus ſit uſusfructus, & Primus portionem ſuam amiſerit petitione , vel parte & lite conteſtata tum poſſeſſore, ad poſſeſſorem cumdemmodo pertinere non tantum portio Primi , tum deinde , ſi Secundus portionem ſuam amiſerit petitione portio adcreſcit Primo , tum poſſeſſori five proprietario . *L. 3. §. 1. l. 5. §. ult. ff. de uſufr. l. & an eandem , §. 2. ff. de exc. rei jud.* Si Primus portionem ſuam amiſerit , pars , non utendo , aut parte dominii adquiſitione , adcreſcit Secundo , non, poſtea Secundo amittente non adcreſcit Primo , ſed proprietario , quia cum totus uſusfructus in Secundi perſonam recidit , jam Primi portio poſſeſſori ademta non poteſt . Eadempue ratio eſt in ſpecie *l. Interdum*, quam hanc quidem videor mihi primus eſſe . Si Primus portionem ſuam amiſerit lite conteſtata cum eo qui de lite debuit, id eſt, cum non poſſidere , quo tantum poſſeſſorem ſe eſſe debebat , poſſeſſionem recipere adionem in rem uſusfructus nomine , hoc caſu accipio : ſi qui ſit ſatisfacit, litem in hac ſuperiore evaſerit, uſumfructum habiturus eſt, cum non poſſidet, nunc poſſidet qui cum Primo non litigavit . Porro igitur Primi portio adcreſcet Secundo , quam vis non Secundus nullo interrudio ſpatio portionem ſuam amiſerit . Secundo portionem Secundi ad proprietatem recurrot . Primo enim adferam : nemo idco non poſſidet , quod cum totus uſusfructus fabius ſit in perſona Secundi , jam perſona Primi pro fructuario haberi non poteſt . Primi igitur partem dantaxat ſecundus a poſſeſſore conſequetur & retinebit .

CAP. XII. *Arbosum fursim cæsarum.*

HÆc actio eſt pecuniaria ex *lege* 12. *tab.* Sed (ut Cujus ad eam legem adnotavit) *Furtivarum rerum nomine* tantum tarones, qui arbores, & maxime vites, exciderint : quod & Servius confirmat in illum Virgil. *Quos ego ſi quem vites sentire labore videbo*. Favorem (inquit) *capiebant alienas arbores incidere*. Alio loco (inquit) *Si quis eas cædat, cinguat, fecant : his enim tribus verbis lex uſa eſt, que ex Paulo ita interpretamur*. Cingere eſt Dogſabrace. Ut enim Scriptores pro Dolabra dicunt, ita Cingere pro Diſcingere. *Zanonis ora vix nunc cingere accipimus* : quod eſtendere nocare. Et fiat interitum Plinius ſcribit 17. c. 24. idque eſt proprie Cingere . Et poteſt derivatione . Cædere eſſe non ſolum ſecidere, quod eſt ferae radicis totas arborem exbris ictibus excidere , ſed etiam Ferire & vulnerare aut cædere ut *para. l. 3. §. 1. ff. ſi ſtipendi. ff. arb. for. cæd.* non etiam ferire . Idibus cædere Suetonius . Proferit ſecundus . Quia igitur cædendi verbo ſecidio non concinnebatur , adjecerit Suetonius Secare , quod eſt ſubſecuiſſe, ut Ulpianus ait , ſicut Cædere Succidere . Proferit ſortitus ut ſint pro proteritio . Evellere vel Extirpare non ajjecerunt : adeo qui evulſerit aut extirpaverit, hac legitima actione non teneatur . *d. l. 3. §. 1.* Neque enim (inquit) vel cædit , vel ſuccidit , vel ſubſecuit . Græci legunt , Neque enim cædit vel ſubſecuit , qui ſic verunt, *Οὐ γὰρ τὸν ἐκκόπτοντα ἢ ἀποκόπτοντα*. Contenti fuit cædendi verbo generali , quod latini diviſerunt in Cædere & Succidere , & eaidem adjicerunt modo de arboribus caſis dixerunt, modo de arboribus ſuccisis. *L. Duodecim Tabulis ſi quis alienas arbores furtim , Pandectarum ſcripſit, & in Teſtamento*. *Ne agrum tuum ſeris augeam fieri*,

C *Tom. III. Piter.*

D

E

F

CAP. XIII. *Cum ſervus aut filiusfam. nullum adimere eſſe.*

CAius eadem libro ſcripſit cum ſervo, qui eſt in noſtra potestate, nullum adimere eſſe, *l. cum ſervo, ff. de reg. jur.* cum filio quoque ſuo habemus nullum adionem eſſe, *nisi* eſt ex cadverſi peculio, *l. 4. §. de adim. legat.* Excepto cadverſus peculii ratio pender ex Conſtitutionibus, quæ ſimul ea re penalia pro patrefamiliæ habeat : eſt enim iis subis cum filio patrefamilias, ut cum emancipato. Quem modum adiicit Quintilianus, 11. *Inſtitutionum*, referrus inter patres filiosque nonnunquam litigarum : Cum interrogaſſet (inquit) emancipato. Sed in emancipatione inditum diverit quis litem effe , quæ tamen inter patrem & filium. peregrinat. Imo ille non eſt in quo utrique pars idem vult, & *invidiosa* voluntas eſt, non actio. Poſt emancipationem in jus vocare poſſunt invicem, tamen, cum ea cognita filio permittitur : pari , etiam cauſa non poſſit litis conteſtationem, non item , *d. l. 4. §. de adim.* nisi filius ſit in poſſeſſione poteſtate ſua , *l. ſi patres, C. de pecul.* Et ſic in exemplo caſtrenſis peculii , excipitur etiam quæ cadverſus patrem , & adventitium , quæ cadſinus filiofamil. pleno jure adquiritur : & dos etiam profectitia , ex eadem cauſa. Sed cum ſimul adverſus patrem poſſulare integri reſtitutionem , quæ ſi de adimendo ſiet ſupe , quoniam in his partis poteſtas nihil poteſt . Exceptiones adimentis eſſe . Sed hæc minus propria a ſtrictiore adionem . Sed hæc minus propria a ſtrictiore adionem . Sed hæc minus propria a ſtrictiore adionem

scere potest, poterit & ignorantibus & absentibus ceteris. Quod apertius in Basilicis his verbis est expressum, Ὁ εἰς κληρονόμον καὶ παρόντων καὶ ἀναλεγόντων ἀπόντων τῶν ἄλλων καλῶς κινεῖ τὸ εἰς διαμερισμὸν δικαστήριον. Huic loco adjungam explicationem *l. 8. §. 1. ff. de inoff. test.* ut eodem tempore a quibusdam male explicatam utriusque loci mentem deprehendi. *Si filius* (inquit) *post agnitam litis ordinandæ gratia bon. possessionem decesserit, &c.* Etiamsi dicat filius, non filiusf. tamen de filiof. loquitur, non de filio emancipato. De filio (inquam) familiæ prælerito a matre, quem etiam si post agnitam litis ordinandæ gratia bon. possess. decesserit, Papinianus ait querelam non transmittere in patrem, quia scilicet filiifamilias pater heres non est, vel jure potestatis patri actio inofficiosi per filium quæsita non est, nondum instituta a patre nomine filii, quæ & institui non potuit invito filio: quoniam filii injuria & indignatio est, *d. l. 8. in prin. l. filius, eod. tit.* Et petita bonorum possessione litis ordinandæ gratia, nondum quidquam adquisiisse filius videtur: hæc enim bon. possessio non petitur ἐνδυνάμως, ut Græci interpretes ajunt illo loco, & ideo non imputatur in peculium: & subjicitur, τὸ μὴ δυνάμενον διὰ τὸ μὴ ὑφεστάναι εἰς πεκούλιον εἶναι, οὐδὲ προσπορίζεσθαι δύναται. Illi in *l. arbitrum*, præsentibus absentes, in *l. 8. §. 1. filiof.* filium emancipatum, præteritioni matris vel avi materni patris exheredationem substituebant.

CAP. XV. *Fœnus, Emptio, Venditio, Reditus.*

FŒnus, videtur esse locatio & conductio, nummi enim utendi dantur & accipiuntur certa mercede. Horatius, *Omnia conductis coemens obsonia nummis*, id est, Fœnori sumptis: & paulo post usuras mercedes appellat, ut Pomponius Pistoribus, Græcam mercedem: & ideo ut prædii reditus proprie dicitur qui ex locatione, *l. fundi, ff. de usuf. leg. l. liberto, in prin. ff. de annuis leg. l. pen. §. insulam, ff. de leg. 2.* ita reditus pecuniæ qui ex fœnore quasi ex locatione redigitur, *l. Titius, ff. de præs. ver.* a redigendo, quasi Redactus, ut *l. defuncta, §. pen. ff. de usufru.* Verum enimvero fœnus proprie locatio non est. Nam earum rerum locatio contrahitur quarum est usus, pecuniæ abusus est, non usus. Contracta locatione eadem res redditur, contracto fœnore, non item. Quid igitur? an fœnus dixero mutuum? Minime, mutuum enim sui natura mercedem non recipit, sicut neque commodatum. Verius est duplicem intervenire contractum, Mutui, & Fœnoris, & mutuum pecuniæ datione, fœnus stipulatione contrahi. Neque enim citra stipulationem fœnus contrahitur, nisi in nautica vel reip. vel mensæ argentariæ pecunia, vel in his rebus quæ mensura constant. Quod dixi reditum prædiorum esse qui ex locatione redigitur, & comprobavi *l. liberto, ff. de annuis leg.* verissimum est. *Omnis*, inquit, *reditus qui e prædiis a colonis vel emptoribus fructus ex consuetudine domus meæ præstatur.* Nam ibi emptores fructus pro conductoribus accipiuntur: & constat veteres emptionis venditionisque verbo promiscue uti, *l. veteres, ff. de act. emp.* id est, & in locatione & conductione, ut est legendum in *l. seq.* Nec enim emptionem pro venditione, vel emptorem pro venditore, nec e contrario ut acciperent ita locuti sunt, sed locationem venditionem appellarunt sæpe, & conductorem emptorem sive redemptorem, ut mercedem sive pensionem, pretium, quia locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, eisdemque regulis constat. Hygenus 11. *de limit. const. Mancipibus ementibus*, id est, conducentibus in annos singulos. Festus: *Venditiones olim dicebantur Censorum locationes.* Pertinet *d. l. veteres*, ut inscriptio docet, atque etiam *l. sequens*, ut probat *l. 2. De publican.* ad edictum De publicanis, in quo cum forte publicani appellarentur emptores sive redemptores, monuerunt juris interpretes, veteres emendi & vendendi verbo promiscue usos etiam in locatione & conductione. Simile mendum est *l. 46. ff. pro soc.* Cum enim dixisset *l. 45.* actionem furti concurrere cum actione pro socio, nec altera alteram tolli, idemque esse in omnibus bonæ fidei judiciis, subjicit *l. 46. Idem est & in colono, &c.* pro, *Id est & in colono, &c.*

Observ. Joan. Robert. cap. 8. & 9. lib. 1.

CAP. XVI. *Errores ex notis creati.*

IN *lege Julia De vi privata*, puto fuisse scriptum, Neve in XIV. ordinibus sedeat, ut in *lege Roscia* de decoctoribus, pro quo corrupte in *l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi pri.* Neve in eum ordinem sedeat. In *l. 7. §. ult. ff. de injuriis*, jampridem docui me putare auctorem scripsisse, Atrocem injuriam fieri tempore, si ludis & in conspectu. Nam in P. Romani conspectu an in solitudine &c. quod in præfatione ad sexagesimum βασιλικῶν, confirmavi Græcorum auctoritate, qui sic vertunt, Τῷ δὲ τόπῳ γίνεται σφοδρὰ ὕβρις ὅταν ἐν θεάτρῳ καὶ πολλῶν ὁρώντων ἡ ὕβρις γίνεται, φύσει γὰρ τραχύτερόν ἐστι τὸ πολλῶν θεωμένων ὑβρίζεσθαι. Quæ verba certe non prætoris, sed populi potius conspectum significant. Puto etiam nondum monuisse quenquam Plinii 7. *c. 7.* sic esse legendum, *Fabius senator P. Romani in lactis haustu uno pilo strangulatus*, non *prætor*, non, *poto in.* & initio 19. *Martianus e P. Romani senatoribus*, ubi vulgo, *Ex prætoriis.*

CAP. XVII. *Indicantur novi errores quamplurimi.*

ETiam Judæi juris civilis sacra admirantur & colunt: qua re gauderem, si non eis superstitiones suas admiscerent. Prodiit enim ex eorum corpore unus qui in *l. si dubitat, ff. de fidei.* cum ex edicto prætoris verissime scripsisset Ulpianus, filiumfamilias, qui fidejussit pro patre, sui juris effectum teneri in id quod facere potest, reposuit, In id quod fecit, motus Harmenopuli loco, quo moveri non debuit. Nam εἰς ὅσον ποιῆσαι ἐξισχύσει, ut est *in Bas.* nihil est aliud quam in id quod facere potest filiusfamilias. Et in *l. 2. ff. de statulib.* hæc verba: Quæ sententia utilitatis causa recepta est, & a nobis probatur, in extremum locum male rejicit: Cum enim ex Sabino Ulpianus hanc sententiam proposuisset, Quocunque gradu pupillo servus cum libertate substitutus sit, necessarii causam obtinet, recte subjecit, hanc Sabini sententiam utilitatis causa receptam, & a se probari. Celso quoque, licet diversæ sectæ fuerit, Idem probari. Idem Judaicus legislator in *l. tutelas, ff. de cap. min.* quam aliis audaciam objicit, in eam ipse incurrit, dum circumscribit hæc verba, *Exceptis his.* Unde regulam quasi generalem se condere ait, Minima capitis deminutione non amitti tutelas, quæ in jure alieno positis personis deferuntur: quæ non est generalis, nec enim comprehendit tutelas, quæ personis sui juris deferuntur, quas etiam constat capitis minutione non deperire, ut puta, si se tutores in adoptionem dederint, eas sc. quæ testamento dantur, vel *l. Attilia* vel ex S.C. ut cum in locum muti, surdi, furiosi, excusati, remoti, alius tutor datur: quod si non generalem regulam condidit, nihil egit. Idem homo in *l. uxores, ff. de his qui not. infa.* legit, Sponsæ nullus luctus est, hoc sensu sponsam non lugere sponsum, ac si non eundem sensum admittant hæc verba, Sponsi nullus luctus est. Imo illis Sponsæ, &c. hoc potius significatur, sponsum non lugere sponsam. Id vero omnium hominum sensum superat, quod in *l. legatis, §. 1. ff. de leg. 3.* ad hæc verba, Non idem e contrario, cum legisset in Accursio, Et Græcum est istud, quod ad verbum obsonatores ab Accursio scriptum perperam in illum locum transiit, statim credidit illorum verborum loco scripsisse Martianum, Οὐδὲ τὸ αὐτὸ πάλιν, cum lecticarius cocus postea factus est: ac si hæc Latinis verbis enuntiare promptum non esset, & differentiam facit inter E diverso & E contrario, quorum utrumque est Retro: & οὐδὲ πάλιν, putat non significare E contrario, & nescio

scio quod etiam nobis ἀντιπάλιν, pro ἀνάπαλιν obtrudit, quo nihil est delirius. Et quod ad quæstionem attinet quæ tractatur illo loco, etiam putat servo ab artificio uno ad aliud artificium translato, legatum non extingui. Quod est contra *l. textoribus, D. de legat. 3.* Et inter ministerium & artificium nullam differentiam facit, in *l. si cui balnei, D. quib. mod. usuf. amit.* nec igitur inter ὑπηρεσίαν καὶ τέχνην, nec inter officium quod non multum a ministerio distat, & artificium. Et relicto quidem usufructu histrionis, eoque ad aliud ministerium translato, legatum extingui, ut ait *d. l. si cui balnei*; non tamen legato histrione, quod falsum esse convincit *l. peculium, D. de leg. 2.* Quod ait de lecticariis aut pedissequis legatis, cur non obtineat in histrionibus? Et in *d. l. legatis, §. unus*, hanc quæstionem proponi scribit falso, an cocis legatis, si idem sit lecticarius & cocus, accedat legato. Resipuerit, si his se imbui permiserit. Si quis ex artificio ad aliud artificium transierit, ut si textor postea faber factus sit legatum extingui, *d. l. textoribus.* Idem si ex officio ad aliud officium vel ministerium traducatur, ut si ostiarius fiat vestiarius, *d. l. peculium, & l. si cui balnei.* Idem si ex officio ad artificium, ut si ostiarius textor fiat, *d. l. legatis, §. 1.* Non idem esse e contrario, si textor fiat ostiarius, *d. l. textoribus*, vel si lecticarius fiat cocus. Livius XXXIX. *Tum cocus vilissimum antiquis mancipium, & æstimatione, & usu, in pretio esse, & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta.* Fuit igitur cocus alias in minist. alias in artificio. Denique artificio artificium, officio officium, mutari, non etiam officio artificium. Et multum interesse utrum idem sit testamenti tempore lecticarius postea fiat cocus. Ut lecticariis, ita cocis legatis, si idem sit lecticarius & cocus accedere legato, *l. servis urbanis, §. pen. D. de leg. 3.* Sed si uni lecticarii, alteri coci sint legati, eum qui lecticarius & cocus est ei artificio cedere in quo plurimum versabatur, *d. §. si unus*: vel si non plus in uno quam in altero, communicari, *d. l. servis urbanis, §. ult.* Idem ille κατάρατος, non tam quod Judæus, quam quod ex Christiano Judæus, horrendum ac dictu cunctis mirabile monstrum, audet inscriptionem *l. 6. D. de vulg. subst.* totam circumscribere, dum ex l. Julia & Papia nescit aliud quam de orbo & cœlibe ad eam exemplum convenienter apponi posse, puta de uxore quæ ex testamento mariti solidum capere non potest, ex testamento filii Potest. Idem vero quid tam valde laborat, sit legendum in *l. Domum, D. de contr. emp.* non tantum compellatur? cum neque hoc neque illo modo legi velint Pandectæ Florentinæ, in quibus perspicue scriptum est. *Non compellatur emptor perficere emptionem, sed etiam quod forte solutum ab eo est, repetet*: & sic etiam habebant omnes libri ante Haloandrum. Quid temere Javolenum a Q. Mucio dissentire statuit in specie *l. Stichum, D. de statul. Stich. Titio do lego: & si is nummos ei centum dederit, liber esto.* Servius, & Ofilius Stichum statuliberum esse negabant, quia legatum prævalere existimabant, & a legatario libertatem inutiliter relinqui. Q. Mutius, Gallus, Labeo, Javolenus contra esse statuliberum, & statulibertate legatum perimi, id est, cum condicio libertatis extiterit, ut Græci interpretantur recte, *d. l. Stichum*, non datione sola statulibertatis, *l. cum ita, §. ult. D. de op. leg.* Aliud est statulibertas, aliud datio statulibertatis: Deficiente condicione statulibertatis, utile legatum erit. Quod si Stichus statuliber est, heredis igitur interim est, non legatarii: qua in re Labeonem Javolenus notat. Sed non ideo tamen minus, si Stichus nummos peculiares Titio dederit, heredi denegabitur repetitio: quia receptum est statuliberum de peculio posse dare implendæ condicionis causa, *l. 3. D. de statulib. l. 3. §. ult. D. de cond. cau. da.* Nec felicior concordiæ reconciliator inter *l. filiæ, C. fam. ercis. & l. si donatione, C. de collat.* dum connivet ad verbum, *Præcipuas*, quod est in *d. l. filiæ.* Præcipuo nihil est magis contrarium quam collatio. Quod igitur præcipuum habeo, id sane non confero: sed neque in portionem meam reputo: Græci consultius in *l. filiæ*, collationi locum non esse, quod in donandi voluntate perseveraverit pater usque ad mortem, in *l. si donatione* non perseveraverit. Quæ distinctio ex facto sumitur, cujus cognitio incerta est. Igitur ex jure certo sumi distinctionem melius est, ut in specie *l. filiæ*, non fuerit collationi locus, puta ex testamento. In specie *l. si donatione*, fuerit collationi locus ab intestato. Ex jure in legibus sunt sæpenumero multa subaudienda nobis, quæ conditoribus juris inculcare erat molestum atque etiam infinitum. Quo enim juris notio, nisi ut ex ea singulas juris partes interpres reddat suæ formæ: Eodem modo idem ille connivet *l. 8. D. de verb. oblig.* ad Florentinam scripturam, & studio notandi seipsum fallit. Similis ejusdem sive cæcitas, sive conniventia est ad *l. 1. D. de remiss.* dum non cernit P. Flor. habere, *Ubi nuntiatio non tenet, in quo non tenuit nuntiatio.* Quod autem ait in edicto nos emendasse. *Quod jus non sit illi*, nos certe negamus. Quod subjicit inutilem nuntiationem eam esse quæ contemni potest, ut si operis mora periculum aliquod allatura sit, non igitur ob id solum inutilem esse, quod is qui nuntiavit, jus prohibendi non habuerit, vitiosa utitur collectione: Hoc modo nuntiatio est inutilis: ergo non illo. Potest enim variis ex causis esse inutilis. Et ita apertissime *l. 2. D. de no. op. nunt.* ideo nuntiationem fructuarii esse inutilem ait, quod fructuarius jus prohibendi non habeat. Et idem ille impune contemni nuntiationem ab eo factam qui jus prohibendi non habet. Quod cum dicit & inutilem eam dicit, secundum superiorem definitionem, & præceps ruit in semetipsum. Sed sufflaminandus est. Non potest contemni nuntiatio, etiamsi is qui opus novum nuntiavit, jus prohibendi non habuerit sine remissione aut satisdatione, *l. 1. in prin. l. prætor, §. 1. D. de no. op. nun.* In eo autem quod scribit Harmenopul. νόμιμον παραγγελίαν esse utilem, & legitimam nuntiationem novi operis, deerrat tota via Νόμιμος παραγγελία, est interdictum prætoris restitutorium, Quod adversus edictum factum sit. Idem ille juris doctor Colimbricensis, utilem statuit remissionem esse, si nuntiatio tenuerit, idque falso colligit ex *l. de pupillo, §. si in pluribus, D. de no. op. nun.* cum palam edicat prætor, *Ceterum*, id est, Si nuntiatio non tenuerit se nuntiationem missam facere, *l. 1. D. de remiss.* Quod etiam declaratur initio *l. 1. D. de no. op. nun.* & hac ratione in *d. l. de pupillo, §. qui procuratorio*, nuntiatio omnimodo remittitur, quia jus prohibendi non habet procurator sine satisdatione, ubi tamen ille simul & in *§. si is* renuntiatum, Omittere, Mittere, Remittere accipit pro Contemnere, atque adeo scilicet eorum locorum auctoritate nos abuti, & in *l. 1. §. Item Julianus, D. de remiss.* hæc verba utilis, Inutilis, locis prave commutare ait. Ruerent risu lectores, si alia quæ in medium contulit Judaica sapientia, explicarem omnia.

CAP. XVIII. *Quæ personæ in jure habeantur parentum & liberorum loco.*

NOn male in *l. 15. C. de neg. gest.* ponitur vitricus aluisse privignas affectu paterno, cum privigni privignæque, nec non filii eorum sint liberorum loco, vitricus & noverca parentum, *§. adfinitatis, §. socrum, Instit. de nup. l. Aristo, D. de rit. nup.* Philo, μητρυιὰς καὶ μητρὸς ἔστιν ὄνομα συγγενές, & paulo post: δυνάμει δὲ πατρὸς πατὴρ ὀφείλει τὸν ἐκ τῆς γυναικὸς ἐν τάξει θυγατρὸς τίθεσθαι, Phocylides de noverca: μητέρα δ᾽ ὡς τίμα, τὴν μητέρος ἴχνια βᾶσαν. Ovidius *De Ponto.*

Nam tibi quæ conjux eadem mihi filia pene est.
Et quæ te generum, me vocat illa virum.

Socer quoque & socrus, prosocer prosocrus, absocer absocrus, & deorsum versum, nurus, gener, pronurus, progener, abnurus, abgener, parentum & liberorum loco sunt, *d. §. adfinitatis, & §. socrum, l. quia parentis, D. sol. mat.* Homerus *Iliad. ultimo*, ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος αἰεί. Turnus apud Virgil. *Et nos tela pater.* Plinius 7. cap. 13.

sep. 13. Nurae generosiue & omnes qui se patrii appel-
lasse fatuerunt. Quamobrem genet focero apud Cap-
tolinum epiſtolam ſcribit in hunc modum, *Imp. Gor-*
dianus Aug. Mitrobio patri, & in ipſo patrum. Patrem
verum audisti vetus. Et contra ſocer genero, *Domino ſi-*
lio & Auguſto Miſithaeus ſocer: eodem plane modo quo
patruus filii frater in *Lentulo. S. Lentul. ff. Manil. Sup*
etiam nunc, quo & in ipſa epiſtola ſe vocat patrem, & filius ſuos patrius filios, id eſt, Seii fratres patruelis, quod qui non intelleuerunt male emendarunt, *vos vero qui*
ex me ſe nati eſtis. Recte enim *ὁ πατὴρ* & *ὁ υἱὸς* & *τὸ πατρικὸν & υἱικὸν* nam ſi filius frater, filius eſt & patruus pater, patruus quoque filii, id eſt patruelis recte dicuntur patris filii. Et conſtat patruum, avunculum, amitum fre patereterum & matereterum eſſe partruum loco, fratris aut ſororis filium, filiam, nepotem, neptem, proneptem, liberorum, *ſi non amitam, luſt. inſt. de ſyntrix, ff. de vit. nup.* & ita de Theodoſio Paulo, *Colere patruum tanquam genitorem, fratrisque uxorem ſororibus habere pro ſuis.*

CAP. XIX. *Tres loci Digeſtorum de duplici fruitione.*

EX priſci iuris formulis, ut ait *l. 1. C. Th. de ſtat. rel. ſund.* id eſt ex XII. tabulis mihi libri poſſeſſor in duplici fruitione conveniatur: quo ſi ſatisdet & malle ſedeo dicitorem in duplum eſſe damnandum: & eodem argumento contendo reſtituta a Juſtiniano in Novellis in malle ſedei dicitorem in duplum actione, adhuc eſſe etiam in malle fidei poſſeſſorem reſtituere, ut Ambroſius *l. 24. epiſt.* loquitur, actionem de duplici fruitione. Hi ſunt qui dicuntur majores fruitionales, *ſeparatum in l. 6. §. ult. ff. mand.* ut docui ſuper *libro quinto, cap. vet.* fed etiam *in l. ſeſcentiam, §. ſi. ff. de dill. pry.* Et ideo in *l. 8. §. 11. C. de negot. geſt.* ampliores fruitus dicuntur eum qui ſuadum vindicavit confecutum dicam, qui ſupra duplum exegerit. Quia ex XII. duplo tantum fructus debentur ex die accepti judicii in rem vel ex exhibendi. Et ad hanc legem XII. tab. reſpicit etiam Ulpianus in *l. ſalvianus, §. quantum ff. ad exhib.* dum ait, in actionem ad exhibendum veteres fructus ex die accepti judicii & fecundum legem eſtimari. Legem vero dicimus, XII. tab. dicimus, ex qua lege tum ad exhibendum quam in rem ad eſſet, & ſi in eis actionibus fructus veniebant, etiam fructuum reſtitutio arbitrio judicis ex eadem lege, quod fabindicat Gaius qui *ſeſt. vet. ad leg. XII. tab. di-*
ſponat de fruitum reſtitutione, l. codemus. ff. de adv. & Ulpianus in *l. ſalvianus, §. ſubinde ff. de rei vind.* ait, in rei vindicatione non ſolos fructus, ſed & omnem cauſam eſſe praeſtandam, quamvis ſciliicet lex XII. tab. fructuum tantum fecerit mentionem.

CAP. XX. *Duae conſtitutiones Graecae quae deſiderantur in Tit. de judiciis.*

DEſideranatur in *tit. De judiciis* Conſtitutio ut *C. XII.* quae putem fuiſſe Anaſtaſii, vel Zenonis potius, duſtas ex ampliori ejuſdem conſtitutione *De judiciibus*, cujus memenit Juſtinianus in Novellis ſepe. Sed qui hic curiorem laudorum, damni ſecundum priſcos parum. Sum enim parvi momenti. Undecima judicem jubet judicare ſecundum leges, non ex praecepto & voluntate principis, non ex reſcriptis ambiguis: *ἀσαφῶν* in Novella Juſtiniani inculcant ſaepe, & *l. ult. C. ſi contra jus vel util. pub.* Duodecima, magiſtratus & majores judices brevi ter cauſa definiant, & ut ſi quae ſint ambiguitates a litigatoribus nulla neceſſitate coactus rem proturberit, liceat litigatori adire principem, & de judicis praevitate conqueri. A majori judice ſtatim ſententia principe appellatur. Ante ſententiam eſt non appelletur, quereta tamen reconſtitutione cognitionis apud principem inſtitutur. Additur & de recuſatione judicum, ut fat poſſ lem conſtetiam, qua de re tractabitur cap. 23. Undecimae compendium hoc eſt in Baſilicis: *Τὸ κεφάλαιον τῆς ρήσεως ὁ δικαστὴς ἐκφοβῶν, χρεῖος τοῦ ἐκφοβῆσαι δι-*

A *δὼν καὶ ἀναγκάσαι γραφῆναι* : & Theodori Hermopolitae interpretatio haec: *Η ρήσις ἔστιν κατακλεῖσαι τοὺς ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἔνεκεν τοῦ ἐκφοβῆσαι κύριον τοῦ πράγματος ἕνεκεν ἀναγκασθῆναι αὐτὸν ἐκκαλεῖσθαι τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ ἀδικοῦντα.* *Ideo de jure ordinario nequaquam haec fiunt, Et denique adeo Tiberium moderatum reperimus.* Idem omnino Tiberium conſtituiſſe Cedrinus ſcribit his verbis: *Τιβέριος ὁ υἱὸς τοῦ Νέρωνος ἐφρόντισε, ὡς ἐν τοῖς μὴ τοὺς κρίνοντας γραμμὴν μὴ φοβεῖσθαι φόνον, μὴ φυγαδεύειν, μὴ ἀποστερεῖν οὐσίαν, μὴ ἀναγκάζειν ἐκκαλεῖσθαι.* Vetus ut eiſdem Baſilicis eſt his verbis expreſſa : *Πάντας οἱ δικάζοντες ἢ οἱ ἐπὶ δίκαις ἄγοντα συνέχουσι τὸν ἔκκλητον ἐκ τῶν ἐπὶ δικαίωμα τοῦ ἐκκαλεῖσθαι ἐκκαλεῖσθαι ἐκκαλεῖσθαι μὴ ἔξεστιν τοῦ ἐκκαλεῖσθαι ἐκκαλεῖσθαι ἐκκαλεῖσθαι

CAP. XXIV. *De professitione tricennii, & de vicesima.*

LEgo, triennium iam ante Iustinianum caufis civilibus finiendis fuiffe praefcriptum, ex eo intelligi quod Sidonius fcribat, Afterio conſulte legem de praefcriptione trienni fuiffe promulgatam. Sed qui non videt legendum effe Tricennii? cum fubiiciat: Cujus peremptoriis abolita rubricis lis omnis in foetum tabifica quinquennium terminabatur. In foetum quinquennium quid aliud eſt quam in trecentum, cum trecennium? Intelligit ergo Sidonius Novellam Theodoſii & Valentiniani de praeſcr. 30. ann. Lego, viceſimam nomen reſultare ad ficum pertinere. Si dicerem magiſtrorum vectalium quinquageſimam, ceterarum rerum centeſimum, probarem. Sed quis finito unquam anni vicquiquam de viceſima rerum venalium? Locus quem adfert ex *Cypr. Plinii ad Caecilium*, de viceſima hereditatis accipiendus eſt, ut ex alia ſimilem epiſtola conſtat ad Fabianum eodem libro: quam quidem partem Corellia emerat de publicanis, quinquncem vero de liberto Plinii. An hoc tamen faciliter loco permoti, quod in *L. Divi 2. l. filiuſfam. ff. de leg. 1.* legitur de prohibitione alienationis ne fiſco fraudi ſit, ad viceſimam rerum venalium referemus portius quam ad viceſimam hereditatum? ita plane: *Nam, inquit, in viceſima hereditatum nihil intereſſi fiſci, poſſit an non poſſit res legata alienare.* Imo vero maxime, qui ſi nomino non poſſit extero alienari, nec poſſe ficum: ſi poſſit viceſima alienari, qui quidem non tantum in ex hereditate deducebatur, ſed etiam ex legatis, Dio 55. *Τὸ πλεῖστον τῶν ἐν τοῖς νόμοις καὶ τοῖς διατάγμασι καὶ τοῖς ψηφίσμασι γεγραμμένων ἐπὶ τῷ τῶν ἀνηκόντων κατακολουθεῖν κατεγίνωσεν:* & ob id Macer ab legem viceſimam craſtaſſe adſignatione legatorum, *L. commentariis. 2. ad leg. Falc.* Ita quia forſitan, quod is *Scriptorat* de viceſima, Tribonianus tranſtulit ad Falcidiam. Putem etiam de viceſima accipiendam eſſe *l. 2. C. de transfact.* hoc modo, ut de hereditate ſtatim cum forte ita tranſigeretur, ita ſtatuerat apud eum remanere, cujus litem vereberare, ſorori datet certum pecuniam: & ex ea cauſa ſi ſolveret frater fiſco viceſimam, quaſi hereditatis jam indubitatas poſſeſſor, ut repetere non poſſit, & ſi non ſolveret, ut jure convenirí poſſit. Illud etiam non fero, *ut in l. fraudari, ff. de publ. Rhod. nomen*, cum obligatio fiſco interpretur. *Manumittere* dixere Latini pro *Communicare*, Feſto auctore, & *Mentum* pro *Commento*: Rem nunmem igitur Balilica vertiſſe, *τὸ κοινὸν πεποίησε*.

CAP. XXV. *Explicatur l. nec ullam, §. hereditam, ff. de pet. hered. & l. 9. C. de lege.*

CUm ſtatuiſſet Ulpianus in *tit. de pet. her.* eum demum tenderi petitionis hereditatis, qui ſe heredem vel pro poſſeſſore poſſidet hereditatem vel rem hereditariam, utili etiam eum, qui pro emptore, vel pro dotis poſſeſſore hereditatem, obtentu hereditariarum rerum rerum nomine, quas defunctus pro emptore poſſedit, hereditatis petitione teneri conſtat quaſi pro herede poſſidere, quamvis reſtituere rerum nomine, quas pro herede vel pro poſſeſſore defunctus poſſedit, utique teneatur. Conſtat (inquit) & Graci *ἐνομοθέτησαν* ſuo, quo verbo Iuriſconſultus ſolet ſignificare ſuo jure certum. Cicero pro Placco, *Retulit ad jurisconſultos, conſultabat inter omnes*, &c. Conſtat & id igitur inter omnes juris auctores. Nondum tamen interpretibus conſtat ſatis propter quam inter juris auctores id ita conſtiterit, cum potius conſtituſſe videatur heredem non teneri, cujus eadem eſt quae defuncti conditio, ut ſi non potuit ab eo hereditas peti potuerint res ſingulae, propterea quod poſſidebat eas defunctus pro emptore, idem & in herede ejus conſtituit debere. & ex diverſo, *l. 2. C. de pet. hered. l. nec ullam, §. Neratius, ff. eod.* Quapropter Hugolinus ſic eam §. *Hereditam in*

A terpretatur, ut ſi quod Titius defunctus poſſedit pro emptore, id heres ejus putaverit poſſeſſorem poſſidere pro herede, atque ita id poſſederit quaſi heres: eum, cujus hereditas petitur, cum ſit heredis ejus, puta Titii, heres tum conveniatur petitione hereditatis, etiam earum rerum nomine quas defunctus pro emptore poſſedit quae interpretatio non placet. Nam ut opinio heredis non facit quo minus teneatur petitione hereditatis, *l. 9. Neratius*, ita quamvis teneatur, non debet efficere. Opinio enim heredis, defuncti opinionem non excludit, *l. cum heres, ff. de diver. temp. praſ.* Alii fic accipiunt eum §. ut earum rerum nomine, quas Titius pro emptore poſſedit, heres cui teneatur, quod poſſidet eas pro herede, id eſt quaſi heres Titii. Quae ratio eſt inepta: neceſſe enim eſt ut jure conveniatur petitione hereditatis, poſſidere eum quaſi heredem eius cujus de hereditate agitur. Et certum eſt eaſdem ab eo quoque poſſideri pro emptore, *l. 3. §. ex plurimis, ff. de adq. poſſeſſ.* quae cauſa poſſeſſionis expectanda potius eſt, quam congruat opinioni defuncti. Bartolus eum maluit accipere de utili actione: male, quia non de emptore univerſitatis loquitur Ulpianus, ſed de emptore rerum hereditariarum, qui neque directa neque utili petitione hereditatis tenetur: ergo nec heres ejus. Malum ita eum de teneantem ſequi, ut ſi diſceperetur de hereditate defuncti, inter teſtamentarium & legitimum heredem, & a teſtamentario legitimus & vetus heres quaſi ſupra teſtamento hereditatem petat, in hanc actionem veniet conſtat non tantum res defunctus emptas, ſed etiam alienas quas defunctus poſſedit pro emptore vel pro herede, vel pro poſſeſſore, & ita in *l. 9. non tenetur, eod.* ita legendum eſt: *Neratius in petitionem hereditatis venire ait res illas, quarum nomine Publiciana competit.* Res igitur a defuncto poſſeſſas pro emptore. Proinde five conſtituerit debere Titii quae res nomine, quam Titius poſſedit pro emptore, non tenet petitione hereditatis, ſive teneri, utraque poſitio eſt vera: prior, cum eſt controverſia de hereditate aliena, ex qua res quaſdam Titius poſſedit pro emptore, vel pro poſſeſſore, eſt controverſia de hereditate Titii, in qua ſunt res quaedam alienae quas Titius poſſedit pro emptore. Et quod ait in *d. §. hereditam*, Papinianum, &c. hunc habet ſenſum, quod omnino teneatur heres earum rerum nomine quas defunctus pro herede vel pro poſſeſſore poſſedit: non ideo eadem actione teneatur, qua ipſe ea rerum nomine defunctus pro emptore, vel pro legato, vel pro donato poſſedit. Diſtinctionem hanc quidem tiruiorum fieri cum de hereditate agitur, ſed non ſatis: quia de hereditate tefatoris agitur inter heredem ſcriptum & legitimum. Et ſimili loquendi forma Imper. Alexander in *l. 9. C. de legat.* etiamſi fallum dicatur teſtamentum, legata ſolvi, interpoſita cautione, Evicta hereditate redditu iri: quamvis alias cautum inter locus ſit, cum ſine controverſia legata ſolvantur. Ita ſolvuntur heredibus accepta de cautione, Amplius quam per legem Falcidiam, ut interpretibus placet, ſed de eadem illa cautione: Evicta hereditate redditu ea, hoc ſenſu. Non quod tunc cautionis ſit fine controverſia, *l. ult. C. de pet. hered. l. 3. §. ſi fegatarius, ff. ſi cui plus quam per leg. Falc.* ideo minus, imo magis ei locum eſt mota controverſia. Graci quoque eam Alexandri Conſtitutionem perperam videntur accepiſſe his verbis: Ὁ ἀνὴρ ὁ καταστὰς κατηλλαγὴν τὸ λαχεῖν, ἐὰν ἐκ ἀποστήσῃ τῆς ἀμφισβητήσεως ἀφῃρέθη τὸν κλῆρον, ἐν τῷ ἐλαχεν ἀποδοῦναι τὰ ἐκ διαθήκης ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἀπὸ τοῦ καταλλαγῆναι τὸ λαχεῖν, ἀπὸ ἀπομαινόμενα ἀπὸ τῆς ἀπολαβεῖν ἐκ διαθήκης ἀποστήσῃ τῆς ἀμφισβητήσεως τὸν κλῆρον. *Vide de pet. her. quae praſtari legata & competere libertates vult, ita demum ſi fallum teſtamentum non approbetur.*

CAP. XXVI. *Mutua, Dota, Bruſtae, Bruſtulae.*

AD *l. tenuis, ff. de verb. ſig.* Baſilica ſerius interpretantur *βύσσα*, novo vocabulo, quo etiam Hetruſci

A hodie utuntur. Mentas dixit *βύσσαν*, & interpretatur *lorum longum*: veteres etiam gloſſa dogus exponunt *βύσσαν*, quod quidem dogorum nomen a Graecis rapturn videtur, quibus *δόγη* vel *δόγμα*, funt quae capacitati alicui parata funt & capacitates ipſas vel menſurae, ut in Aurelianis Vopiſci, *Falſa eſt tanta dogo capacium, tantum* Dogo non vos fed capacitatem ſignificat. Capitolinus *δόγματα μετρικὰ* exponunt veteres gloſſae: tradiderunt vocari a quibuſdam gaulen. Idem buttarum & buticellarum nomen in *l. 1. ff. de offic. praef. vig.* Ita ſive plenariae fecuritatis legi, quod ligni membranae ſcriptum penitus in bibliotheca Regii. Scriptum fuit Ravennae Imp. *D. Iuſtiniano PP. Aug. anno* XXVIII. *P. C. Baſili. anno* XXIII. *Ind. Indictione* XII. *Ex Germanopoli P. C. Iuſtiniano, Iuratore Stephani H. P. profitente ſe a Germano Cl. F. acceptiſſe quod pro tertia portione hereditatis ex teſtamento Quintilli Iidi ei competebat in rebus mobilibus & Mancipiis, quarum notitiae profeſſionibus ſubiiciatur, & inter ceteras mobilium enumeratur botae. Inclinatis grammat.* Sed alia adfcribamus. Theophilus in Tit. de ver. divid. tigni appellatione *βύσσαν* contineri ait, id pellulam interpretantur male. Eſt enim idem proprie quod teſta, *l. 1. ff. de leg. Iun. Iren.* ut Baſil. ad *l. filiuſfam. ff. de fer. ur. praed.* ex figlino opere, *ἀπὸ ὀστράκου*, & in Baſilicis Latercolum *πλινθίων ἢ τηγανίων* & apud Charifium, Bafalia, Ita Tuetes *τηγανίτας* dixere, *ἀπὸ τοῦ τηγανίου*, *τὸ κατὰ μέσον*. Illud adfuere juvat, nobis Refolvere idem eſſe quod *ſolvere*, *l. Septicius, ff. de publicis*, & quamvis Plautus eodem ſenſu ſaepe dixerit Rem ſolvere, non idem in Catone pro Reſolvere emendandum, rem ſolvisti, cum, & idem ille frequenter dixerit Reſolvere. Menochmis, *Fundamentis, ſi reſolvere voluiſſem*, & *Amphitruone*, *Si reſolvere, una reſolvisti plagae*. Afinaria, *Ecquis pro ordinem mihi reſolvit?* Feſtus, *Relevare, reſolvere, repignerare* Cicero Phil. 14. *Rem ſe publicam reſtituturum.*

CAP. XXVII. *Adnotationis qualem ad l. ult. C. de pet. her.*

SI quis (inquit) *hereditatis petitionem*, vel *ſuſcipiendi vel ſuſcipere ſpernat.* Haloander male ſubſtulit illa verba, *Vel ſuſcipere*: Graci probaverunt & retinuerunt, Ἐὰν δὲ καὶ τὸν κληρονομικὸν ἀγῶνα ὑποστῆναι ἢ μὴ ὑποστῆναι βουλεύσῃ μόνῃ ἐπιδιωκόμενος: recte. Nam ſive ſuſcepit ſive ſuſcipere ſperat, utroque caſu defenſores judicii dabuntur, *§. de pet. her. Inſt.* Si quis igitur, *§. de excep.* qua movetur Accurſius. Num actiones quidem ceteras poſt litem de hereditate contellatam differri, eſſe tamen recipiendum hereditatis petitionem? Exceptionem opponi non dicimus, fed non debere de eis judicem pronuntiare antequam de hereditate pronuntiatum ſit, *l. 2. §. 1.* ponit, quia verum eſt ſedium judicium dici re judicata, *l. a quo, ff. de rei vind.* Cic. pro *Quintio*, *Ut res falſo judicio parata ſit, judicatum falſo fateatur*, Livius XXVIII. *Tanta affectis auxilia deverterum, ne vel in eadem civitate videretur ſaltem judicium.* Et VII. *Falſo judicio, vbus ſub servum deſcripſi.* Et VI. *Vtile judicium fallum.* Veteres eſſe quod interdicta Accurſii ad *l. Si poſt*, ut poſt litem de hereditate contellatam & finitam fructa opponantur praejudicia, non poſſe, item conſtabunt tantum *Quod ſi poſt ſententiam*, *nuncupatum*. Cautionis ſatisdationiſve latior explicatio eſt. *Quos percepit*: non percipere potuit, quia bona ſide accepit. *Vel ſi ipſe malorum litem quidem ceſſiſſet, verum illam autem hereditatis petitionis avertum*, &c. hac via & praeſtandae ſatisfationis omere legatarius levabitur, & ei a tempore litis conteſtatae fecundum teſtamentum dicta ſententia ufuræ & fructus legatorum debebuntur. *Judicio offerit ei ſatisfationem vel*, &c. Judicis officio, ſi de eo pervenire poſſeſſorem judicem admoneuerit, Negotiorum geſtorum, & judicem non admoneuerit, & hereditario nomine ſolverit de ſuo: quia verum hereditem liberavit, *l. ult. ff. de neg. geſt.* Condictio ex lege, ſi ſuo nomine ſolverit. Quia eſt verum heredem ipſe non liberavit, *l. 2. §. 1. ff. de cond. ex lege*. Ita ſane jure non liberavit, exceptione tamen id poſſe fe tueri adverſus creditores, *l. ſi quod poſſeſſor, ff. de pecu. her. Annoti tamummodo ſpatium*. Cur etiam ſpatium non differantur in annum? quia legatorum cautio repetitur eſt, quo etiam nomine cautio interponitur Libertatum quae competierunt, vel praeſtare ſunt ſemel, repetitio non eſt. Ita ſane Accurſius concedendum eſt, ut elegantur ait Cor. Tacitus XIII. quod datum non adimeretur. Libertates directae competunt, Fideicommiſſariae debentur *l. 1. §. 1. ff. de ſtat. lib. l. 36. §. 1. ff. de adq. her.* Legatae quoque etiamſi directa ſint, plerumque praeſtantur, non competentur. *I. 20 ſupra*, *§. 3. ſupra patet*, *ff. eod.* Exipit quae dicuntur in legatorum libertatibus Iuſtorem Stephani H. P. profiteur ſe a Germano Cl. F. acceepiſſe quod pro tertia portione hereditatis ex teſtamento Quintilli Iidi ei competebat in rebus mobilibus & Mancipiis, quarum notitiae profeſſionibus ſubiiciatur, & inter ceteras mobilium enumeratur botae. Inclinatis grammat. Sed alia adfcribamus. Theophilus in Tit. de ver. divid. tigni appellatione *βύσσαν* contineri ait, id pellulam interpretantur male. Eſt enim idem proprie quod teſta, *l. 1. ff. de leg. Iun. Iren.* ut Baſil. ad *l. filiuſfam. ff. de fer. ur. praed.* ex figlino opere, *ἀπὸ ὀστράκου*, & in Baſilicis Latercolum *πλινθίων ἢ τηγανίων* & apud Charifium, Bafalia, Ita Tuetes *τηγανίτας* dixere, *ἀπὸ τοῦ τηγανίου*, *τὸ κατὰ μέσον*. Illud adfuere juvat, nobis Refolvere idem eſſe quod *ſolvere*, *l. Septicius, ff. de publicis*, & quamvis Plautus eodem ſenſu ſaepe dixerit Rem ſolvere, non idem in Catone pro Reſolvere emendandum, rem ſolvisti, cum, & idem ille frequenter dixerit Reſolvere. Menochmis, *Fundamentis, ſi reſolvere voluiſſem*, & *Amphitruone*, *Si reſolvere, una reſolvisti plagae*. Afinaria, *Ecquis pro ordinem mihi reſolvit?* Feſtus, *Relevare, reſolvere, repignerare* Cicero Phil. 14. *Rem ſe publicam reſtituturum.*

di non impleta condicione ab eo qui pecuniam accipit, usurarum damno is veluti pœna plectatur, ideo tamen servatur pactio, & actionem parit, quia deduxit se in periculum amittendæ pecuniæ is qui dedit ea lege, ut si qui accepit manumitteret servum, aut Romam iret, aut morbo medicinam efficeret, nihil ipse reciperet. Legendum ex Basilicis, *Veluti ea ex quibus condictiones nasci solent*, ut *l. quia quod, ff. de donat. inter vir. & ux.* Et merito his opponuntur ea, quæ in aleæ speciem cadunt, quia ex his causis condictiones non nascuntur. Fuit lege prodita actio quadrupli de alea, ut Asconius scribit, cui adjungit etiam aliam de exacta graviore usura, ut Cato, & *l. 2. C. Theod. de usuris.* Utraque est hodie in simplum. Sed ut de usura famosa, *l. improbum, C. ex quib. caus. inf. ir.* Ita & de alea, mea quidem sententia, quia in parentes & patronos non datur, nisi, ut de dolo, verbis conceptis in factum, *l. ult. ff. de aleat.* & Lenticulam aleæ condemnatum Cic. quasi infamem notat, & aleatorum nomen infame censetur, *l. 26. de injur. l. fugit, ff. de verb. sig.* propter quod se tesserarios appellari malunt: inter quos tamen, ut Marcellinus scribit XXVIII. tantum differt quantum inter fures & latrones. Igitur etiamsi periculum adeant aleatores, cum ita rem gerunt data positave pecunia, ut cui evenerit jactus secundus, is suam & collusoris pecuniam recipiat, cui infelix, nec suam quidem: tamen ex hoc negotio in victum non est actio condictitia, quia illicitum est negotium, vel obstat exceptio, *Si in alea gestum fuerit, l. in exceptionibus, ff. de probat. l. ult. §. 1. ff. quar. rer. act. non detur.* Ea tamen negotia ex quibus condictiones nasci solent, cum sint licita & honesta, etiam ex pacto usurarum incrementum recipiunt, veluti pro mercede periculi, ut exposui supra. Βασιλικῶν autem verbis hæc interpretatio apertissime comprobatur, idcirco ea subjiciam. *Δανείζων δύναμαι συμφωνεῖν λαβεῖν ὃ δέδωκα σὺν ἰδίᾳ ποσότητι ὡσανεὶ ἄμειμμα τοῦ κινδύνου, μόνον μέντοι μὴ ἐπὶ κύβῳ, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἁρμόζει* condictitios *τυχόν, ἵνα μὴ ἐλευθερώσῃς, ἵνα μὴ τόδε ποιήσῃς, ἐὰν μὴ ὑγιανῶ καὶ τὰ λοιπά: ἢ ἐὰν χορηγήσω ἐλαιον εἰς παρασκευήν, ἵνα ἐὰν ἀλείψῃ παράσχῃ ἢ ἀθλητῇ ἐπὶ τῷ ἑαυτὸν θρέψαι, καὶ γυμνάσαι, καὶ ἐὰν νικήσῃ ἀποδῷ· ἐπὶ τούτοις γὰρ τὸ πάκτον, καὶ χωρὶς ἐπερωτήσεως πλατύνει τὴν ἐνοχήν.* Basilica habent, *In his enim.* Floren. *In his autem omnibus hoc pactum,* &c. ac si dixerit initio obligationem augeri posse propter periculi suscepti mercedem, nunc dicat etiam augeri posse ex pacto.

CAP. XXIX. *Legatio libera. Cretio libera.*

QUi legatione libera abest, non videtur reipublic. causa abesse, quia sui commodi causa abest. Hoc ita Ulpianus recte in *l. qui libera, ff. de legat.* Donabantur enim a senatu vel Imperatore clarissimi viri honorario titulo liberæ legationis, etiamsi suorum, non publicorum negotiorum causa in provinciam aliquam proficiscerentur, veluti delatarum sibi hereditatum adeundarum causa, ut Cicero ait *in Rullum*, vel sub specie delatarum: & idem III. *De legib. Legatione*, inquit, *hereditates, aut syngraphas suas persequuntur.* Libera autem dicitur, quod nullo sit finita tempore, sed redire & abire ei qui impetraverit quandocunque liceat: qua forma & cretionem liberam dicit XIII. ad Atticum, quæ testamento scribitur his verbis, *Cernito cum volueris*, non adscripto C. dierum solemni tempore. Quinimo quibus hereditatis cernendæ causa libera legatio datur, iis recte dixeris liberam cretionem dari, licet ut legatio, ita cretio sit sine re, id est profectionis color potius quam hereditatis adquisitio. Cicero I. *De legib. Legationem aliquam nimirum ista oratio postulat, aut ejusmodi quampiam cretionem liberam atque otiosam.* Malo enim cretionem legere, quam Cessionem. Et illo ad Atticum loco, *Cretionem Cluvii liberam, testibus præsentibus* LXII. non sexaginta diebus: alioquin non esset cretio libera, & in non libera solemnes erant dies C. non pauciores. Nec testium numero illo moveri debemus, qui legibus plerunque antiquis amplissimus definiebatur, *l. 1. §. quanquam, ff. de testib.* Quod autem subjicit ibidem Cicero, ut suo jussu cernat Vestorius, contra jus esse videtur, quo per procuratorem cerni hereditatem non posse constat, *l. per procuratorem, ff. de adq. her.* nisi hunc dicas prætorem tueri perinde atque si per procuratorem bonorum possessionem secundum tabulas accepisset, arg. *l. is qui, ff. de leg. præst.*

CAP. XXX. *Res mortua. Lanipendia.*

NOn videtur locupletior facta uxor pecunia sibi a viro in unguenta donata, etiamsi ea mox se mulier a creditore liberaverit, si de sua pecunia deinde tantundem impenderit in re mortua, *l. 8. §. si maritus, ff. de donat. inter vir. & uxor.* Rem mortuam vocat unguenta, quorum possessio brevis, inanis, inutilisque est. Plinius XIII. cap. III. *Margaritæ gemmæque ad heredem transeunt, vestes prorogant tempus, unguenta illico expirant ac suis moriuntur horis.* Qua forma & rem mortuam Plautus dixit, quæ fracta, perdita, vacuefacta est: & rem occisam, in Pseudolo: rem animam egisse, in Trinummo: & nostri jurisconsulti rem sive litem mortuam quæ amissa restitui non potest, *l. properandum, C. de re judic. l. 2. ff. jud. sol. l. 3. ff. quæ in frau. cred.* & Mortuaria idem Plautus res inanes & nugatorias, Græcique *σχίλετρα* eodem sensu. Promiscue dicit Plautus rem occisam & mortuam, ut Ciceronem pro mortuo occisum dixisse Asconius notat. Occidere enim proprie est gladio, *l. 10. §. si ipse servus, ff. de pecul.* vel latius quolibet vi adhibita in *S.C. Silaniano*, & lege Aquilia, non fato. In eodem titulo *De donat. inter vir. & ux. l. sed si vir*, Lanipendia est non quæ lanam pectit aut carpit, sed quæ lanificis lanam præbet, totiusque lanificii curam gerit. Sic enim in veteribus glossis legi. Lanipendius *σταθμοῦχος ἐρίων.* Et ob id adjicit, *Tanquam.* Est enim non nisi improprie lanipendia, quæ non de sua sed de viri lana vestimenta curat fieri: & ob id vestimenta viri esse dicuntur, quasi viri lanipendii, non mulieris.

CAP. XXXI. *De sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur.*

ID quod interest, quod nihil aliud est quam utilitas, quæ mihi abest quamve adipisci potui, vel jurejurando actoris æstimatur, vel officio judicis, *l. 15. §. in hoc interdicto, ff. quod vi aut clam:* & modo tanti quanti res est, ut ita plane tum idem sit rei pretium & id quod interest, ut Talelæus notavit ex *l. 1. C. de iis qui a non dom. man. sunt:* & in eadem specie pretium restituere jubetur is unde petitur, *l. 15. §. ult. ff. de rei vind.* & id quod interest, *l. de eo, §. si post, ff. ad exhib.* modo minoris est quam res, *l. 9. §. ult. ff. eod.* modo pluris, *l. 1. in princ. ff. de act. emp.* & hoc postremo genere pluris æstimata utilitate quam sit res, sane quod excedit verum rei pretium, pœna est, cui ut modum apponeret Justinianus, constitutionem emisit, qua in casibus certis æstimationem ejus quod interest judices supra duplum facere vetat, in casibus incertis supra quam revera absit interceptumve sit actori. Casus vocat rem qua de agitur. Et certos casus certamve rem definit, quæ certam habet quantitatem vel naturam, id est certam pecuniæ summam, certumve corpus, ut in omnibus contractibus plerunque intercedit certa pecunia certave res. Finge igitur emptori hominem venditum X. non tradi, vel traditum evinci. Actione ex empto non consequetur emptor ejus quod interest nomine amplius quam XX. vel non amplius quam rem & X. *l. Titius, §. ult. & seq. ff. de act. emp.* exemplo usuræ aut pœnæ vice usuræ, quæ supra duplum non debetur. Debet enim ejus quod interest æstimatio ad modum legitimum usurarum redigi. Qua de causa, ubi supra duplum usuræ licitæ sunt, ut in trajectitia pecunia, &

ejus quod interest, æstimatio eo casu duplum egredi poterit, *l. 2. & ult. ff. de eo quod cer. lo.* Quod si incerti sint casus, qui neque habeant certam summam, neque certum corpus, ad cujus rationem possit judex moderari id quod interest, quicquid in re ipsa vere interest, id solum inquirere & æstimare judicem jubet, non commentitiis damni dati lucrive intercepti allegationibus animum attendere: ut ecce, Facit mihi Titius controversiam possessionis. Possessio inter certas res numeratur, atque adeo incerti condicitur, *l. indebiti, §. sed etsi nummi, ff. de cond. inde. & l. qui exceptionem, §. si pars, ff. eod. tit.* adhibita *l. heres, ff. ad Treb.* Est enim res incorporalis. Ælius Gallus *apud Festum: Non enim possessio est his de rebus quæ tangi possunt, neque qui dicit se possidere his, H.E. rem potest dicere. Itaque in legitimis actionibus nemo ex jure Quir. possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit.* Sic perspicue nunc eum locum restitui posse arbitramur. Si igitur possessionem meam esse vindicavero adversus Titium interdicto uti possideris vel utrubi, tanti damnandus erit Titius quanti mea interfuerit possessionem retinere, *l. pen. §. ult. ff. uti possid.* Æstimandum igitur erit pretium non rei certæ, sed possessionis quæ incerta res est. Idque hac ratione, ut æstimetur quantum mihi revera absit quod mea mihi possessione uti non licuerit, puta quod sementem facere me in fundo meo prohibuerit quis (quare evenerit ut magno mihi fruges eo anno constiterint) non etiam quod collectis messibus ex negotiatione lucrari potuissem. Nam & omnibus casibus cum ineunda est utilitatis æstimatio, ea tantum spectatur quæ circa rem consistit, non ea quæ extra rem est, *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. em. l. 2. ff. rem rat. hab.* ut si moram fecerit venditor in vino tradendo, tanti damnabitur, quanti vinum hodie pluris est, non quantum ex vino emptor nundinari potuit, id est quanti interest ex re ipsa, quod Græci vocant *τὸ ἐν διαφέρον ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων*, non quanti interest extra rem. Idemque est in emptore, *l. ult. ff. de per. & com. rei vend.* ac similiter in legatis cum legatarius oneratus est fideicommisso, computatur tantum pecunia legata & usuræ medii temporis cum ex die fideicommissum relictum est, & pro modo utriusque fideicommissum præstatur. Utilitas usurarum circa legatum pecuniæ consistit. Utilitas, si quam commentemur extra legatum, non auget fideicommissum, ut si ex pecunia legata medio tempore negotiatus legatarius uberrimum quæstum fecerit, vel si ea pecunia se imminente gravissima pœna liberaverit, *l. imp. §. si c. D. de leg. 2.* At ut alio exemplo id quod dixi de casibus certis & incertis aperiatur, Si certæ quantitatis actio fuerit, puta C. non potest stipulatio pœnalis judicio sisti ejus quod interest, nomine valere ultra CC. *l. 4. §. ult. ff. si quis caut.* Si incerta fuerit actio, puta de possessione, judex dabit operam ne pœna egrediatur ejus quod re vera interest modum. Pœna autem non adjecta stipulationi judicio sisti, in veram quantitatem & in id solum quod revera in actionem venit, condemnationem faciet, *l. 2. §. ult. l. 3. ff. qui satisd. cog. l. 4. ff. de custo. reo. l. ult. ff. si quis in jus voc. non ierit.*

CAP. XXXII. *An duo ejusdem rei possessores in solidum esse possint.*

FUit hæc quæstio vexata inter Proculianos & Sabinianos. Hi admittebant duos possessores, illi non item, *l. 3. §. ex contrario, D. de adq. poss.* Proculianorum sententia obtinuit, & quidem generaliter, ut nec possint duo in solidum possidere civiliter, nec duo naturaliter: nec unus civiliter, alter naturaliter, nec unus juste, alter injuste, *l. si ut certo, §. si duobus, ff. commod. l. duo, ff. de prec.* Nec movemur *l. & habet, §. eum qui, ff. eod.* quæ & possidere eum statuit qui precario rogavit ut sibi possidere liceret, & eum qui rogatus est. Nam sumpta ea lex est ex libris ad Sabinum, qui duos possessores admittebat, & verior est Labeonis sententia in ea specie eum solum possidere qui precario rogavit ut sibi possidere liceret. Nec *l. 3. ff. uti possid.* nam in ea hæc verba magnopere expendi velim, *Si quis proponeret*, ex Sabini (puta) & Trebatii sententia: quibus neque Proculiani neque nos credimus, & in specie eo loci proposita, si Titius vi aut clam a me possidet vel ab alio, solus ipse possidet, non ego: licet cum a me vi aut clam possidet, futurum sit ut eum vincam interdicto uti possidetis, propterea quod etsi non possideam, tamen perinde habeor atque si possiderem, cum habeam interdictum unde vi vel de clandestina possessione, *l. si quis vi, ff. de adq. possess. l. 7. §. Julianus, ff. com. divid.* Et multo minus movemur *l. si finita, ff. cum autem plures, ff. de dam. inf.* qua plures mittuntur in possessionem in totum, ex primo decreto scilicet custodiæ causa, non ut possideant, & mittuntur quidem singuli quasi in totum, sed concursu partes habent, & ex secundo decreto pro eis partibus possidere jubentur.

CAP. XXXIII. *Duplex possessio, naturalis & civilis.*

DUplex est possessio, una quæ jure consistit, altera quæ corpore, *l. nemo C. de adq. poss.* Augustinus in *ser. De vita clericorum. Quod videtur* (inquit) *possidere, sicut jurisperiti loquuntur, jure, non corpore.* Hæc naturalis sive corporalis dicitur, illa civilis: nulla est tertia quæ dicatur naturalis & civilis, & hanc vero & illam ad *d. l. nemo* sic Basilica definiunt. *Νομὴ ἐστι φυσικῶς ἡ τῷ πράγματι κατοχή. κατὰ δὲ τοὺς νόμους, νομή, ἐστὶ ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχή.* Animo domini, inquiunt, quod opinione domini *l. si servus, ff. de noxal. actio.* cogitatione domini *l. pen. C. de fur.* & recte adjiciunt, *κατοχή*, id est Detentio. Nam & possessio civilis plurimum facti habet. Utraque igitur corpore constat, & utraque animo sibi habendi, non utraque animo domini, utraque etiam animo retinetur, id est, etiamsi possessor nec suo nec alieno corpore rei insideat, quoad alius subsederit, sibique rem tenere cœperit. Utraque supradicta *l. nemo* ait esse legitimam, quia defenditur legibus & interdictis possessoriis. Civilis est quæ apprehenditur & possidetur ex justa causa adquirendi dominii. Ut ecce, Naturaliter possidet qui vi aut clam possidet & incubat rei meæ, eique adversus alios competit interdictum Uti possideris, & Unde vi, *l. 1. §. ult. ff. uti possid. l. 1. §. qui a me ff. unde vi.* Ego violenti aut clandestini ingressus opinione comparata, possessione cessi, sed eam tamen vel interdicto unde vi aut de clandestina possessione recuperare possum, aut meam esse vocare interdicto uti possidetis, ut docui superiori capite. Eum quoque naturaliter possidere constat qui contra leges donatum accepit, ut si quid uxor viro donaverit, id vir possidet non jure dominii, cum sciat, aut ignorare non debeat inutilem donationem esse, sed naturaliter volente domino qui ei possessione cessit, & competunt ei interdicta possessoria, *l. 1. §. si vir, ff. de adq. poss. l. 1. §. dejicitur, ff. unde vi.* Is etiam qui precario rogavit ut sibi possidere liceret, naturaliter possidet, *l. & habet, §. eum qui ff. de precar.* non civiliter, quia neque dominium neque dominii opinionem habet, & quidem solus, secundum sententiam Labeonis, quæ verior est, cum possessor ei possessione sua cesserit. Et omnino quicunque possidet sive naturaliter, sive civiliter possidet, sive juste, sive injuste, aut non possidet, aut solus possidet. His consequens est interdicta possessoria adversus alios dari ei qui precario rogavit, *l. 1. §. ult. ff. uti poss. l. qui precario, ff. de precar.* non etiam adversus eum quem rogavit, sicut nec ei qui vi aut clam possidet adversus eum a quo possidet: quia etsi is a quo possidet vi vel clam vel precario non possideat, in controversia possessionis tamen perinde habetur ac si possideret, cum habeat interdictum De vi, vel De clandestina possessione, vel De precario. His tribus modis mala fide possidemus, vi, clam, precario: rhetores Græci malunt dicere, *βίᾳ, ἢ λάθρᾳ, ἢ*

avere, & inde tria illa interdicta. *Id quoque non dubito quin creditor pignus quod ei debitor tradidit usurariæ pecuniæ, cum debitor possessionem in eum transtulerit, l. cum & fratre, & seq. l. ff. de reb. cred. l. per fœminam ex ff. de adq. rer. dom.* & ideo hunc etiam non dubitarem dare interdicta possessoria, quod & Accursio placet in *l. pen. ff. creditores, ff. uti possid.* His adjungatur fequelæ, cui partes possessione cedentes. *Interrogo, ff. de adq. poss. l. sicut, & seq. ff. depof.* nam & hic usurariter possidet. Et ab his quidem omnibus qui possident civiliter, vel naturaliter separandi sunt ii qui sunt in possessione. Aliud enim est esse in possessione, aliud esse possessorem: sicut aliud est in fervitute vel libertate, longe aliud servum vel liberum esse. In possessione est depositarius, commodatarius, colonus, inquilinus, & qui precario rogavit ut morari liceat, non enim possidere, vel sequester cui pars cuiusdam tantum, non possessionem concedimus: similis hic depositario, ille commodatario. Item is qui ex primo decreto missus est in possessionem credii investandi causa, vel dotis, vel tertiæ, legatorum, *famini infelix miser. l. certe, h. tit. qui, ff. de precar. l. si quæ anno, ff. de adq. poss.* & quibus ii judicis decretur naturaliter possidere, *l. super quibus ff.* quod non statim reftituerit, sed cum fuit in possessione naturali potius quam possidebant: quo de casu eti interdicta possessoria non dantur, *l. officium, ff. de rei vend.* Qui dum tor dominus, apud quos possessio remanfit, veluti depositori, commodatori, locatori, ei qui primo decreto missus, debitori, & similibus. Hi enim non possident civiliter, illi ergo hi, non ibi. Si non ibi, nec igitur propriæ possident. Possidere enim eft ibi habere. Fructuarius quoque eft naturaliter possidere. Solus enim dominus possessor eft, & possidet per fructuarium: nec alia ratione dicitur retentionem ufusfructus effe fpecies traditionis, quam quod qui retinet ufumfructum, definat ibi, & incipiat alii possidere: & *l. naturaliter, ff. de adq. poss.* Ulpianus ait, *Naturaliter videtur*, quod verbum eft exceptionis. Nec enim omnis qui videtur possidere, etiam possidet, ut debitor pignus possidere & ufucapere videtur, nec tamen possidet. Verum enim licet fructuarium possidere, tamen quia res emolumentum ad eum pertinet, quæ res effecit ut in plerisque partibus juris etiam pro domino habeatur, interdicta ei competere, non tamen quæ certis quibus fant in possessione non accommodantur.

CAP. XXXIV. *Ad l. fructus, ff. de rei vend.*

CErtum eft motum homine de quo agebatur poft litem contestatam, non esse restituendum. Sed neceffe enim rationem fructuum, id eft operarum, *l. 16. ff. de rei vind. l. h. bona, ff. de re jud. l. si fervus, ff. jud. Solo.* Sed res ea fructum habet, qui ad dominum ab reitis, an ufque ad rei judicatæ tempus, quæstionis eft. Et Paulus refert, homine mortuo dolo aut culpa poffefforis poft litem contestatam, neminem ex eis Trebatio quorum existimantis eo ufque fructuum rationem fabendam quousque haberetur fi non peritet, id eft ad rei judicatæ tempus: idemque Proculo & Juliano videri, *l. fructus, ff. de rei vind.* Veriorem fcilicet quam Labeonis, cui cum præceptore fuit frequens diffenfio. Ie enim fructus tantum ufque ad tempus mortis fuiffe mari volebat: & reftat hæc ipfa eiusdem fententia in *l. pen. ff. eod. tit.* Sed non adeo is impudens fuit ut existimaret hominem mortuo dolo, aut culpa poffefforis fuiffium rationem non effe habendam quoufque haberetur fi dolo, aut culpa poffefforis is homo non periiffet. Itaque cum Iulianus (cuius auctoritate utitur Paulus in *d. l. fructus*) fententia plenius relata extet in *l. 57. l. ff. eod. tit.* & notatur ea hominem mortuum effe poft mortem, id eft poft litem contestatam, fato fuo, non dolo, aut culpa poffefforis, cumque Labeonis fententia ad eundem modum relata extet in *d. l. pen.* videtur in *d. l. fructus*, fcribendum, *Et adeo fi fine dolo.* Sed contra

A fi fe feribatur, aquior erit fententia Labeonis: quia nec ultra tempus fui percipi fructus ullo modo a poffeffore potuiffent, & in fructibus æftimandis, an petitor frui potuerit, fpectatur *l. si autore, § ult. ff. eod.* Sed ex diverfo fi fanum non fuiffet accelerarum percipi potuiffent a petitore. Nec defendi poterit opinio Trebatii, cum res interim fuo fato, nifi forte diftractiuras erat petitor, fi incepiffet, & pecuniam ex præda poffeffori collocantium, ut in ipfa re æftimanda obfervatur, *l. 15. h. tit. ff. eod.* Neutra igitur fcripturæ caret incommodo. Confirmat opinionem Labeonis *l. in hac lide, ff. eod. tit.* in qua fi fine dolo & culpa poffefforis homo fugerit poft litem contestatam, dicitur ejus temporis quo in fervitute vel libertate, longe aliud fervum vel liberum effe. In poffeffore eft depofitarius, commodatarius, colonus, inquilinus, & qui precario rogavit ut morari liceat, non enim poffidere, vel fequefter cui pars cuiusdam tantum, non poffeffionem concedimus: fimilis hic depofitario, ille commodatario. Item is qui ex primo decreto miffus eft in poffeffionem credii investandi causa, vel dotis, vel tertiæ, legatorum, famini infelix miser. *l. certe, h. tit. qui, ff. de precar. l. si quæ anno, ff. de adq. poss.* & quibus ii judicis decretur naturaliter poffidere, *l. super quibus ff.* quod non ftatim reftituerit, fed cum fuit in poffeffione naturali potius quam poffidebant: quo de casu eti interdicta poffefforia non dantur, *l. officium, ff. de rei vend.* Qui dum tor dominus, apud quos poffeffio remanfit, veluti depositori, commodatori, locatori, ei qui primo decreto rogatus eft, debitori, & fimilibus. Hi enim non poffidere videntur, illi ergo hi, non ibi. Si non ibi, nec igitur propriæ poffident. Poffidere enim eft ibi habere. Fructuarius quoque eft naturaliter poffidere. Solus enim dominus poffeffor eft, & poffidet per fructuarium: nec alia ratione dicitur retentionem ufusfructus effe fpecies traditionis, quam quod qui retinet ufumfructum, definat ibi, & incipiat alii poffidere: & *l. naturaliter, ff. de adq. poss.* Ulpianus ait, *Naturaliter videtur*, quod verbum eft exceptionis. Nec enim omnis qui videtur poffidere, etiam poffidet, ut debitor pignus poffidere & ufucapere videtur, nec tamen poffidet. Verum enim licet fructuarium poffidere, tamen quia res emolumentum ad eum pertinet, quæ res effecit ut in plerisque partibus juris etiam pro domino habeatur, interdicta ei competere, non tamen quæ certis quibus fant in poffeffione non accommodantur.

CAP. XXXV. *Eum cui munus vel honor defertur, non appellare a decreto præsidis, sed a nominatore.*

A valde probo, & auctoritate ejus adductus in *l. 1. C. Th. de hab. quo uti opor. intra urb.* Ne Senator intra urbem utatur veste militari, veluti lacerna sive chlamide, sed colobiis ac penulis, colobia interpretabor latos clavos superjectos interiori vesti, pariterque apud Hieronymum quæstionibus in Genesim, & Servium dum antiquos scribit colobiis usos, *Æn.* XI. & servos nec colobia nec calceos habere, *Æn.* I. & in *epistola Pii ad Justum*, colobio episcopum vestiri: nam & eo genere indumenti utuntur episcopi ut principes, & ut etiam monachos Ægyptios Isidorus scribit, imo & nostros quosdam, sed viliore uti compertissimum est. Penulas autem quibus Senatoribus intra urbem uti permittit *d. l.* I. pluviæ tantum aut frigoris causa permittit, ut arbitror, superjectas etiam interiori vestimento. Tertullianus *in Apolog. Ne vel hyeme voluptas impudica frigeret, Lacedemonii penulam ludis excogitarunt*. Penula igitur itinerarium aut frigoris & pluviæ vestimentum est, quo nec Senatores uti permisit aliter. Alexander auctore Lampridio *Imperatores ne pluviæ quidem tempore utebantur*. Spartianus in Adriano: *Penulis*, inquit, *uti tribuni plebis pluviæ tempore solebant, Imperatores autem nunquam*. Idem in eodem refert, Senatores & equites Romanos Hadrianum jussisse semper in publico esse togatos, ipsum cum in Italia esset, semper togatum processisse, sed *d. l.* I. satis habet si Senator in senatu, & in fungendo munere senatorio togatus fuerit.

CAP. XL. *Adnotantur quædam ad Orationem a Justiniano antecessoribus scriptam.*

ANtecessorum nomine significari eos qui jus civile in scholis docent, nemo ambigit: nam & quos in Oratione ad antecessores scripta, Justinianus vocat antecessores veluti Dorotheum, & Anatolium, Theophilum, Cratinum, in ea quæ est de confirmatione Digestor. utraque lingua conscripta, & in aliis de Codice faciendo, confirmando, emendando juris præceptores, doctores, interpretes, *ἐξηγητὰς* vocat: & in eadem illa oratione professores legitimæ scientiæ, quibus etiam præscribit quid quoquo tempore docere debeant. Discipulis autem definit quinquennium quo scilicet dent operam audiendis professoribus & perlegendis libris conditorum juris. Erat antea definitum quadriennium, nec nisi qui probasset tantum se temporis legum studiis impendisse, admittebatur in numerum advocatorum, *l. jubemus pro tempore, l. petitiones, C. de adv. div. jud.* Si quinquennium quadriennium illa ætate, qua mores & jura & verba civilia sane erant notiora aut faciliora perceptu, quid non erubescimus ista, qua horrere spinis omnibus videntur omnia quæcunque de jure ab antiquis prodita sunt, vix tamen in eis nos transigere triennium, plurimum vitio parentum, qui ut Petronius Arbiter ait, cum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum impellunt. In eadem Oratione Justin. indicat primo anno novos auditores juris olim quasi per contemptum Dupondios appellatos. Sic Hieronymus *adversus Helvidium*. *Quis te oro dupondii supputabat?* Et Petronius quoque a vilitate, dupondium sicel, quod penderet drachmas duas: nam ita in antiquorum grammaticorum commentariis scriptum reperi, Sicel apud Latinos, & Græcos esse quartam partem unciæ, & stateris medietatem drachmas appendentem duas, apud Hebræos esse unciæ pondus. Et in *epist. Seneca, dupondio satur*, id est, perexiguo sumptu. Rursus in eadem Oratione Berytum legum nutricem appellat. Eunapius autem matrem, in Iuliano his verbis: *καὶ τῆς τε νομικῆς τε λιμένι παιδείας εἰς ἀκρὸν ἀφιγμένος ὡς ἂν πατρίδα ἔχων τὴν Βηρυτὸν, ἣ τοῖς τοιούτοις μήτηρ ἐγκάθηται παιδεύμασι*, & hoc esse Agathias 2. Hist. *πάτερον τῇ πόλει καὶ ὥσπερ γέρας τι μέγιστον*. Et quod in aliis duabus constitutionibus, idem & illa inhibet destricte ne librarii in exscribendis Institutionibus, vel Digestis, vel Codice ullis sigillis utantur: quod

quod tamen posteriores non observavere, atque ex ea re in eis libris errores procreavere quamplurimos. Et sigla, vel singla *ἐν συγκοπῇ* dicit quasi singula, ut vincla secla, ut vigilias sive excubias posteriores dixere viglas: quod Niceph. rex *περὶ συναθροισμοῦ*, *cap.* II. *hoc tit.* demonstrat aperte *περὶ βιγλῶν, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων διΐστασθαι*. Et Eustathius qui viglam interpretatur *σκοπήν*. Multum autem singula distant a notis. Notæ enim non sunt literæ, *l. VI. §. ult. D. de bo. pos.* Singula sunt singulariæ literæ, ut Aulus Gellius loquitur XVII. sine coagmentis syllabarum, & ita literas a notis separat Manilius illo loco, *Cui litera verbum est, Quique notis linguam superet*, &c. ut exemplis hoc demonstrem, *Senatum, populumque Romanum*, singulis ita designat S. P. Q. R. notis hoc modo . Senatusconsultum per singula sic S.C. per notas sit . *Dolus malus abesto*, singulis ita, D.M.A. notis . *Unde de plano recto ita legi possit*, ad eum modum scribes facile per literas singulares, per notas autem hoc modo , Hoc didici ex antiquissimo libro notarum, ex quo proferam & alia quædam verba juris uti per notas scribantur hoc est *stipulatione Aquiliana*. *Aspargine*, ut Flor. scriptum habent in tit. Ad *l. Rhod.* & Palæmon in Glossis, & Virg. *Salsa spumant aspargine cautes*. *Lautumiæ*. *Libera civitas* *Victurus* vox usurpata a Varrone. *Virgobretus*, summus Heduorum magistratus. Et inde mihi persuasi inanem esse laborem quærentium cur notaverint Digesta majores nostri in hunc modum ff. Notariorum enim inventum est quod plerumque nullam habet rationem. Notarios dicimus eos qui scribunt notis. Singularios eos qui singulis, in notitia *l. 1. C. de off. præf. præt. Afr.* & in *Notitia Romani imperii*, & in *formulis Cassiodori*: & de notariis eleganter Basilius in *Epistolis*: *οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑποπτέρους ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων χρῄζουσιν ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων.*

JACOBI CUJACII J.C. OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM

LIBER DECIMUS TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De officiis quibusdam præfecti urbi.

NOTITIA Romani Imp. inter officia præfecti urbi numerat eum qui dicitur ab actis, & actum qui dicitur Cura epistolarum & Adjutores. Et de his qui sunt ab actis, & adjutoribus eorum est *l. per hanc, C. de adv. div. jud.* quæ eorum singulos mulrat X. auri libris, si culpa eorum vel datus fuerit commeatus advocatis statutis in foro præf. urbi ultra triennium, vel in advocatorum collegium assumpti ultra LXXX. vel confusus, & perturbatus ordo advocatorum permutatis locis, juniore scilicet vetustiorem occupante & antevertente: Nam Justini ea lex est ad Theodorum præf. urbi scripta. Sic enim emendanda ex veteribus libris, & ex Basilicis est cum ejus legis inscriptio, tum *l. 14. C. de non. num. pec.* Ex Basilicis, quod in eis, scilicet ita exprimantur prima pars supradictæ legis. *Μηδεὶς παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως συνηγόρων μέχρι εἰς ὀγδοήκοντα πληρῶσιν οἱ παρ' αὐτῷ δικολόγοι*: & argumentum rei, quod matriculam advocatorum constare velit LXXX. tantum, quam in foro præfectorum prætorio esse CL. compertissimum est *l. 8. l. 11. l. jubemus advocationem, eod. tit. & Nov. Theodosii de postul. & perpetuanda adv.* Nec *l. ult. C. eod. tit.* quæ de lege Justini loquitur, scripta de advocatis præfecturæ prætorianæ, intelligit *d. l. per hanc*, quæ non est de advocatis præfecturæ prætorianæ, sed præfecturæ urbicariæ, verum aliam quandam. Et probem magis ut legantur in ea *biennium*, non ex *d. l. per hanc*, *triennium*, hoc sensu, ut advocatorum præfecturæ prætorianæ albo eradatur, qui ultra biennium sine commeatu peregre abfuerit, vel ultra quinquennium cum commeatu: nam & Græci ita eam nobis enarratam reliquerunt. *Ὁ μετὰ ἀπολύσεως τῆς βασιλίδος πόλεως ἐκδημῶν δικολόγος ἐν ἀποθέσει τὸν ἴδιον βαθμὸν καὶ ἐπὶ πενταετίᾳ ἀπολαύει· ὁ γὰρ δίχα ἀπολύσεως αὐτολαβοῦσίς δὺο ἔτη μόνον δύναται μεῖναι ἔξωθεν*. Est & alia constitutio de officiis præf. urbi, in *l. ult. C. de off. præf. urb.* quæ primicerium, id est, primatem, priorem, antiquiorem adjutorem officii urbicariæ præfecturæ post biennium in eo gradu consumptum, vult suscipere curam personarum. Sic est scriptum, vulgo nullo sensu malim, *Curam epistolarum*: nam hæc etiam cura, ut initio dixi, numeratur inter officia præf. urb. Sed fuit etiam inter officia præf. præt. & dicitur a Cassiodoro cura canonicarum epistolarum, *lib.* XII. Curam igitur epistolarum novi, curam item cursus publici, & curam palatii, Curam personarum non novi, non legi in jure vel Notitiis.

CAP. II. *Pacti solatium, & Constitutiones græcæ de advoc. div. Jud.*

DIu quæsivi quid esset puncti solatium in *l. laudabile, C. de advoc. div. jud.* nec scio adhuc invenerim plane, torquet me varia lectio. Alii enim *puncta consequi solatia*: alii *punctos consequi solatia*, habent: alii & ii quidem frequentiores, & ut arbitror veriores, *puncti solatium*. Vult igitur Imperator patronos, qui fisci causas defendunt in foro præf. prætorio, Kalend. Januariis inter comites consistorianos de manu sua puncti consequi solatium. Basilica, consequi *τὸ πάκτον*: an igitur potius, pacti solatium, id est, ut ait l. jubemus pro tempore, & *l. petitiones, C. eod. titulo*: quod Communi consensu sive communi placito, & conventione totius collegii advocatorum patronis fisci constitutum est, aut si mavis, pacta solatia. Ex eisdem Basilicis didici in eodem titulo hodie deesse *l. XVII. & XVIII.* & hanc XVII. fuisse sententiam, ne quis alius præter præfect. prætorio multæ dictionem habeat in advocatos sui fori, qui non sint supra numerum. Et XVII. ne

ne ideo lis protrahatur quod non sunt præsto advocati tres, sufficere enim duos: mos enim erat, ut advocaret quæque pars sibi plures, *l. pen. C. de postul.* & ad summum tres. Sed duos sufficere lex arbitratur, unum quasi pro oratore, alterum pro Jurisconsulto: nam vel hos duos in litibus intervenire solere indicat Nov. Valentiniani de episcop. jud. quæ causidicum, qui in extraordinario judicio adfuerit, & egerit, plectit officii amissione, Jurisconsultum æstimationis & civitatis damno. Id vero omne ita brevius in Basil. *Οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐν τάξει ὧν οἱ δικολόγοι εἰ μὴ μόνον ὁ τῶν πραγματειῶν ὕπαρχος. Δίκη ἐχ' ὑπερβῆναι κἂν μὴ ἀφεδῶσιν ἐν αὐτῇ τρεῖς συνήγοροι: δύο γὰρ ἀρκοῦσι.* In veteribus quibusdam libris adnotatum legi aliam quoque sub eo titulo Constitutionem græcam desiderari ordine XXVIII. Sed hanc non inveni.

CAP. III. *Restituuntur Græca verba in l. fustibus, C. ex quib. cau. infam. irrog.*

NOndum restituit quisquam Græca verba quæ desiderantur in *l.* XVI. *C. de causis ex quib. infam. alicui non irrog.* nec enim legendum est *ἐσυκοφάντησας*, vel *d. l.* XVI. vel XVII. Sed XVII. *συκοφαντῇς*, quo verbo interlocutorio non irrogatur infamia, quamquam idem sit statuendum de verbo *ἐσυκοφάντησας*, nisi causa cognita pronunciatum sit, *l. 1. D. ad Turpillia.* In lege autem XVI. legendum est, *Κατηγορίαν ἀπὸ διαβολῆς πρὸς ὑποψίαν ὅπως ἀγεννὴς ὑπάρχων μὴ ἐνίστασο*, quod me docuere Basilica: & Sententia igitur hæc est, Ictum fustium per se solum non importare infamiam, ut *l. ictus, ff. de his qui not. infam.* Sed si inter cædendum præco ita dixerit, Ne sis adeo vilis ut sine justa causa accusationem instituas: hoc enim perinde est ac si dixisset, Ne calumnieris in posterum, vel ne sis adeo infamis: quæ causa irrogat infamiam. Inter cædendum præconem pœnæ causam dicere solere nemo ambigit, quod superdicere est in *l. si duo, §. ult. de jurejur.* ad quam similes locos notavi plures *Observat.* VIII. præter quos Ambrosius, *Serm.* XC. *Jussit ad lupanar duci sub voce præconis, dicentis, Agnem sacrilegam virginem, Diis blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam.* Et simili ratione Petronius Arbiter, *Me cœpit verberare non perfunctorie, adjectis & petulantibus dictis, Sic dividere cum fratre nolito.* Et de Pisistrato apud Sudam nescio quis auctor, *ἐκέλευσε παρὰ τὴν ὁδὸν μαστιγοῦν κηρύσσοντας, ὁ δὲ ἀνὴρ ἀκολουθεῖν ἀποδαρτέον ἐπὶ ὀλιγωρία τῶν γραμμάτων.* Eundemque morem in suis legibus comprobat Plato, qui venditorem adulterinæ mercis jubet fustibus cædi præcone dicente causam propter quam id pati meruit, *lib.* XI. *Τυπτέσθω*, inquit, *ὑπὸ κήρυκος ἐν τῇ ἀγορᾷ κηρύξαντος ὧν ἕνεκα μέλλει τύπτεσθαι.* Josephus *in Maccabæis*, *μάστιξι κατέκοπτον, τοιούτοις τοῦ βασιλέως ἐντολαῖς ἐπιτάττοντες κήρυκος ἐπιβοῶντος.* Arrianus 3. *ἀναβάσεως, μαστιγοῦν ἐκέλευσεν αὐτὸν καὶ ἐπιλέγειν τὸν κήρυκα ταῦτα ἐκεῖνα*, &c. Similis locus apud Nicetam.

CAP. IV. *Per nuptias filios naturales, suos & legitimos fieri posse etiam sine dotalibus instrumentis.*

FIlii naturales sui & legitimi fiunt si cum matre eorum, concubina sua, pater contrahat matrimonium confectis dotalibus instrumentis, *§. ult. Inst. de nup. Nov.* XII. *&* XVIII. Imo & sine dotalibus instrumentis, ut opinor, sine dote, sine donatione propter nuptias; si modo apud acta profiteatur velle se eam sibi uxorem esse, aut filios quos ex ea forte suscepit sibi esse suos, quæ singulari privilegio fieri possunt, non solum apud eos magistratus qui actorum conficiendorum potestatem habeant, sed etiam apud utrumque vel alterum fisci patronum, qui ærarii causas agit in foro præf. prætorio ex constitutione *l. laudabile, C. de adv. div. jud.* absque præjudicio tamen absentium: quinimo, ut fit hodie in Gallia, vocandi essent agnati, qui possent lædi suavitate, ut ita dixerim, liberorum naturalium, quemadmodum in confir- **A** manda adoptione non jure facta adhibendos esse ait *l.* XXXIX. *De adop.* eos qui contradicerent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis: & hoc quod ita observavi ex *d. l. laudabile* confirmat *No.* CXVII. *c.* II. Verum alia etiam in re ex eadem lege fisci patroni jus actorum habent: nam si quis velit fidem bonam & debitum agnoscere iterata cautione, eam ob rem non est necesse delegari arbitrum specialem apud quem acta fiant, quia fieri etiam possunt apud fisci patronum, & iteratam cautionem hujusmodi eleganter Græci ad *l. cum notissimi, §. sed & si quis, C. de præs.* XXX. *an.* vocant *γνωσιμαχικὴν ἀσφάλειαν*, ac similiter in *d. l. laudabile* apud patronum fisci fieri acta *τῶν γνωσιμαχησάντων.*

B CAP. V. *Constitutiones Græcæ de procuratoribus.*

IN *tit. de procurator.* desiderantur duæ constitutiones Græcæ XXVII. & XXVIII. hoc est penultima & ultima. Et ultima quidem non extat in Basil. vel Eustathio auctore lib. de temporibus, qui & illius nobis sententiam conservavit, a nobis explicatam in enarratione ejusdem libri. Penultimæ verba hæc sunt in Basilicis. *Ἡ διάταξις ἀπαγορεύει δύο δικαστηρίων, τὸν αὐτὸν εἶναι δημόσιον ἐντολέα, ἀλλ' ἄλλους μὲν εἶναι ἐν τοῖς μεγίστοις δικαστηρίοις τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων τοὺς ἐντολεῖς, ἄλλους δὲ τοὺς τοῖς λογιωτάτοις διαιτηταῖς ὑπηρετουμένους ταῖς δίκαις: καὶ μήτε τὸν ἀρξάμενον τῆς δίκης ἐντολέα παρὰ τῷ διαιτητῇ αὐτὸν περαίνειν τὴν δίκην παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἄρχοντι, ἀλλὰ μετέντ αλμα γίνεσθαι παρ' αὐτοῦ περὶ τὸν ἐντολέα τὸν τῷ ἐνδοξοτάτῳ* **C** *ἄρχοντι παρεδρεύοντα, μηδὲ μιᾶς δαπάνης ἐπὶ προβολῇ ἐντολέως γινομένης ἐπὶ τούτῳ τῷ μετεντάλματι, μηδὲ κοινῆς ἱκανοδοσίας διὰ τοῦτο τὸ μετένταλμα ἀπαιτουμένης, ἀλλὰ ἤ τὴν ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει ἱκανοδοσίαν, ἢ τὴν ἐπὶ τῇ ἀποδοχῇ ἀσφάλειαν ὥστε ἐξ ἀρχῆς ὑπαγορεύεσθαι, ὡς περιέχεσθαι αὐταῖς, καὶ τὰ δαπανήματα τοῦ γενέσθαι μετεντάλματος, ἵνα ὁ ἐγγυώμενος τὴν μίαν τούτων τῶν ἱκανοδοσιῶν ἐπερωτᾶται ὅτι ὁμολογῶ, καὶ τοῦτον παρὰ τῷ διαιτητῇ ἐντολέα ἐπὶ τῇ τῶν κριθησομένων ἐκπληρώσει, ἢ τὴν ἱκανοδοσίαν ἐγγεγυῆσθαι. Καὶ εἰ συμβῇ ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ διαιτητοῦ ἢ ἀπὸ ἐκκλήτου διδομένης κατὰ τῆς αὐτοῦ ψήφου μετενεχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ μέγιστον δικαστήριον οὗ τινος ἐστὶν ὁ διαιτητής, καὶ τὸν ἐκ μετεντάλματος μέλλοντα εἶναι ἐντολέα ἐν τῷ μεγίστῳ δικαστηρίῳ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐγγυῶμαι. Ἐὰν μὴ πάντα ταῦτα παραφυλαχθῇ,* **D** *εἰ μὲν ἐπὶ τῶν μεγίστων δικαστηρίων ἡ νομοθεσία παραβαθεῖν τῷ προσφόρῳ σκρινίῳ πέντε χρυσίου λιτρῶν καταδίκην ποινήν. Εἰ δὲ παρὰ διαιτηταῖς ἡ νομοθεσία παραβαθείη ὁ τῆς δίκης πληρωτὴς, ὁ προσεδρεύων τῷ λογιωτάτῳ διαιτητῇ μιᾶς χρυσίου λίτρας ἀπαιτηθήσεται ποινήν. Οἱ δὲ ἄλλοι δύο οἱ ἐκ τῶν τάξεων ἀφορισμένοι τῷ διαιτητῇ, ἔτι ἐκ τῶν σχολῶν δύο χρυσίου λιτρῶν ἀπαιτηθήσονται πρόστιμον: αὐτὸς δὲ ὁ ἐντολεὺς ἀφ' οὗ ἂν παραβαθείη πληγαῖς σωφρονίζεσθαι παρὰ τοῦ ἄρχοντος, ἢ τοῦ διαιτητοῦ κεκωλυμένος τοῦ λοιποῦ ἐντολεὺς ἐν δικαστηρίῳ γίνεσθαι.* Et tollit hæc Constitutio dubitationem eam quæ moveri solet ad *l. Invitus, eod. tit.* an qui procurator datus est ad litem agendam, sententia dicta & interposita appellatione causam appellationis exequi possit ut debeat. Vetat enim ne quis duobus judiciis cujusque pro- **E** curator sit, sed ut alius sit in majori auditorio procurator, veluti in foro præsidis provinciæ, alius in minori, a quo soleat ad majus appellari vel referri, veluti apud judicem pedaneum, atque ita eidem, qui procuratorio nomine apud pedaneum judicem agit, agat etiam eandem rem eodem nomine apud præsidem, sed ut translationem negotii sive mandati, *μετένταλμα* vocat, faciat in aliquem ex his, qui in foro præsidis procuratorum officio funguntur; ita tamen uti nihil nomine *μετεντάλματος* hujusmodi eroget vel impendat, ut fieri solet in ordinando procuratore, nec solitam etiam pro eo sive communem cautionem præstet: nam satis est in eo confirmando & constituendo cui priori causæ actio vel defensio mandatur, ita concipi cautionem Judi-

catum solvi & de rato, ut comprehendat etiam sumptum quem fieri convenit nomine *μετεντάλματος*, ita ut qui hanc vel illam cautionem emittit non tantum prioris procuratoris apud pedaneum judicem personam confirmet per Judicatum solvi, vel de rato satisdationem, sed & posterioris, qui forte lite translata in majus auditorium per relationem judicis dati, vel appellationem ejus negotii in eo judicio procurationem susceperit. Et novissima parte irrogantur pœnæ procuratoribus & executoribus litium sive apparitoribus, qui Constitutioni non obtemperaverint: nam & judices datos habuisse apparitores docuimus initio libri duodecimi. Id autem præter principalem sententiam hujus constitutionis, ex ea observandum est, ut advocatorum, ita procuratorum in unoquoque foro vel judicio certum fuisse numerum, quibus solis causas suas committere litigatoribus liceret, ut fit hodie, non quibuslibet. Observandum etiam illud judicatum solvi stipulationem in ea communem appellari non qua forma in *l. v. ff. de verb. oblig.* aut *l. 1. de præt. stipul.* Sed qua in *l. creditoribus, ff. de separat.* quod sit vulgaris & frequens. Item ex illo loco, *τὸ μέγιστον δικαστήριον οὗ τινος ἐστὶν ὁ διαιτητής*, singulis judiciis etiam adscriptos certos & proprios judices pedaneos, quibus causæ delegarentur: nam majus, inquit, judicium, cujus est judex pedaneus, id est, quod observat cuique adhæret judex pedaneus. Id quod est ex Constitutione Zenonis, ut legimus Nov. LXXXI. & forsitan tota ea *l. penult.*

CAP. VI. *De eo qui equis alienis equas suas subjicit.*

SI quis sine voluntate mea equis meis in spem gentis, ut Virgilius loquitur, subjecerit equas suas, placet quod Ulpianus scribit in *l. si quis uxori, §. si quis asinum, De fur.* teneri eum furti si furandi animum habuerit, hoc est, si celandi, supprimendi, & lucrandi animo eos retinuerit, ac semper quidem hunc intelligitur animum habuisse si diu retinuerit, licet prætendat studium quærendæ stirpis & admissuræ. Si hunc animum non habuerit teneri eum in factum, id est, utili actione furti in simplum, quia & sola summissio veluti furti quoddam genus est, ut Homerus declarat his versibus *Iliad. v.*

Τῆς γενεῆς ἐκλέψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης
Λάθρη Λαομέδοντος ὑποσχὼν θήλεας ἵππους.

Ac dicitur eleganter ea summissio ab Eustathio *κλοπή τις οἰκονομική*, id est, furtum quoddam attenti & diligentis patrisfamilias, cupientis rem augere minima reprehensione: nam qui ex equabus nascuntur, dominum equarum sequuntur, *l. 5. §. idem scribit, ff. de rei vind.* ut magis videatur ille subtraxisse sibi ex alienis equis prolem, quam equos alienos subripuisse: nec enim si in veritate furtum esset, deceret Anchisen, nec subjiceret Homerus furti explicationem, ne quis gravius quiddam eum admisisse opinaretur, *ὑποσχὼν θήλεας ἵππους*, subjiciens equas. Ita vero etiam actioni furti succedit actio in factum in specie *l. si is qui rem, §. pen. & l. si quis uxori, §. sed si filius, l. in furti, §. ult. ff. de furt. l. si heredis, ff. de leg. §. interdum, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Tenetur autem ille actione in factum, quia non ex voluntate domini equos summisit, in qua veniet id quod interest, si forte ex ea re læsi fuerint equi non admissarii vel summissi admissarii nulla oblata mercede: nam plerique solent non nisi mercede certa equos admissarios summittere equabus alienis, quam Varro equimentum vocat.

CAP. VII. *Emendantur duo loci in titulo Digestorum De negotiis gestis.*

IN edicto urbano de negotiis gestis cum scriptum esset, *Si quis negotia alterius gesserit*, Ulpianus ad vocem alterius, notat ea utrumque sexum comprehendi, *Si quis negotia maris vel feminæ gesserit, l. 3. ff. de neg. gest.* & consequenter adjicere debuit, referri quoque eam **A** vocem ad pupillum, *Si quis negotia pupilli gesserit*: cum subjiciat referri etiam ad furiosum, *Si quis furiosi negotia gesserit*. Quamobrem *d. l. 3.* arbitror non esse legendum, *Pupillus sane si negotia gessit*, &c. Sed hoc modo, *Pupilli sane si negotia gessit*, id est, pupilli sane si quis negotia gessit, post rescriptum D. Pii pupillus conveniri neg. gestorum contraria actione potest in id quod factus est locupletior, quod & ita proditum est *l. 6. in princ. & l. litis, eod. tit. l. 2. C. eod.* Sequitur, Agendo autem, compensationem ejus quod gessit patitur, Id est, Si pupillus cujus negotia gesta sunt, agat directa negotiorum gestorum, gestorem id etiam quod gessit quoque locupletiorem pupillum fecit eo judicio jure compensationis salvum habere posse: nam qui patitur actionem, & compensationem multo magis. Compensationem **B** patiebatur pupillus ante rescriptum D. Pii. Post rescriptum patitur etiam actionem, quod in aliis omnibus causis locum habet, *l. pupillus de auct. tut. l. 3. Commod.* In eodem titulo *De neg. gest. l.* 14. non est legendum, *Si filiusfam. Sed si filiaf.* ut subjiciat recte idem esse in ancilla, & sit par sententia *l. & ancillarum, de pecul.* & *l. 3. §. penult. Commod.* quæ & filiæf. & ancillæ nomine de peculio actionem dari ajunt: & dubitandi causa oritur ex verbis edicti, *Quod cum eo*, quæ tamen sic accipienda sunt, *vel cum ea.*

CAP. VIII. *Emendandur alii duo loci in Digestis.*

PAulus refert in *l.* XXXIV. Julianum existimare a domino quasi a juris possessore hereditatem peti pos- **C** se si pretium rerum hereditariarum venditarum in peculio servi habeat: ubi illa verba, Quasi a juris possessore, irrepsisse videntur ex *l.* 35. quæ sequitur, in qua Gajus refert eundem Julianum existimare, etiamsi nondum pretia rerum hereditariarum venditarum consecutus sit servus, a domino quasi a juris possessore hereditatem peti posse. Et est sane hoc casu dominus juris possessor, quia habet actionem ex vendito de pretiis rerum venditarum, quæ ei etiam ignoranti & invito per servum acquiritur, *l. servus vetante, de verb. oblig.* Illo autem casu non juris est possessor, sed corporis, quia pretia ipsa in peculio servi habet, & in patrimonio suo igitur & possessione sua, ut quod est in peculio vicarii, est etiam in peculio ordinarii. Et simili errore in *l. 37. §. servum, de peculio.* *Servum*, inquit Julianus, *communem quem* **D** *cum Titio aut cum Sempronio habebam.* Quis unquam ita scripsit? cur non certum socium dicit? Corrigas, *servum communem quem cum Sempronio habebam*: & recte sequitur, me Titio partem meam vendidisse antequam ejus servi nomine mecum ageretur de peculio: & inde quærit, *Si de peculio cum Titio aut cum Sempronio ageretur, an ejus peculii quod apud me esset ratio haberi deberet.* Recte, cum Titio, emptore scilicet, aut cum Sempronio socio quondam meo. Ex quo sane loco perperam irrepserunt initio ejus §. verba illa, *Cum Titio.*

CAP. IX. *Eum cui servus aut liber homo noxæ deditus est, per prætorem cogi manumittere.*

E LOcus est singularis in *§. Dominus, Inst. de nox. act.* quo ostenditur servum noxæ deditum manumitti invito domino, cogente prætore si quæsita pecunia novo domino damnum resarcierit: & ratio hæc, ut opinor, quod prior dominus eum abjecerit, & posterior magis noxam sarciri voluerit, judex quoque imprimis noxam sarciri jusserit: ita enim solet pronuntiare, ut est proditum in titul. *De off. Jud.* P. Mævium L. Titio in X. aureos condemno aut noxam dedere. Præcedit verbum, condemno, & hoc est quod ait *l. 6. De re judic.* post pecuniariam condemnationem, noxæ deditionem sequi, & in X. dominum condemnari, & judicati teneri in X. tantum. Si noluit satisfacere judicato, noxæ dedere licet. At rursus noxæ dedito integrum etiam est satisfacere judicato, cui noluit satisfacere prior dominus,

uus, & hac ratione, ut opinor, fub titulo *de Judiciis*, Papinianus lib. 2. *Disputationum*, idem propemodum docuit eft a Praetore, qui nouæ deditum accepit, fed fiducit quidem non tenetur. Nouæ dedi-tionis libri hominis fit mentio L.112. §. *pronde*, *De lib. ita cit.* & *Paulo lib. fing. de adulteriis*, & nouæ deditorum filiorumfamiliæ, §. *ult. Inft. de nox. act. l. 5. §. pen. De obl. & act.* At liberos homines nouos, non poffe deditos fieri, declarat Ulpianus, fed addidos, ut 22. tab. jubent liberos homines addici ei cui furtum factum eft. Sed neque nouæ deditionem fine addictione, libert homines in fiducia detinentebatur & refte Paulus §. *Sed*. liberum hominem ingenuum aut fiducia dari non poffe: qua de caufa Praetor amat ut, obtata lyti reftituatur non compelli fiducia: addicio eum cui liber homo nouæ deditus eft, ut eum manumittat, qua nulla fcilicet fiducia eft, nullum pignus, fed compendii extra ordinem per praetorem. Manumittitur non tantum fervus, fed & is qui fervit, veluti addictus. Sive fervus igitur five liber fit is qui nouæ deditus eft, noxam farciendo, id eft, folvendo judicatum, invito domino manumittitur, qui addicti locum obtinet: & ideo, nec patronus eft qui manumifit: eademque condicio redempti ab hoſtibus. Redemptus ipſe fervi fervit domes fobverit pecuniam pro fe datam, vel ex Conſtitutione *Iuſtiniæ*, *C. de poſtliminio. & redemp. ab hoſt.* quinquennii fervitio expleto libertatem conſequitur.

CAP. X. *Sententia 1. aut damnum*, §. *quicunque*, *De pœnis*.

QUi ſcripſiſſet Ulpianus in *I. aut damnum*, §. *quicunque*, *De pœnis*, damnatos in ludum venatorium ut ferus depugnent cum beſtiis, eſſe ſtrictum, fubjecit. *Hoc enim tantum differt a ceteris, quod infirmiorum venatores aut puniti-ores, aut in ullam quam voluptatem, ſpectaculo vel oblectamento deſtinati*, ſed ſimiliter addicuntur, quando eſſe legendum, *qui infirmiorum*: hodie nihil mutari volo. Egregia enim ſententia ex his verbis elicitur, damnatos in ludum venatorium ut ferus pœnæ ferri quam eos qui damnantur ad beſtias vel ad gladium, & in hoc tantum meliorem eſſe eorum conditionem, quod ita damnati contendant ad voluptatem ut dicatur venari in theatro, & pugnare cum beſtiis, vel ut artem diſtant mimicam aut purbhicam: & eſt particula ſimulatæ pugnæ repetitia, quæ & Troja dicitur, *ſpolia & juventus* Dioni, idque ex Suetonii *libro de ludibus puerorum* Servius & Donatus fcribunt in 5. Æn. Sed tranſlit etiam ufus purbricæ in pedeſtri pugna ſimulatarum abſtinentia numeris & concentu muſico. Marius Plotius *libro de metris*, *Pyrrichius pes a pyrrhica ludicra genere nomen accepit, quia hoc fono milites ſuis ſub armis, ac ſine, per ludum tanti ſimulacra pugnæ, ipſa tamen pyrrhica dicta eſt a Pyrrho Cydonea, quia primus Cretenſes ſub armis ludicram hanc pedis ſonum inſtituit. Alii a Pyrrho Achillis filio, quem primum in tumulo patris ſui armatum hunc gradu ſaltatuſſe dicunt. Anſilioides autem Achillem in hoc ſaltu ſimulatæ pugnæ imitatum ſuiſſe. Quidoſtham placet ab ardore*, *a velocitate ſui ſonum nomen accepiſſe hunc pedem. Cognatus enim ſonus eſt ardoris & velocitatis eſt*: unde *ignipes Pyrrhi*, id eſt *feſtinantes*. Et ardore ſubet fuga, id eſt, feſtinat: Hanc funt antiquiſſimi grammatici verba nondum ſatis expreſſi: ea in re, quod ſcribit de Pyrrho Cydonio confentit Nicolaus apud Stobæum his verbis: Ὁ δὲ πυρρίχη πεποίηκε ἀγωνίσματος χάριν καὶ οὐκ ἐπιτηδείως πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιτήδευμα· καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὀρχήσεως ἀπὸ τούτου. Verum ad rem. Qui ad beſtias damnantur, ſtatim conſummuntur: & male Budæus feparat damnatos ad beſtias ab his qui damnantur ad gladium. Qui damnatur ad gladium, ſeque vel ſtatim conſummuntur, vel intra annum conſumendi funt, ut Paulus ſcribit *lib.* 4. *Sent. tit.* XVII. & mandatis contineri Licinius Rufinus ſcripſit. Qui vero damnantur in ludum ſive venatorium ſive gladiatorium, reſervantur populi voluptatibus: imo, ut idem Rufinus ſcripſit, etiam poſt quinquennium piluari, ac deinde poſt triennium nuden accipere aeque ita liberari folent, & praſici ceteris gladiatoribus, ut ſentiunt qui ruden interpretantur eſſe *ligneum ſine ferratur cuſpide*, &c. Tertullianus *de ſpectaculis*. *Gladiatoris atroci petat rudem*, & *pilcatus premium conferat*. Quod igitur eſt ſcripſum de ludo venatorio in *d. §. quicunque*, idem cenſeo de ludo gladiatorio. Et ut melior eſt condicio damnati in ludum venatorium quam damnati ad beſtias, ita cenſeo meliorem eſſe conditionem damnati in ludum gladiatorium quam damnati ad gladium: ac ruſtius ut damnati in ludum venatorium, non in venatione tantum inſtituantur, ſed & aliam meditationem, hypolthiquam, ſi fieri poſſit, damnati in ludum gladiatorium. Ac fubtatis jam penitus gladiatorum ſpectaculis, *l. 1. C. de gladiat. penitus tol.* non arbitror etiam ſublatum ludum gladiatorium, & remotæ Juſtinianæ in Digeſtis dumtaxat one ad gladium, hodie eſſe accipiendam de damnatione in ludum gladiatorium, *l. xxvi. §. ſi quis plures*, *De negot. geſtor.* Certe *l. 11. De ædiliciis* in refcripto Hadr. quo abigei ad gladium damnantur, neceſſe eſt eam interpretationem adhiberi ut ad gladium, ſit ad ludum gladiatorium: nam poſt ea verba quæ funt ex eodem refcripto relata *d. l. 11.* ita erat ſcripſum. Ideoque puto apud vos quoque fuiſſe, te grouis pœnæ nomine, maxime hac malefica ſtirpe ſe fuiſſe ut ad gladium abigei dentur, aut ſi quis tam nouus aut tam gravis in ſbigendo fuit ut prius ex hoc crimine abſolvi non poſſit, quam ſub tumultum fuerit operatus: quæ verba Tribonianus non debuit praetermittere, qui poſſet intuliſſe mentionem meliſſi pœnæ, & qua nihil ante refcripſerat quia non erat ea res refcripta. Sed cenſeo quafi gravior pœna metalli, ideo refte conſtat Licinius Rufinus in eo libro, quo conſulit ſuos Dertum eum legibus Popos Romani, invento a Pretore confirmatum librorum antiquorum, & veritatis puriorifque doctrinæ inveſtigatore, Imperatorem Hadrianum gladii pœnam dicendo, fenatus damnationem illi. Dertum Rufinum Pretro Pretro ius in metallum, ſeu in aliam materiam, hoc argente, hoc perquirente, inſtigante, docente, ſi ſcimus ſemper & adiveniminus aliquid: nec mihi hinc fis quam ſcribit Rufinus ſuos ſuos ſuos

quod fecit interesse mentum eum non adhibuisse, id est A non parvulis interpellationi aut non fecisse morum in re ipsa pecunia versa in suos usus: nam hic more nomine comprehendi volumus utrumque, eum quæ fit ex persona, quæ proprie est mora, & eum quæ fit ex re ipsa. Eodem tempore indagnas ea quæ sunt scripta de usuris quæ in bona fidei dilorpationibus debentur & venuntur, incidi in *l. ademptus, §. si procuratori, ff. famil. ercisc.* quo auctus poterum non adfirmare trajectionem esse manifestam horum verborum: Quæ legitimo modo in regionibus frequentantur. Et debere ei primo loco mandatum, quod dicitur procuratorem ejus pecuniæ quam habet, usuras ex mora præstare, quæ fiscum legitimo modo in regionibus frequentantur, ut *l. 1. in prior. ff. de usur.* Quod autem loco ait, *si procurator eam pecuniam simori occuparerit, eum præstare usuras quas consequutus est*, ac deinde tertio, *Si eam pecuniam in usus suos commutaverit, debere eas usuras legitimas*, ulurias contestimas exemplo tutorum & curatorum & Duumvirorum qui Reip. negotia gesserunt: nam ab his procuratores vel negotiorum separari non licet, *l. qui sine. De neg. gest.* Et hæc verba *si ab usus suos convertent*, in malo semper accipiuntur, si eam & improbe pecuniam domini in suos usus averterit, ne quis hoc calu dicat deberi tantum eas quæ in regionibus frequentantur, quod eam pecuniam palam & tyscera fide in suos usus convertent, puta illa summam quæ in tabulas scribendo, *l. quoties, §. non tantum, l. non existimo, ff. de adm. tut.* Non possis hoc fingere ru ipse tyscera fide, & tupliore quod les prætermittit, quidque adhibere dum ita loquuntur semper accipiunt in malam partem.

CAP. XVI. *Emendantur quidam lib. Regularum Ulp.*

FRequenter accidit librario Pandectarum Florentinarum quæmadmodum quorumcunque librorum fingerarum ut nomina, nominis litteras trajiceret, quod Græcis est *μετάθεσις* ut *ἀνάβασις* & *κατάβασις*. Exempli gratia in *l. xix. §. Cum ne absente De neg. gest.* in archetypo accepi effe scriptum *subscripsit* pro *subscripsit*, & limili errore *l. apud Julianum, §. fin. ff. de vero fervum subscripsit*, pro quo Græci *τὸν ἀνόμον ὑποσεφεῖς*, & Tit. Livius *l. 1. Quod Annibal jam solus suum scripsit Italiam*: ubi legendum *jam vel subscripsisset Italiæ*, & in fragmentis Ulpiani. *Stratuliber seu alienetur ab herede sive subscripsit ab aliquo, libenterie condicionem servum habet*. Legendum enim eft, *sive subscripsit ab aliquo*: quibus verbis non hoc tantum fignificat ftatuliberum esse, vel videri cum ita cauta, *l. 31. eo prine. De Manumiss.* sed eum condicionem & ftatuliberi legis facile cer in dando confilio impleri posse in perfonam emptoris vel in perfonam ejus qui ufurpet, *l. 3. §. non folum fed. in. ff. l. VII. ead. tit.* cum dicitur ufurpatiua alienationem condicionem ftatuliberi fecum non trahere, hoc dicitur condicionem impleri non posse in perfonam ejus qui ufumfructum, fed in perfonam eorum qui proprietatem emit: & idem de eo eft prodtum qui fideicommiffaria liberras relinquitur. *l. generaliter, §. quotiens De fid. lib.* nam & hic ftatuliberi locum obtinet, *l. non tantum, §. cui per fideicom. eod.* In hiftem fragmentis Ulpiani *tit. de vindicta*, fic lego. *Sed & legatum ita relictum non fub nomine fumi codicis: & vel. XXII. Extraneis heres fi quidem cum arrogare fic: Servus meus, cernendo fit heres, fi vero fine cretione, pro heredem gerendo.* Et in *tetul. 5.* non poffum non vehementer approbare hanc fcripturam: *Nunc autem ex terra gendo liceo mavem docere, fed tantum fraterni filium non etiam fororis, nec avunculum, nec matertera, quamvis eodem gradu fint. Eum quæ mavem vel privigna vel nurus, vel fecrus noftræ fuis mavem dicere non poffumus*, & ita emendamus hoc Ulp. verba apud Licinium Rufi. refe-

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 3. cap. 18*

A runtur, ubi *Sextilium* quadam Dioel. & Maxim. referur, quo eas fororis filia conubium inhibetur non cum fratris filia Verum enim eft licere ex tertiogrado fratris filium uxorem ducere ex S. C. ut auctores funt Tacitus, Suetonius, Zonaras. Sed non etiam fororis filiam, & ob id in *fororis & l. etiam fi consubinium De rit. nup. l. 5. adulterium, l. Ad leg. Jul. de adul.* de fororis filia, nepte, pronepte loquuntur auctores . cum quo neque conubium neque nocubinatus eft non de fratris filia, & in *l. ult. De scandal. fine caus. & l. qui in provincia, de rit. nup. de consensu* dicitur. Et hæc & quod Zonaras fcribit veruiffe Nervam neque *ἀνεψιδῆ* duceret, fororis filiam intelligit non fratris ut ducerent cuius mater duci non poteft. Nunc illud addam pofferiores Conftitutiones fubfiterant, nec licet hodie ullam ex tertio gradu B uxorem ducere *§. fratris, inft. de nupt. l. nemini, C. de nup. l. ultimo, C. de ini nup.*

CAP. XVII. *Quomodonam fit in concordiam addicendæ l. VIII. De Jud. cum l. cum qui §. 1.*

EGregius peroricula None non inutiliter fcripfit here pro alio, quia privilegio fuo uti non poteft: Romæ conveniatur cum Roma conveniri, *l. 1. cum fa- ratio, §. ult. de. De pactis.* idemque effe opinor & Romæ conftituendo re tempore, quo fcribebat Ulpian. ab initio: nam fi ab initio ageretur in folidum, nunquerretur autem adio in condemnatione, tempus condemnationis fpectandum effet, *l. filiof. 11. filiof. mater.*

CAP. XIX. *An qui privatem pecuniam in ade fatea debet, ufurum adhibeat, facilegus fit: & vel. XXII.*

NOn inter Rhetor. tantum fed etiam inter Jurifconfultos de illa quæftione controverfia fuit, utrum qui privatam pecuniam in ædes fuas receperit adhibeat fur an facrilegus fit . Sed definita eft Conftitutione Severi & Antonini, *l. 20. Ad leg. Jul. peculat.* quæ furti actione teneri eum, non facrilegii . Quæ fuit Conftitutione : nam non deerant magnæ rationes quibus adducerentur homines ad exiftimandum facrilegii crimen effe non eorte quoque fpectare legum, qui feilicet fit injuria & privatis & Diis privatorum pecuniæ cuftodibus atque femper futuris infidis nifi ab ea fubripiendo manus abftinet. Duplicio fuere contrariæ quæ ratio in ea declamatione, quæ inferibitur *ὁ κόνουσος*. Co a Sopatro eft elegantibus verbis expreffa: *Ἐστι γὰρ ἀδίκημα κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡ ἁρπαγὴ τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἁμάρτημα πολὺ τῶν ἱερῶν ἐστὶ μειζόνων· ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἀνθρώπους ἀδικεῖ, τὰ δὲ καὶ τοὺς θεοὺς, καὶ τὰ μὲν ἀνθρώπινα τῶν θείων, τὰ δὲ καὶ ἀνθρώπων καὶ θεῶν κοινά*: Accedunt & alia quæ cum hanc fcripturam fit pertenuis, aut fit pecuniam loci condicionem fequi: & quod non debeamus nos pecuniam privatam a facra feparare, cum ingredimur templum eo animo ferre fur, ut fine ficra effet five privata quam inveniret, eam auferret. Ethis rationibus, ut arbitror, motus Claudius Saturninus fcripfit *l. aut fuffa, §. Sacra De peculi.* locum facere ut idem vel furtum vel facrilegium fit, fcilicet exiftimans furtum a facrilegio feparari ex loco non ex re quæ auferatur, ac confequenter id quæ res locum E movetur, facrilegium effe, fi profano, furtum. Denique facrilegium effe fubripere aliquid ex facro : quæ ratio non definato ex Conftitutione Severi & Antonini quod poffet hoc modo . Imo facrilegium eft fubripere aliquid facri. Secundum quam redte etiam dices in facrilegii crimen incidere eum, qui ex privato loco rem facram abftulerit.

CAP. XX. *Emendatur l. 16. De cond. ind. & l. pen. De confil. pec.*

IN *l. XVI. De cond. ind.* manifeftum eft Pomponium voluiffe conftituere differentiam inter debitum fub

Jio fuit eum fententiam dicebat: quod vix ullus eft qui A condicione, & debitum fub die incerto. Nam cum fcripfiffet debitum fub condicione per errorem folutum, pendente condicione repeti, exiftente non repeti, fubjecit, Quod autem fub incerto die debetur, quæ oratio noram differentiæ præfefert, & tamen differentia nulla eft inter hoc, & illud debitum, fi quæratur. *Die exiftente non repeti*: inque fegendum opinor, *die pendente*, vel *die non exiftente*: quod & legis quæ fequitur capiticio flagitat huiufmodi. Nam fi cum mariti dare pactum fit, ut fi Titius, Titiam, & fcilicet non exiftente, repetere non poffum. Recte autem loquitur de die incerto quem tamen venturum effe certum eft, vel hunc ipfum Titium. Nam fi fub certo die, ut fi Calendas fit incertum an quandoque venturus fit, veluti *Cum Titius exul sit*, hic dies condicionis inftar obtinet, *Die exiftente non repeti*: & ita definitum eft in illo fub condicione debeatur, & quod interim folvitur, repeti poteft . Adeotabo & aliud mendum quod occupavit *l. pen. De confil. pec.* Ait Ulpianus filiæ mihi aut Titio, fi folvatur Titio, & prior obligatio ex ftipulatu & poferior ex conftitutio ipfo pure permittur, *§. plane, ff. de manu. ftipul.* Sed fi ita eft, *quæ quod ex fact. nafc. dum tit.* filiumfam. judicem qui litem fuam fecit teneri, non patrem. Convenietur autem in eum quamiacem quæ fuit in pretiolo eo tempore, quo fcripturam dixit, ftatim ab initio: nam fi ab initio ageretur in folidum, nunquerretur autem adio in condemnatione, tempus condemnationis fpectandum effet, *l. filiof. 11. filiof. mater.*

CAP. XXI. *Nihil interefft Anubus aviis eandem rem diverfis contractibus in folidum vendidiffe, an pignoraverit .*

QUi duobus eandem rem diverfis contractibus in folidum vendidit, tenetur crimine falfi, *Lquis duobus, ad l. Corn. de. fal.* qui fcilicet vendendo pofferiori rem fuam, effe dixit & mentitus eft, cum antepriori jam vendidiffet & tradidiffet . Nam fi hoc non dixerit, fed diffimulaverit rem effe alienam, putem crimine falfi non teneri nam & teneri non poffe, male ceteres Glofles interpretari, Stellionatum cum res eadem venditur duobus: atque ita nullum hic in re effe differitum inter venditionem & pignus. Nam fi duobus quis eadem rem pignoraverit in folidum diverfis temporibus, & dixerit pofferiori creditori rem effe fuam, & mentitus fit, puto judicio, atque crimine crimine falfi . Idemque erit fi falfo dixerit effe liberam; ut apud Demoith. Inter, *βουλόμενος ἀναβῆναι χρήματα εἰς τὸν πλοῦν, καὶ μὴ ἔχων, ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἦλθε τὸν ἑαυτοῦ καὶ ἐδανείσατο παρ' αὐτοῦ τριάκοντα μνᾶς, ὡς ἐλεύθερον ὄντα τὸν Παμφίλου*. Sic fcilicet Stellionatus crimine tenetur, *l. tutor, §. contrariam, l. fi quis in pignore, §. ult. de pign. act. l. 11. C. de ex. fral.* non ergo crimine falfi: nam Stellionatum cum dolo crimine legitimus non concurrit : & diffimulatio quoque illa , non eft falfum & hoc demonftrat *l. 111. ff. de ex. ftel.* in illo locq . *Diffimulatio obligatione*. Hic obfto *l. ult. eod. tit.* qui non falfi fed Stellionatus crimine eum teneri ait, qui rem fuam effe falfo dixit quam pignori dabat , juraudo aut pertendo eum effe fuam . Ac refpondeo, Perjurium effe plus quam falfum, cui tamen nullam legi-

bus crimen proditum est, nulla accusatio, nulla pœna, si quis per Deum pejeraverit, & ratione hujus perjurii per se tantum ea lex non subjicit perjurium crimini stellionatus, sed quod deficiente crimine falsi, par sit non minus teneri eum crimine stellionatus, qui pejeraverit pignus suum esse quam qui simulavit.

CAP. XXII. *Cur in libertatibus non remittitur condicio Jurisjurandi.*

RAtio cur non remittatur condicio Jurisjurandi adscripta libertati, non est certe alia quærenda quam quæ adfertur in *l.* XII. *De man. test.* ne impediatur libertas, quæ scilicet aliter competere non potest, quam si condicioni pareatur. Hereditates, legata, fideicommissa consequi potes data a prætore utili actione etiamsi condicionem non impleveris, *l. facta*, §. *si dandæ*, *Ad Trebell.* libertatem hoc remedio consequi non potes: nullo denique alio quam condicione impleta. Constat etiam simplicem hanc condicionem, Si juraverit .i. si juraverit legatum sibi cordi esse, non remitti, *l. municibus*, *De cond. & demonst. l. Antistius De acq. her.*

CAP. XXIII. *An non in feminam compromitti possit.*

VIdetur ante Constitutionem Justiniani mulier integræ opinionis ex compromisso arbitrium recipere potuisse, & vel patrona saltem inter libertos suos, & domina moribus Galliæ inter beneficiarios aut subditos suos etiam ordinariam jurisdictionem habet, qui mores confirmantur *c. dilecti*, *De arbitris*; & Homeri VIII. *Odyss.* Areta uxor Alcinoi dicitur etiam inter viros disceptare lites, his versibus.

οὐ μὲν γάρ τι νόου γε καὶ αὐτὴ δεύεται ἐσθλοῦ
Οἷσιν τ' εὖ φρονέῃσι καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει.

Est & hujus rei exemplum in *epist. decet.* IV. *Var. Cassiodori.*

Sed hoc vetat Justinianus in *l. ult. C. de recep. arb.* At Ulpianus *l.* II. *De regul. juris*, scribens feminas judices esse non posse, non adjecit, nec esse arbitras posse: & rursus cum de mare scribit *l.* VII. *de recep.* nihil interesse, ingenuus quis an libertinus integræ famæ an ignominiosus arbiter sit, idem de femina non adjecit, quod in femina multum interesset ingenua an libertina, integræ famæ an ignominiosa esset: nec enim libertina vel infamis mulier arbitrium recipere potuit. Sed neque, ut arbitror ingenua & integræ frontis nisi inter libertos vel familiares suos vel quo alio jure sibi subjectos: his enim quamvis liberi sint non est indignum mulierem vetare vel jubere: quæ sunt arbitrorum non minus quam Judicum verba: & his igitur videretur etiam mulier judex esse posse, nisi alia ratio obstaret, quia judicandi munus civile munus est quod invitis defertur: arbitrium autem inviti non recipiunt, & officium arbitri privatum est potius quam civile.

CAP. XXIV. *Circumscriptionis exempla duo quibus Rhetores uti solent, secundum jus explicantur.*

PRoponunt quidem nobis ex jure Rhetores controversias multas, sed quemadmodum eæ definiendæ sint, vel earum aliquæ aliquando definitæ fuerint, fere nunquam explicant: videlicet expectant sententiam nostram vel judicum potius aut principum. Equidem libens me nonnunquam in eis definiendis exerceo. Et hoc loco circumscriptionis species duas explicabo a Cyro propositas libro *περὶ διαφορᾶς στάσεων*, Circumscriptionem dico quod ille *καταστοχασμόν*, cum quis scripto quidem legis paret & satisfacit, sed non etiam menti. Et una species hæc est, qua etiam Seneca utitur VII. *Declam.* & Sulpitius Victor in *Institutionibus*. *Lex est filios ex ancilla susceptos esse liberos, nec minus heredes patri quam legitimos. Lex ut bona paterna dividat qui est major ex fratribus; eligat autem minor.* A Qui habebat filium ex legitimo matrimonio, & alterum ex contubernio, vita decessit: filius legitimus divisit patrimonium quasi major natu, ita ut ex una parte poneret matrem fratris, ex altera bona reliqua, quæ scilicet non erant pluris quam mater: minor elegit matrem, & a fratre se circumscriptum esse ait, qui diviserit quidem ut potuit, sed non secundum sententiam legis, quæ divisionem ita fieri vult ut ad utrumque perveniat emolumentum, ex hac divisione nullum ad se emolumentum pervenire, quod omnino sit matrem electurus, nec eam habiturus in servitute. Certe Communi dividundo vel familiæ erciscundæ judicio circumscripto officio judicis emendari potest, etiamsi is qui in divisione circumscriptus est major sit XXV. annis, *l. 3. C. com. utriusque jud.* ut in aliis judiciis bonæ fidei, B *l. 3. C. ex quib. cau. ma. l. jure*, §. *ult. ff. de jur. dot.* Verum in hac specie cum justa sit divisio, etiam si forte major circumscribendi animum habuerit, non est quod minor de divisione queratur, qui matris suæ libertatem adeptus est, quam alioquin frater major natu retinuisset in servitute, si minor alteram partem elegisset. Prior lex illa fictitia est. Posterior vera, ut major dividat, minor eligat, & vetus, licet in hanc rem ex libris juris quod proferri possit hodie suppetat tantum *c. 1. de parrochiis*. Augustinus *de vita clericorum*. Ad ipsum, inquit, quia major est pertinet divisio, & ad fratrem ejus electio: & ita Democritum apud Diogenem legimus in dividenda hereditate elegisse quod esset tertius frater: & in aliis quoque causis optionem juniori deferri apud Xenophontem III. *ἀναβάσεως*. Verum apud Cyrum ita est legen- C dum, *νόμος κελεύοντος διανέμειν μὲν τὸν πρεσβύτερον, αἱρεῖσθαι δὲ τὸν νεώτερον*. Altera autem species quæ ab eodem proponitur hæc est. Senatusconsulto sive Oratione D. Marci & Commodi cautum est, ne tutor pupillam vel filio suo vel sibi nuptum collocet, quæ porrigitur etiam ad tutoris heredem extraneum, *l. libertum*, §. 1. *De rit. nupt.* nam prohibitionis causa hæc est, ne si is, qui tutelæ rationibus reddendis obnoxius est pupillam uxorem ducat, simul & circumducat eam & circumscribat cohibitis tutelæ rationibus: quæ ratio cum cesset in filio exheredato, ideo videtur filio tutoris exheredato pupillam nuptum collocari posse, nec enim exheredatus tutelæ a patre gestæ judicio tenetur. Nunc finge: Tutor filium exheredavit: post filius pupillam uxorem duxit, ac deinde mutato testamento tutor D eundem filium heredem instituit. Pupilla se a tutore circumscriptam esse ait, qui non alia mente filium exheredaverit, quam ut interim nupta ei pupilla, mox alio testamento eundem filium heredem institueret: & est similis *καταστοχασμός* in specie *Nov.* LXIII. & *l.* III. *C. de repud.* Verum nihil est necesse hac de re quærere, quandoquidem filio tutoris exheredato pupillam constat nuptum collocari nec vivo tutore posse: quia mutare testamentum potest in quo filium exheredavit, nec mortuo, quia fieri potest ut per fraudem in eum contulerit bona quædam legati aut fideicommissi aut donationis causa, quæ jure tacitæ hypothecæ propter tutelam revocari oporteat, *l. pen. ff. de ritu nup.*

E CAP. XXV. *Circumscriptionis species, quæ est in l. 3. C. de repud. & alia quædam.*

STipulatio reddendæ dotis concepta est in casum mortis non in casum divortii ab eo qui dotem pro muliere dedit: matrimonium solutum est divortio non morte: defecit condicio stipulationis: at postea redintegratum matrimonium est: an etiam redintegratur stipulatio. Sic sane si imaginarium divortium fuerit, si factum circumscribendi stipulationis gratia: quia nec tali divortio solvitur matrimonium, nec extinguitur stipulatio: atque ideo ex morte committitur stipulatio perinde atque si nullum divortium intercessisset: & hæc est sententia *l. 3. C. de repudiis*, ad quam

quam quod Græci adnotant in integra Constitutione A Diocletiani & Maximiani illud insuper additum quod etiam probatur *l. inter*, §. *ult. De pact. dot.* non redintegrari stipulationem semel extinctam redintegrato matrimonio, videlicet si verum divortium fuerit, summe notandum esse censeo nobis, qui neque habemus Codicem Hermogenianum, neque integras Constitutiones Imperatorum, sed *ἀποσπασμάτια* tantum quædam, & optamus tamen habere, & esset melli habere: nam si non omne, vel tantillum quod unde unde potest corradi quodque licet habere, ne contemnamus. Aberrabat his animus, qui eam Græcorum adnotationem sic accipiebant ac si esset in *l. 3.* supplendum, quod illi scribunt fuisse in integra constitutione: & multo magis legentibus ad *l. unicam*, *C. de rei ux. act.* quod scribit B Theodorus in fine propositæ Constitutionis caveri, ut liceat mulieribus renuntiare hypothecis lege introductis propter causam dotis, idque referentibus ad finem, *l. ubi*, *C. de jur. dot.* cujus ante mentionem Theodorus fecerat, & mox autumantibus deesse illud idem in extremo *d. l. ubi*, & ex Theodoro suppleri debere: nam propositam Constitutionem sive *προκειμένην*, ut est in Græco Theodorus vocat non *l. ubi*, sed eam ipsam in quam scribit quæ non longe a fine ex Anastasiana Constitutione tradit, mulieribus licere hypothecis renuntiare, quas dotis nomine lex eis dedit in bonis mariti. *Τὰ δὲ ἅμα τούτοις ἀλογήματα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν πάντα, πλὴν τινῶν ὀλίγων.* In *l. 7. C. de nupt.* ita legunt. *Atque ideo non pœnitente filia, petitionem dotis repetere non prohiberis*: & ex ea plane jus constituunt iniquum & C novum, ut possit pater repetere dotem profectitiam non consentiente filia: corrupta quidem ea lex est fateor, sed non ita emendanda: quis enim sic loquitur? verum hoc potius modo. *Atque ideo non renitente filia petitioni, dotem repetere non prohiberis.* Non renitente, id est, non contradicente: nam taciturnitas filiæ consensum imitatur, *l. 2. §. voluntatem, solut. matr.* Iidem in *l. 6. C. de nupt.* pro susceptos reponentes conceptos, moventur eo quod sic habeat Thalelæus sive *τὸ κατὰ πόδας*. Sic habet sane secundum Herveti interpretationem. Ceterum in Græco est *συλληφθέντας*, quod possis non minus interpretari susceptos quam conceptos: & ita *l. ex facto*, §. *ex facto*, *ff. ad Trebel.* & aliis plerisque locis, susceptis pro conceptis: nec mutandæ igitur scripturæ receptæ ratio ulla. Sed neque in *l. 23. ff. de jur. dot.* Nam quod ait D in stipulatione vel datione dotis causa facta non esse necessariam adjectionem dotis, cur tu mutabis etiamsi id Græci ita expresserint rei dilucidius explicandæ gratia, adjectionem condicionis hujus scilicet, Si nuptiæ sequantur? nam si dicis dotis adjectionem non esse necessariam, & hoc dicis nuptiarum mentionem sive adjectionem non esse necessariam: nec enim est dos sine matrimonio; & qui dotem dicit, & matrimonium dicit. Et rursus hisdem ex Græcis in *l. Bæbius*, *De pact. dot.* post hæc verba, Marullus nata filia diverterat: libet adscribere, pacto cum uxore interposito ne ab ea peteret: quæ verba si essent *ἐν τῷ κατὰ πόδας*, moverent aliquantulum: sed cum sit *ἐν τῷ πλάτει*, quo copiosius pleraque enarrantur quam fuerint expressa in ipso contextu & temere contraque mentem Jurisconsulti sæpenumero, non possum nisi dolere vicem istorum, qui libris E abutuntur. Nam si *ἐκ τοῦ πλάτους* licet supplere quasi desit aliquid, non lex Bæbius tantum, sed nec ulla alia lex erit quæ non judicetur esse manca.

CAP. XXVI. *Sententia l. 3. §. Sed si supra, uti possid.*

NOnnunquam evenit ut quis supra alienum ædificium cœnaculum habeat in quo moretur non quidem jure servitutis *l. hoc quod dictum*, *De serv. urb. præd*, sed quasi jure dominii, puta quod inferius ædificium alter ædificaverit suis sumptibus, ille vero cœnaculum superius, forte data duobus aut tribus facultate ædificandi in loco publico: quod ita quandoque factum Romæ Dionys. indicat. his verbis *lib. x. εἰ δὲ δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ ἐπὶ πλείους συνελθόντες ... κατεσκεύαζον ... ἕτεροι μὲν τὰ κατάγεια λαμβάνοντες, ἕτεροι τὰ ὑπερῷα*. Et hoc casu multum interest utrum cœnaculi dominus scalis aditum habeat in cœnaculum, an si e plano, sive a solo publico: nam si scalis, in interdicto uti possidetis potior erit is qui inferius ædificium possidet, quia solus ædes intelligitur possidere: nec quidquam interesse opinor scalæ sint versæ in ædes, an in publicum: quem usum scalarum Livius demonstrat XXXIX. his verbis. *Cœnaculum supra ædes datum, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes verso.* Sed si e plano aditum habeat, puta altero habitante in cryptis, sane hoc casu non is, qui in cryptis sed qui supra cryptas B habitat, intelligitur ædes possidere, & vincet alterum interdicto uti possidetis: & hæc est sententia *l.* III. §. *sed si supra uti poss.* Inferiora ædificia Dionysius *κατάγεια* dixit quæ alii *κατώγεια*: & apud Harmenopulum Epitomarum 2. sic legendum est, *ὁ ἔχων τὰ ἀνώγεια, τοῖς ἰδίοις ἐπικτίζει ὅσον θέλει μηδ' ὅλως μέντοι τὰ κατώγεια ὑπερβαίνων*, ex *l. cujus ff. de serv. urb. præd.* Etiam illud addam quod docuimus libro decimo, eum qui in alieno solo mala fide ædificavit sumptus domino reputare posse ex *l. plane, de pet. her.* confirmari. plebiscito relato a Dionysio, ut qui vi aut clam ædificassent in loco publico receptis sumptibus ea populo restituerent, quam in rem creabantur curatores locorum publicorum persequendorum, sic nuncupati. Verba Dionysii hæc sunt eod. libro. *ὅσα βεβιασμένοι τινὲς ἢ κλοπῇ λαβόντες ᾠκοδο-* C *μήσαντο, κομισαμένους τὰς δαπάνας ἃς ἂν οἱ διαιτηταὶ γνῶσι, τῷ δήμῳ παραδιδόναι.*

CAP. XXVII. *Sententia §. ult. l. ult. De ser. urb. præd.*

NUnquam probavi, quod scribunt quidam in *l. ult.* §. *ult. ff. de ser. urb.* Januam in publico aperire hoc esse, januam in publicum rejicere, ita ut fores aperiantur in viam publicam, ut mos erat Græciæ: nam Romæ hic mos nunquam invaluit, & præter Plinium, Plutarchum, Asconium, etiam Dionysius e publicis vel privatis ædibus solas M. Valerii Publicolæ fratris ædes Romæ scribit habere januam rejectam in publicum his D verbis: *μόνης τῆς οἰκίας αἱ κλισιάδες θύραι μόνης τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσίων τε καὶ ἰδιωτικῶν εἰς τὸ ἔξω μέρος ἀνοιγόνται*. Sed id commenti sunt qui præclaram ejus loci speciem non adsequebantur. L. Titius aperto pariete domus suæ januam in publico aperuit quatenus stillicidii rigor & tignorum protectus competebat, quatenus ambitum ædium Scævola definiebat auctore Cicerone: non est igitur egressus ambitum ædium in aperienda, neque vero potuit: & adversum se tamen aperiri januam quæ non fuit ante: vicinus æquo animo non fert motus invidentia quadam, qua etiam moti quidam sæpe non ferunt e regione ædium suarum construi ædes novas, e quibus sit conspectus in suas, de quibus ut de illo *d. l. ult.* etiam dubitatur apud Harmenopulum, 2. *lib. tit. περὶ καινοτομιῶν*, an ad prohibendum aliquam E actionem habeant: & placet nullam huic invidentiæ paratam actionem esse, & iniquum videri si vel non liceat cuique in suo solo ædificare vel januam in suo aperire, qua exeat in viam publicam propter conspectum vicini. Sed addit modum *d. l. ult.* si aperta janua neque itineri vicini officiat neque eripiat vicino lumen de cœlo, quod forte *κατὰ σύνθλιψιν* capit, nec rursus vicini stillicidium cohibeat ita porrecta janua quantum patitur ambitus ædium, efficiendo ne ut solebat, stillicidium a vicini domo cadat. Sic enim proculdubio illa verba sunt accipienda, Neque stillicidium ne vicini domo cadat: *ἀπὸ κοινοῦ* repetendo, neque officeret ne stillicidium vicini domo cadat: quod qui non intelligebant malebant legere, neque stillicidium in vicini domum

domum caderet. Placet autem valde brevis & simplex, & quæ a Græcis prodita est cum paradoxi interpretatio. ἐὰν δὲ τὴν ἀκολουθίαν μὴ φύλαξῃ ὁ ἀποδόμενος τοῦτο τὸ κατὰ τὴν ἐξουσίαν, λύεται τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν πάντα ἀκύρωτα, ὡς εἰ μὴ ἐπιπράσκειν τοῦτο ἐκέλευεν.

CAP. XXVIII. *Cur creditis vel solutis alienis nummis non aliter mutuo obligatio contrahitur vel liberatio contingit, quam si nummi confumpti sint.*

CErti juris est, creditis vel solutis alienis nummis ita demum, quasi ex mutuo, contrahi obligationem vel relevari contingere liberationem si nummi consumpti fuerint: cumque alteri nemo integri fiat nummi, nec condictionem effe nec liberationem: & consequenter fi patet fillie nomine nummos alienos creditos fibi vel fo. Barbatio nomine in dotem delatos, non ante dotem profectitiam fieri quam nummi confumpti fint: *l. pater filiæ, de jur. dot.* quæ contungenda eft cum *l. si ex certi nummo, De folut.* & his non dubito locis ex eadem Papiniani libro Ulpianus refert, *l.* XIII. *De reb. cred.* Hujus juris rationem nefcio an unus quifquam intelligat, qui nec quando nummi confumpti dicuntur intelligat. Confumpti funt qui dominio confumpti funt, qui domino pereunt, quorum vel nomine nulla domino actio, petitio, perfecutio eft. Sane fi ea, cui credit aut folvi funt nummi alieni, eos ita diffipaverit bona fide ut nufquam appareant, confumptio hujufmodi conciliat mutuum, conciliat numerationem quam non conciliarent numeratio: quia numerationis tempore eorum nomine actio domino fufficiebat, quæ confumptis nummis bona fide nulla fufficit, in ea fola interpretatione bona fide fuftum perinde res habentur atque fi nummi alieni non fuiffent: non & mutum non eft cujus nomine nulla mihi fupereft actio. Quod fi ea, cui credo confumpti fint, pro integris habentur non pro confumptis, quia domino fupereft actio ad exhibendum, *l.* XI. *§. ult. De reb. cred.* Sed fi quis nulla fide nummos alienos in creditum vel in folutum dederit, quos ita mifcuerat fuis ut diferni non poffent, hoc cafu nulla cum eo, qui bona fide accepit, dominio competit actio, nec fi fuerit. *Iouari*, eft quidem mihi tecum in rem actio, *l. si tu pr. De rei vind.* fed non cum eodem tua, cui forte ex eo acervo tu folvifti quod debebas: & fic quod ad creditorem attinet confumptum domino frumentum videtur: idemque eft dicendum, fi quis frumentum alio malo vel pecuniam vel frumentum alienum non fuo confudiffet: fed integrum creditori eft vel folventi bona fide accipienti, & furti vel ex caufa condictioni domino præftitit, quia cum domino fatisfactum fit, & extincta fpecificatione quæ ea eft competebat plane eum proprietatis ei videtur pecunia, confumptumque frumentum quatenus extet interfit domini, *§. 1. De folut.* & confequenter dominium eius pecuniæ frumentive illius effe intelligitur qui accepit: quo pofito, fequitur folventi liberationem contingere, credenti condictionem competere & non ex numeratione, ex confumptione, & non De rebus creditis, De bonæ dependit.

CAP. XXIX. *Defenditur verius fcriptura quibuflam locis Digeftorum.*

NOlo in *l. si is cum quo Com. Divisi. pro mora tulit.* reponi *magiftratus imperio* pro *domus eft indi-*

A gnatio, ut *l. nullum, C. de teftib. l. omnes, C. de off. rec.* pro qua impulfus Judex non refpondente aliquo ad defenfum dicitur domum fuam evertiffe & rebuffa fecciffe, ut accidiffe alias legimus apud Dionyfium Alicarnaffeum, lib. VIII. his verbis, τὴν οἰκουμένην ἐπιπλεῖν ἀνεπιλήπτως, ἐφ' ἅπαν ἀντικρούοντος τοῦ πλοὸς τὸ χειμῶνος ἐξαίφνης ἐπιὸν, χεῖρα ἀνέῳγεν ἐκκλησίαν ποιεῖσθαι, ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ καταγωγίου κατεῖχεν. Nolo etiam in *l. 11.* in fin. voc. emendari, *neque est, qui propter foci reftitutionem vade fe mancipi non poffunt:* & placet in agia, *fe movere*, ficut in *l. pen. De tranf. nemo, ait, mutare judicandi tempus, qui fatisdationem nullo fuo ne difadvare ab eo fine reliquæ non poffint & l. neque, De fid. lib. non contineri S. C. Rubenianum, quod de fenatufconfulto Trebellianum, ut de loco facto fi ve afylo in jus vocari, quem non poffe volubiliter, ut opinor, adfentiffet nec dubito fin. Sed neque e duo non non poffe, ut in *l. 11.* in ea lege tradit: & XIII. & XIII. fed quæ perfonæ quoque ex temporis non poffint in jus vocari: ea præterea fe movendi verbo vix huffet ufus, fed adhiberet vel fi quis melius. At mos certo certius eft in *d. l. 11.* non fe fpectare Principes. Nec eum qui eoque publico in caufa publica tranfeuntibus, ut cum verbo Bofiaco retulit refte & tranfeuntem equitum: fed feripfifle Ulpianum adnotare debuit, in Capitolium, ut Plinius, vel in Caftoris Pollucis, ut Dionyfius, qui templum Saturni Capitolium τοῦ Διὸς τοῦ Ὑπατοῦ ἱερὸν vocat. Ultimo autem loco dum ait *d. l. 11.* eum in jus vocari non poffe qui funus familiare effert memorat Ulpianus, ut *funus familiare* vocat, nam & inter caufas excufandi militis qui condicto die non adeffet, has duas ita conjunxit Cicero apud Gellium, *Funus familiare, Feriæ denicales, & non poffe fe decere diverium tumulti, fed & juffa ferre. Ovidius, Illa qua poftrit pafta feruntur avis: Statius Miferabile fuvgit Cerberus ore fonos, Feriarat Ditis Proferpina. & his locis Ovidii* III. III. *Plauti pronuba buffa tuli: & Statii* VI. *Quid tunicis fertis buffa regis, fcilicet dum juffa non buffa.*

CAP. XXX. *Explicatur & emendata quædam in his, quæ ex Juliano Afcalonita architeclo prodidit Harmenopulus.*

CYmachus in *Euchelicem* fenefiras obliquas & angiBhoni rectas dixerat. Hinc ludos ait Julianum adverfus hoftes reftituiffe vocat: & ita in his quæ ex Juliano architecto retulit Harmenopulus reftituit interpretari oportet non aetas, fed fenefiras angulofiores: nam fi inter unius aulam & locum parum alterius fit decemno integro medius paries antiquus, & aulæ dominus lumina exaggerat annui: ne pariete refpiciat dominum loci puri, fi cum interfiftere velit interminere debere tria cubita & trientem. Sin vero lumina non exaggerat per fenefiras ejufdem aulæ, fed in alia parte aulæ (quod vulgo male interpretantur) nullum interminari fpatium ob fenefiras: & hæc eft quod ait, τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἔχειν, ὡς τὰ ἐπιφερόμενα, ἐν τοῖς διαζώμασιν ἐστιν. Eft autem fuperiore loco legendum, οὐ γὰρ τὸ ἔχειν ἀπὸ τοῦτο ἀπὸ τοῦτο ἀπὸ τοῦτο

nio supponatur emptor forte cum domino qui se do- A
mino asserat, quum si dominus technam fieri cognoscisset, forsitan non hoc indulsisset animo & malevolentia servi ut eum abalienaret, quod arbitror istis esse manifestum. Illud est valde singulare quod eadem *l. cum servus* offendit, & *l. eo tempore, §. ult. De pec.* non teneri dominum ultione de peculio ex eo contractu quo servus domino se adstrinxit: nec de eo contractu cognitione peculum cum praetore exercitum ex contradictione servorum dedit ultiones de peculio: puto nec ex delictis fervorum dari noxalem actionem quibus collatione cum eo adversus quem delinquitur videtur, si quis, ut de domino fabricaverit, qui forte solvendo non est: & eadem est sententia Platonis *lx. de legib.* Servus noxamento dominis condemnatorum deteriorem facit, *l. 1. §. quod ergo, ff. de ut & ui &c.*

CAP. XXXIII. *Thalelaei interpretatio ad l. pen. C. fam. erc.*

REstitime Thalelaeus Grzecorum doctissimus & nec ceteri fitemur *τὸν ἁρμόδιον ἐπιτρόπον l. pen. C. fam. erc.* accipit de filio vel utpote emancipato, ut si repudiare hereditatem avi, nec cogatur fraudatus conferre quae donationis vel quo alio titulo ex bonis avi ad eum pervenerunt, quia donatio quae in emancipatum conferme flarim valet nec impingit contra formulam legis alienatio admiculo, ut ait *l. 11. C. de transf. dan.* Sed & fuerit in poteftate avi, donatio in eum collata non valet: nisi favus professverit in eo voluntatem, ut ei moriens, atque etiam nifi eam donationem confirmaverit arbiter dividende hereditatis, & quafi praecipuum a nepote deduci praecipiebat, ut *l. xxviii. C. fam. erc.* tum & hoc eft iurer emancipatum & fuum, quod facta donatio emancipato fi inofficiofi fuerit recurrere pro modo Falcidiae per querelam inofficiofae donationis, facta autem fuo, per officium arbitri familiae erciscundae *l. l. 11.* Secundum haec fi negos qui eft in poteftate avi abftineat fe hereditate ejus, etiam dotalia filii ab avo perdit & confere fraribus, quia cefiat ratio familiae erciscundae, ac proinde cefiat remedium quo res donatas praecipere poffit, *l. 8. 111. C. de collat.* nec *§. qua res ff. eod.* erit accipienda de filio emancipato, fed de emancipato fe abftinere dicuntur ju ftirte hereditate patris donationem amplecti poffit. Sane in fpecie *d. l. pen.* Sui juris fuiffe nepotem ex eo apparet, quia ex fuo peculio fibi acquirere ex causa donationis, vel ex alia causa de bonis avi. Ea Thalelaei interpretatione videntur effe haec quae adducuntur in Bafilicorum *d. l. pen.* Ὁ μὲν γὰρ τοῦ ἐπιτρόπου *ὄνομα ἐνδέχεται ἐν ταύτῃ τῇ τοῦ κυριακοῦ φησὶν, ἐν ἐξουσίᾳ καθὼν καὶ ἔχουσα:* nam & plerique alii ex Thalelaeo fepe id conjecturam dederunt inferunt, ut nominatim alii interpretes Graeci notarunt ad *l. 11. C. de legg. &c.*

CAP. XXXIV. *Defenditur Conftitutio l. 1. C. quod cum eo Qr. adversus ea quae obiicit, nec contraria objectione bene explicari folent.*

SI filius. voluntate patris decurio factus fit, & poft B
Dominum creatus tutorem, non tenetur nec exigerit fidem tutelarem, patet pupillo tenetur tutelam de peculio & de in rem verfo, non in folidum, *l. 111. §. 111. De privil. l. 11. §. pen. ad municip. l. 1. §. de neg. gest. cum Contra, l. 1. C. quod cum eo, &c.* ait patrem pupillo teneri in folidum ii voluntate patris filius. factus decurio, & a Dominutre tutor datus, male gefferit tutelam. Diverfe funt fpecies. In hac filius. qui voluntate patris decurio factus eft, & poftea tutor datus videtur voluntate patris, ideoque quafi agnoverit turelam pupillo teneatur in folidum ut fideijuffor: quia confentiendo decurionatui filii agnofcere videtur omnia numeri civilia, quae quandoque injungentur filio. Facitetiam patris pro voluntate accipimus atque conjecturam, *d. l. 11. l.*

homines, §. ult. De decur. longe aliter quum fi filius non decurio, fed qui decurio factus eft contradicente patre tutor datus: nec enim hoc cafu fcientia & tacitumitas patris pro conſenſu habetur, imo nec admonitio patris fi filium monuerit fcire, & cohortetur fimpliciter ut bene utelam geratur, *l. fi filiofam. De tutel. l. Lucius, de adm. tut.* atque ideo pupillo non aliter teneatur in folidum quam fi turele conſenſerit fpecialiter. Illo autem cafu etiam filio pupillo in folidum fi patria vel tacito conſenſu filiusfam. decurio factus-fit, videtur: Dummvir creatus voluntate patris, fed tutor quem is dedit non videtur etiam dare voluntate patris, ideoque pupillo cui extraneus datus eft tutor non filius, patet non teneatur in folidum. Priore cafu non videtur cavifle pupillo, poſteriore videtur cavifle.

B

CAP. XXXV. *Emendantur loci quidam libro tertio Cardini de reprehendendi ac quafi fubripiendi verbo.*

IN *l. vi. C. ad exhib.* perfpicuum eft legi debere, *fe transferre* pro *transferre* neptere, quae verba ex *l. 11. C. de transf. l. quidam, ff. ad leg. de adul. falsumve accuſationem emplore. & l. ult. C. ad leg. Iul. de vi pub.* Solemnia funt interpretum. & fatisfactionem & fatisfactionem de peregrando reo. In *l. 1. C. fin. reg.* legendum, *facta pupilli* & pupilo poft malim, *teſtatricem*, quam *testatore*, ut *l. 9. in princ. ff. de adim. legat.* Tradito poffeffio non venit, & *l. pen. C. com. divid. diversarum communionum*, non *dirigentur* Or *l. 7. C. adi ea. fide.* limitum quod Accur. notavit non minus in *l. Publii, ff. de transact.* & quae ad *transigendum*. In Digeftis, *l. Lucius, de eff. emp. l. malier, §. 1. ad S. C. Treb.* unum mihi valde placet verbum repreſtandi, & de reprehibet in repreſtandi: nam ut Plauto & Catoni & noftris auctoribus reſolvere & quod vetus rem ſolvere, ita reprehare rem praeſtare, ut *l. 6. ff. quod cum eo*, & Quarvius rem praeſtare non poffit. Expromiſſor quafi fideiuſſor dicitur, *l. 2. §. penult. ff. de fidei. & in S. C. Velleiano* fideiuſſionis verbo continetur expromiſſio & *l. x. De in rem ver.* parit. hoc fiunt, debuiſſere judicium *l. 1. §. ult. De fidejuſſ.* Expromittere: *l. de pupilli. l. ult. Quod cum eo, &c. quafi fideiuſſionem effe videri* (ſic lego) *cum quis pro alio debitum ſuſcipit*, id eſt, cum expromiſſor quis ex mandato eſt in alterum, alio ulla quia nec fervus naturaliter obligatur extra rem peculiarem, *l. ult. de fidejuſſ.*

C

D

CAP. XXXVI. *Les praedurum vendendorum de quo in l. utimur, De fepul. viol.*

POmponius ait in *l. 5. ff. de fepul. viol.* legibus praedurum vendendorum cavere ſolere, ut ad ſepulchri quae in his praedurum ſunt jure ejus, qui ea lege fecit faciendi ſit. Sic eſt ſcriptum Flor. Alii habent, *iter eis*. Alii malunt *eius aditus*. Florentina ſcriptura veteri proximior eſt: nam una tantum literula abeſt. Florentina egregie reſtituitur hoc modo, ut ad ſepulchra, quae in fundo ſunt iter & jus aditus, ambitus fuerit faciendi ſit. Iter debetur ſepulchro quaſi ſervitus praedialis, *l. 3. Quemad. Dr. antic. l. 14. §. ſervitus, De ſervit.* & accipitur ita frequenter legibus praedlorum vendendorum, aut ultima voluntate, ut in inſcriptione Neapolitana, *Locus ext. ſepulchri & itineris*: & in Canuſina, *Liberis libertabuſque meis C. in cuius monumentum cum P. xv. & iter. C. in cuius*, id eſt centum in cultorum, ut in alia inſcriptione, *ſtatu monumento ex teſtamento in cuius in locata ſunt H. S. y. cum P. xv.* Hoc vero eſt ambitus monumenti: & fic M. Tullius *Philip. 9.* ut *locum ſepulchro dedit xv. quoque verſus adſignet.* Hic addi & haec Veronenſis poteſt. *Hujus monumenti conjunxi aceſſit iter ac jus ad puteum haufiendi aquae.* Nonnunquam iter accipitur pro jure perſonali, ut cum dicitur fructuario aditum & iter eſſe praeſtandum, *l. 1. §. 1. Si uſufr. per.* quod jurisconſulti dicitur in *l. patet, de ſerv. leg.* & jus aditus illo loco, ut emendavimus,

mus, & paulo ante, jus eundorum ſepulchrorum, & A
ita antiqui lapidis inſcriptione huiuſmodi, *In hoc monumento jus aditus ambitus liberosve ſuos ſervosque meos amnibus patet.* Et forte aditui quoniam iter jungitur, ſtipiter praecedat ſive aditus, non pro ſervitute iter accipitur ſed pro aditu & jure perſonali: ut in illa inſcriptione quae ſic habet, Huic monumento iter aditus ambitus debetur ex ſententia Erotis Aug. L. judicis: & mox, Idem monumenti iter aditus debetur. Porro inutile eſt monumentum five ſepulchrum fine aditu, & ideo qui excepit ſepulchrum, videtur etiam excepiſſe iter vel aditum, *l. ſi ſervitor, De relig.* & non tantum aditum fed & ambitus, ut *l. ult. C. De ſepulcr.* qui excipitur iter & ambitus, *l. qui ſibo, De ſerv. ruſt.* & in antiquo titulo, *Ius ambitus anae praeſtandi.*

B

CAP. XXXVII. *Emendatur l. x. quotiens, De compenſ.* Oudidio ex cauſa furtivi ſimilis eſt adloni in fa- C
ctione cauſa dotis quae datur ex edicto, & alienatione judicii mutandi cauſa facta: utraque ad tri perfectionem pertinet, utraque pecuniaria non penalis, & tamen videtur ex delicto dari, atque ideo in hrem datur non niſi in id quod ad eum pervenit, *l. quia pervenit, De alien. jud. mut. cau. l. xxv. §. hoc edicto, ff. ver. oblig. l. ult. C. mut. l. x. §. ult. ff. de in rem ver.* & *mox ibi. & non ult. ff. eod.* recte *d. l. xxv.* ſcriptum eſt duntaxat hereditibus cum dari, nec adjectum, & in heredes (*). Non datur, inquam, in heredes conditio ex mutui ſimilitudine, vel conditio rerum amotarum, nifi forte ille conſtituta cum debuiſſo, ut *l. 15. de cond. fur.* adhibita *l. 11.* in *fi. De pec. ſtip. l. ſi hominem. §. ult. De cond. furt.* nec ipſe contrectet, *l. vii. §. ult. ff. de cond. fur.* Et nifi obliget *d. §.* hoc edicto, poſſet tenari exemplo illius adſionis de alienatione judicii mutandi cauſa facta. Pruinde non, *l. vii poſt annum, ff. de alien. jud. mut. cau.* Nec enim perpetuanda videbatur actio, quae prodita eſt contra regulas juris civilis. Et ex delicto eam natam eſſe probat etiam *l. x. §. quotiens, De compenſ.* hic verbis, Quotiens ex malicioſo oritur actio, ut puta ex cauſa furtiva; quibus ſane manifeſtiſſime datur intelligi, non adhiberi furti praetorium, ut & ſequentibus, Si de ea re peculiarie agetur, ſignificans pecuniariae actionis ex malicioſo compendiariam oppoſitionem, ideoque non legendum non *idem eſt*. Sed, *Id eſt & ſi condicatur ex cauſa furtiva*, quod confirmant Baſilica, in quibus omnis illa perſequi ubi furtum fermone commemorata eſt: *ὁ ὑποκείμενος ἐγκαλούμενος ἀντὶ κλοπῆς, καὶ ἐπὶ ἀναγκαίου ἐγκαλούμενος, ὁ πολλὰ ἐπιτιμώμενος*. Conditiones furtivae jungitur actio noxalis quae cum inde etiam ex condictio & ipſa pecuniaria eſt *l. vi. §. 1. De ve ind. l. quod ait, §. ff. de noxa. act. l. 111. C. Cod.* Condemnatio enim ex re, & in praeſentiam certam, ut patet ex formula ſeparatim praeſcripta in penali judicio in Inſtitutionibus, *tit. de off. jud.* & notae deditio in ſolutione eſt ex xii. tab. non in condemnatione. Similes errores alios notavimus, *Obſ. ix. cap. xxi. & xxii.* in Flor. perfimilis *l. xxx. in fin. De eff. emp.* Et ita quoque in *l. xxxvi. De ſer. injuſt.* legendum opinor, *Servus unus a nemine mortis cauſa donatur, mortis manet*, & ut *Julio quoque videtur, id eſt*, ſi ſcripſerit, &c. & *l. 1. C. de alien. pup. prop. id eſt*, & ſi de ſtatu, *l. item varium, De ſtat. Donat.* & *l. ult. De ſer. fund. & portio, leonis, & l. 2. D. de ufuf. leg. Gai* ſi prohibeat *haeres capi teſtitur, id eſt, eſſe ſervus ſe locaverit.*

D

CAP. XXXVIII. *Conſtitutiones Graeca, quae defideratur in tit. De teſtibus.*

TItulus *de teſtibus lib. vi. Codicis* incipit a Graeca Conſtitutione forte Antonini, ne teſtes recipiantur adverſus tabulas vel inſtrumenta quae etiam teſtium ſubſcriptionem habeat: plus enim viritim habe-

E

Tom. III. Prior.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 21.*

habent ius vindicandorum bonorum intestati, & quoniam A rem interlocutiones judicum quæ διπλαῖαι vocat, ut Novcxvi. fiunt sine ullo impendio restium, quod etiam in aliis perfonis locum habet. Verba autem ejus Constitutionis non prodesse videntur, quæ protuli jam Obf. viii. cap. xiii. quo loco & decimæ quintæ duntaxat particulam obfuere protuli, cum nondum eam effem nactus integram, nec fatis bene tenui numerum & ordinem earum Conftitutionum.

CAP. XXXIX. *Tenetur, in heredem non tenere dari actionem venientem ex contractu fi delictum quoque verfetur.*

B Actio aut ex delicto nafcitur aut ex contractu. Scio effe vulgatum, actione ex delicto defuncti, heredem in folidum non teneri, ex contractu teneri, licet in ea actione teneatur, veluti dolus non aut lata culpa. Sed repugnare *l. 1. C. de her. tut.* fi modo detracta negatione in ea ficut eft in Baffilicis legas hoc modo, *Heredes tutorum negligentiam, aut culpæ comparari poffe, condemnari non oportet*. Baffilica, τοὺς κληρονόμους τῶν ἐπιτρόπων μὴ δεῖν μεμφθῆναι ἢ προσέχειν κελεύειν ἀλλ' ἢ δόλῳ. Ita legendum eft omnino, ut nam heres fi ex contractu defuncti teneatur, & ex ea cauſa teneatur qua defunctus tenebatur : ergo ex levi culpa, quod inſtitutum eſt *l. fed. tut.* dum ait, negligentiam proprium, id eſt, culpam levem heredis proprium heredi non imputari, τοῦ διαδόχου facilitor negligentiæ defuncti quæ heredi imputatur : & in *l. 4. ff. de neg. eorum.* de negligentia heredis propria agitur, dum ait, C heredem tutoris negligentiæ nomine non teneri, ut oftendat facilitor plenioremeffe in tutorem, quam in heredem tutoris adjungit, id eſt, tutori imputari negligentiam fuam, heredi tutoris non imputari negligentiam fuam. Sed quia in ea lege heres tutoris compatitur heredi magis fuo, nifi ex eft in *d. l. Earum* ex damno ejus quo cum contraxit defunctus, captaverit, licet id non pervenerit ad heredem, & nifi lucrum ex eiufdem damno perfecit, ut ibi pratfitetur : exceptiones fiunt fane, una dolli exemplum continet, altera late culpæ, *l. fi procuratorem, §. uli. Mand.* Ergo propofitio eius legis effe debet dolo, aut lata culpa defuncti : quæ inſopofitio fatis per fe eſt perfpicua ab ea lege eradendum eſſe negationem : quod fi in ea eft eradenda, & in *d. l.* igitur & quod vulgatum dixi initio, illis duntaxat actionibus locum habere, cum lucrum ex damno alieno captarum aut gratia præſtitum eſt, non ex qualibet cauſa & dolo aut magnæ culpæ defuncti, nifi cum eo fis fuit conſentus. Et hoc eſt quod dicitur in Inſtitutionibus *tit. de perp. & temp. act.* aliquando ex contractu actionem in heredem non dari veluti cum teſtator dolofe E verſatus fit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit.

CAP. XL. *Extendatur l. x. ff. de cond. & dem. & l. xix. in ff. de lib. & poſt.*

Qui dotem promittit pro muliere, fub hac conditione eam promittere videtur, fi nuptiæ fequantur, *Inſtitutionum, De jur. dot.* qua re fit ut regula Catoniana ad eam ſtipulationem non pertineat, *l. lxvii. eod.* Eft autem conditio accipienda de juſtis nuptiis : nam fi inuſtæ fequantur, non videtur impletæ conditio : fed non videtur etiam defecta, & integrum eſt eam implere, *d.l* lxvii. Defecta femel conditio poſtea impleretur fruſtra : nec enim ſolent retracti conditionet, *l. quidam, in pr. de fid. lib.* Idemque erit ſi quis legaverit mulieri ſub condicione, ſi nupſerit : nam ſi injuſtas contraxerit nuptias, benignius eſt dicere nondum impletam conditionem non defectam. Sic omnino legendum eſt in *l.x. ff de cond. & demonſt.* addita negatione. In eodem tractatu de dotibus, *l.lix. in f. De pactis.* (*) addita voce, marito, ita lego, *Quemadmodum ſi eum, qui ſibi donaturus eſſet, mulier ipſa marito donare juſſiſſet* : cujus vocis primam tantum literam quali notam, qua vox marito defignatur, habent Pand. Florentinæ, & ita Baſilica : δώσῃ δὲ ὁ γαμὴ τοῦτο

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 3. cap. 6.*

A γυνὴ τῷ μέλλοντι αὐτῇ διδόναι, ποιησάτω τὸ αὐτὸ : & ſeverius eſt aperta, ei qui dotem dedit pro ſervi, quam liberam eſſe exiſtimabat, dari conditionem ob cauſam, ſibi mulieri donaturus dedit : hoc enim cauſa domino mulieris conditionem dari : irrmque, ſi cum donaturus mulieri erat, pulſa mulieris marito donaverit : nihil igitur referre donarurus mulieri, juſſu eius marito dederit, an abſque juſſu, ut Cyrillus præſtinge hic verbis : οὐδὲν μᾶλλον διαλυομένου τοῦ γάμου, εἰτε κελεύσει πάντως εἴτε μὴ, ὁ δοὺς τῇ γυναικὶ κυριεύσει· & eſt, ἐκεῖνο in verbo, *donare* : nam poſtremo loco ſignificat dare, ut *l. quemadmodum, eod. tit.*

JACOBI CUIACII I.C. OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM *LIBER DECIMUS QUARTUS.*

CAPUT PRIMUM.

Prothyron, Epache, Lucarium.



CTIONE Iniuriarum tenetur qui me prohibet in mari pifcari ante aides fuas vel prætorium. Iniurium eſt quamlibet id, ut prohiberi quis poſſit, nullo jure ufurpatum eſt. & ita eft proditum *l. 13. §. fi. ad l. Aquil. l. 15. §. fi. De injur.* Hodie ufurpatur jure ex *Nov. Leonis Sophi* cvi. nec tenetur iniurium facere dominus qui prohibet iuum piſcari ante aides fuas vel prætorium fuum, id eſt in prothyris ædium ſuarum, aut B prætorii fui : namque ea ædium ita vocabantur, quarum dominum quemque pleno dominio frui. In his autem prothyris maxime angulo mari, ut in Bolphoro Thracio, plurimum tenent quæ dicuntur ἔπαυλα, aut ἐπαύλεις initia, quæ poſteriores dixere, τριπύλια, vel ἄρκτοι retia in mare extenſa confixis palis. Phavorinus, *Ἔπαυλα ὑφάσματα τὰ ἐν τοῖς ἐπαύλεις ἢ τὰ ἐπὶ τῶν ἐπαύλεων*. Et idem Leo Nov. cv. & ἐπαύλεις ἐπιτρόπους Nov. cvi. ἐπαύλεσιν ἢ τοιούτου τινὸς ἐπιτρόπου, ad quam etiam idem interpres refert, & alio loco ἐπαύλεις ἐπιτρόπους, prothyra, dum ait, *ἐπὶ τὰς τῶν πλοίων τῶν ἐπαύλεων ἀπαγωγὰς, τὰς τριπύλους ἢ ἀπορθ ἐπὶ τὰς πλοίων τῶν ἐπαύλεων* : qua de cauſa dixi plurimum ἔπαυλα noſtrum ante prothyra. Demi vero in debeat ex *Novaſpeden* cvii. ut intermittatur ſpatium ulnarum CLXXXIII. a ſuperiore vicina epocha, & totidem ab inferiore, quem modum C ſuperat ulnarum, quod fi modus prædii fui hanc transactionem fere non patiatur loci non ferat, & poſſederit prothyrum vicini, in idque τριπύλιον porrexerit fuum decennio vicino præſente, & tacente, aut vicino abſente, non poterit movere poſſeſſio tot annorum ex Nov. cvi. Sed integrum ſervabitur vicino, ut ait πρόσθιον κήρυξ, quod Græci interpretantur προκῆρυξ, id eſt ſolarium, vel potius locarium, ut locarium Varroni dicitur metecia, quæ datur ab eo qui locum quo conſiſtere conducit in taberna vel in ſtabulo : addam, vel in navi, ut *l. 11. §. 1. ad leg. Rod. de jac.* Et verba interpretum hæc funt, quibus diluciduſ & brevius expreſſa eſt ejus Novellæ ſententia. Tit. Nεωτὶ δὲ τῷ νόμῳ τῶν ἐπαύλεων διάφορα τυγχάνουσι, καὶ ἐν ἐν τῷ νόμῳ, ἵνα ὁ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις λεγόμενος ἐπίτροπος ἢ ἔπαυλις, ὁ δὲ λεγόμενος παρ' ἡμῖν

hostibus x. dederit, si Titio Consule Capitolium ascenderit. Communis igitur non promiscua.

CAP. III. *Explicatio §. quotiens l. ult. ff. De Publican.*

LOcus est valde obscurus in *l. ult. De public. §. quotiens. Quotiens quis*, inquit, *mancipia invecta professus non fuerit*, apud publicanum intelligo, *sive*, inquit, *venalia sive usualia*, hoc est sive quæ ut vendat, advehat, sive ut utatur, *in pœnam commissi incidit*: quod utrum in usualibus verum sit dubito: quæ enim qui usu suo mancipia advehit, usualia sunt, neque tamen eorum nomine portorium solvit, *l. in lege, De verb. sign. l. ult. C. De vect. & com.* & in antiqua inscriptione, *Quid usuarium invehitur, ansarium non debet*. Vectigal ansarium dicit, ut in alia inscriptione, *vectigali Foveniularii, & Ansarii promercalium*, & *leg. 1. C. Hermog. de jur. fisc.* Videamus tamen ne aliud sit profiteri, aliud vectigal solvere, cogamurque profiteri ea quoque quæ vectigal non pendunt: quod quidem rationem habet. Et certe in *d. leg. ult.* ita paulo post scriptum est, Divus quoque Pius rescripsit, cum quidam intra legitimam ætatem esse dicebat, & usus causa mancipia duxisset, & in sola professione errasset, ignoscendum esse ei. In sola professione errasse eum ait, qui mancipia quæ usus sui causa ducebat professus non fuerat, quia scilicet vectigal nullum eorum servorum causa debebat. Unde illud liquido colligi videtur, necessariam esse professionem etiam ubi vectigal nullum solvitur. Subjungit Jurisconsultus, *Si tamen novicia mancipia fuerint, non etiam veterana*. Veterana, inquit, mancipia, hoc est quæ in urbe non in agro (rustici namque servi veterani non dicuntur) anno servierunt, non cogimur profiteri. Novicia, hoc est, quæ anno continuo non servierunt, qui professus non est, in commissi pœna est. Cujus rei causam reperire nullam possum, nisi illam habitum hunc veluti honorem veterano servo propter usum & peritiam rerum: novicii enim servi vix hominum habendi numero sunt. Itaque Cicero *in Pisonem*, *Jamne vides bellua, jamne sentis quæ sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse Consulem*. Illud præterea notandum est, servos rusticos veteranos nunquam dici, ex quo intelligitur quod est in *l. ult. §. ult. de adil. edic.* veteranos non tam spatio serviendi æstimari, quam genere, causa, qualitate, condicione servitutis: rusticos tyrones noviciosve censeri urbanos, veteranos, si modo anno continuo cultui, & tuitioni patrisfamilias inservierint, ut qui enumerantur *d. l. in lege, cubicularii, coci, obsonatores, junctores, & generaliter ministratores quive ministerio alicui præpositi sunt, quod urbanum servitium est & honoratius*, *l. 51. ff. de man. test.* Emendabam olim *unctores* in *d. l. in lege*, idque ex Arriano comprobabam qui inter mancipia usus patrisf. causa comparata numerat cocum, observatorem, vestispicum, comites, strigilatorem & ἀλείπτην, id est, unctorem. Plauto *in Trinummo*: *Ducitur familia tota, vestispici, unctor, auricustos*. Martiali XII. *Atque olei stillam donaret Opelicus unctor*, & antiqua inscriptione, *Aurelius Eros unctor*. Sed legi etiam in antiquis Glossis, *Junctor* ζεύκτης, id est, *qui jungit mulas ad rhedam vel carrucam qua vehitur paterf.* quem esse de urbano ministerio constat ex *l. servis, §. Muliones, de leg. III.* & quem carrucam cum junctura legatam non sequi prodidit Paulus III. *Sent.* Nec igitur velim pro junctores reponi unctores. In eadem vero *l. ult. §. Servi*, malim, *Servi qui in fuga sunt in commissum non cadunt, cum sine voluntate domini fines ingressi sunt*, ut si servus ingressus sit in eos fines in quos nisi soluto pro eo vectigali ingredi non poterat quin fisco committeretur, si quidem id sine voluntate domini fecerit, in commissum non cadit. Etiam illud notandum ex *§. licet, & §. Divi quoque fratres*, aliud esse errorem, aliud ignorantiam. Per errorem enim in commissi causam incidit, qui putabat publicano jam satisfactum. Ignorare nemini licet quæ ad jus publicum spectant.

CAP. IV. *Non esse novum, ut pars bonorum ejus, qui cædem fecerit, addicatur occisi liberis, vel parentibus, vel uxori.*

QUod fit hodie sæpe, idem invenio factitatum olim, ut pars aliqua bonorum ejus, qui alium occiderit addicatur occisi liberis vel patri vel uxori. Taurinus Ignatius proconsul Beticæ cum quidam per lasciviam causam mortis præbuisset, decrevit inter cetera, ut is parenti mortui duo millia persolveret, idque D. Adrianus comprobavit, ut refertur *leg. 4. §. 1. Ad leg. Cor. de sic.* non tantum quod eum relegavit in quinquennium, sed & illud, quod Consultatio Taurini ad Adrianum liquido demonstrat, quæ est hujusmodi in collatione legis Judaicæ cum Romana composita, ut arbitramur, a Licinio Rufino Jurisconsulto. *Inter Claudium, optime Imperator, & Evaristum cognovi, quod Claudius Lupi filius in convivio, dum sago jactatur culpa Marii Evaristi ita male acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur, & quamvis apparebat nullam inimicitiam cum Evaristo fuisse nec cupiditatis culpam, coercendum credidi, ut ceteri ejusdem ætatis juvenes emendarentur. Ideoque Mario Evaristo urbe, Italia, provincia Betica in quinquennium interdixi, & decrevi ut impendii causa duo millia patri ejus persolveret Evaristus, quod manifesta ejus fuerat paupertas. Velis rescribere.* Verba rescripti hæc sunt: *Pœnam Marii Evaristi recte Taurine moderatus es ad modum culpæ, refert enim & in majoribus delictis consulto aliquid admittatur an casu: & sane in omnibus criminibus distinctio hæc pœnam aut justitiam provocare debet aut temperamentum admittere.* Constantinus quoque Porphyrogenneta Imper. in No. περὶ τῶν φονευόντων constituit, ut ex homicidæ bonis qui ad ecclesiam confugerit, trientem habeat monasterium quod ingredi maluerit, trientem liberi homicidæ, trientem liberi, & uxor hominis occisi πρὸς παραμυθίαν αὐτῶν, ut ajunt interpretes, solatii loco, vel si nulli sint liberi uxor & parentes, vel his deficientibus cognati: aut si monasterium noluerit ingredi, ut eæ personæ pro triente ferant bessem: neque vero alia ratione homicidium Aristotelem numerare inter συναλλάγματα, in quibus versatur τὸ διορθωτικὸν δίκαιον, quam quod & is qui cæsus est quodammodo capere videatur quæ uxor aut liberi aut cognati ejus ex bonis homicidæ ferunt, Eustatius auctor est.

CAP. V. *Negationem deesse videri in fine l. XLVII. De bon. lib.*

VIx ullæ sunt leges in Digestis magis invicem adversæ quam est principium *l. XII.* cum fine *l. XLVII. De bon. lib.* Hæc vult, filium præteritum testamento militis non ignorantis se eum filium habere, repelli quidem a bonis patris quasi exheredatum, ut *l. sicut & seq. C. de test. mil.* quod ei non sit necesse nominatim filium exheredare, ut diligens testamentorum ordinandorum ratio postulat, sed non repelli a bonis paterni liberti. Illa vult, eum repelli etiam a bonis paterni liberti, secundum id quod generaliter receptum est filium patroni exheredatum a patre non habere bon. possessionem contra tab. paterni liberti, quasi indignum: nam quem sua hereditate indignum existimavit pater, & vel paganus nominatim, vel miles silentio exheredavit, liberti quoque hereditate indignum existimasse videtur, arg. *d. l. XII. §. penult.* ut in veteri formula exheredationis sive abdicationis apud Valerium Maximum, adjici solebat, *Et domo mea eum indignum esse judico*, & hæc pœna legibus XII. Tab. & edicto prætoris de bonis libertorum consentiente cum legibus, adeo ut ejus edicti auxilium etiam legitimum auxilium dicatur, *l. VIII. §. 1. eod. tit.* liberis exheredatis irrogatur, ut & libertos paternos, vel maternos amittant. Sed videamus ne potius principio *d. l. XII.* cum extremo *l. XLVII.* sit magna concordia: nam *l. XLVII. §. ult.* ait, filium quidem a patre milite præteritum pro exheredato haberi, & consequenter a bonis patris repelli, & paterni liberti, non tamen eousque silentium patris filio nocere, ut & a bonis libertorum avitorum repellatur. Illud *Et*, quod habent Pan. Florentinæ hoc plane significat, repelli quidem eum a bonis paternorum libertorum, sed non etiam a bonis libertorum avitorum, licet alias regulariter, qui exheredatus a patre non ab avo repellitur a paternis, repellatur etiam ab avitis libertis, *l. x. §. 1. eod. tit.* ut ita non usquequaque silentium militis pro exheredatione habeatur. Congruit igitur sententia *d. l. XLVII. §. ult.* cum principio *d. l. XII.* quo non agitur de bonis avitorum sed de bonis paternorum libertorum: itaque perspicuum est in fine *d. l. XLVII.* deesse negationem, & ita esse legendum, *Idem responsum non est etiam de bonis libertorum paternorum*: ut simili lapsu in *l. cum Stichus, De solut.* alibi ostendi esse scribendum, *idemque non est*.

Observ. Joan. Robert. in Animadv. cap. 10. lib. 3.

CAP. VI. *Explicatur sententia l. libertus, De tut. & cur. dat.*

QUi hoc tantum notant ex *l. libertus, De tut. & cur. dat.* libertum liberis patroni patronæve tutorem aut curatorem datum nullum excusationis privilegium habere, si in eo patronus liberique ejus plenum jus patronatus habeant, ut si ultro eum patronus manumiserit nulla necessitate cogente, si libertatem donaverit non solverit, *l. XXIIII. De exc. tut.* hi non videntur assecuti sententiam legis: nam non hoc idem vult *d. l. libertus*, quod est in *d. l. XXIV.* ut beneficium excusationis habeat libertus quem quis ex causa fideicommissi manumisit quasi debitor, sed ut idem etiam beneficium habeat si liberi patroni jura patronatus sperare non possint: & jura patronatus per excellentiam appellat jura successionum in bonis liberti per bon. poss. contra tabulas, vel per bon. possessionem unde legitimi: hujusmodi autem sunt liberi a patrono exheredati, ut docuimus superiori capite. Item liberi ejus qui contra legem Æliam Sentiam a liberto jusjurandum exegit ne uxorem duceret, *l. qui contra, De jur. patr.* vel qui non aluit libertum, *l. si patronus non aluerit, De bo. lib.* vel qui non revendiderit libertatis causa imposita, donum, munus, operas, *l. Julianus, eod. tit.* atque ita ut *l. 1. de leg. tut.* dicitur legitimos tutores esse eos, qui sperant successionem pupilli, ita *d. l. libertus*, ait tutorem datum filio patroni ita demum ab omni excusatione repelli si pupillus speret successionem ejus, id est, si ejus sit patronus: nam & filius patroni patronus dicitur, *l. 10. De jur. patr.* maxime si jus in bonis liberti habeat licet, non sit principalis patronus, nec idem sit per omnia jus patroni & filii patroni, *l. si filius, §. penult. De fid. lib. l. filius qui patri, §. Paulus, ff. de bon. lib.*

CAP. VII. *De Clausula derogatoria.*

IN legatis posterior voluntas potior est priore, ut legibus quarum etiam modo legata relinqui Ulpianus dixit. Prior autem & posterior dicitur duobus modis, scriptura & intellectu: atque ita fit nonnunquam, ut quæ scriptura est prior, intellectu sit posterior, & contra ut quæ scriptura est posterior, intellectu sit prior: ac quotiens quidem illud evenit, intellectus ordo spectatur potius quam scripturæ, ut *l. XII. §. ult. l. XIV. De leg. 1.* Testator ita priore loco scripsit, *Cui bis legavero, semel ei deberi volo, deinde bis eidem legavit unum tantummodo legatum valet, alterum ademptum videtur*: nam & si ademptio datione sit prior inspecto ordine scripturæ præpostero, natura tamen sive intellectu est posterior: verum quia non apparet utrum potius sit ademptum, in obscuro heredi parcimus, *l. Sempronius, de leg. II.* & amplius legatum ademptum, exiguius non ademptum interpretamur: & hoc est, quod dicitur, In obscuris Jurisconsultos, aut Judices sequi minimum. At contra in eadem specie *l. XXII. De leg. III.* Si primum quis ita scripserit, Cui bis legavero, semel deberi volo, postea eodem testamento vel codicillis sæpe eidem legaverit, ait plura esse legata, & posteriorem scripturam servari non priorem, quod nemo possit sibi eam legem dicere, ut a priore ei recedere non liceat *l. quod autem, §. pen. De donat. inter vir. & ux.* At subjicitur *d. l. XXII.* hoc ita procedere si specialiter dixerit se priori voluntatis pœnitere, quæ dicitur clausula derogatoria: hac non opposita prior scriptura potius habetur, ut dict. *l. 14.* Et ita in specie *l. Divi, §. licet De jur. cod. & l. ult. in princ. De leg. 2.* ex supradicta *l. XXII.* subaudiunt specialiter defunctum derogasse priori voluntati quæ subauditio plus nimio licentiæ habet: & profecto supervacuum etiam est, aut durum exigi specialem derogationem si alias constet scientem prudentem recessisse a priori voluntate: & parit hodie hæc clausulæ derogatoriæ necessitas lites innumeras, ac, ut libere dicam quod sentio, videtur introducta a Justiniano vel Triboniano, cui amicum & familiare est desiderare specialem voluntatem ubi sufficit quælibet, *l. ultima C. de novat. Nov. XCIX.* Sane hæc verba dict. *l. XXII. Sed hoc ita locum habebit, Si specialiter dixerit prioris voluntatis sibi pœnituisse & voluisse, ut legatarius plura legata accipiat*, Triboniani sunt non Hermogeniani: nam præterquam quod sermo ipse satis se suo indicio prodit, sumpta lex est ex libris Epitomarum, in quos rotundiores sententias juris Hermogenianus contulit, non interpretatione, aut condicione veluti quadam eas ampliavit. Et sane non convenit etiam bene hæc condicio superioribus. Exigit ante scientiam, nunc exigit specialem derogationem. Quid enim scientiam si & præter eam specialem derogationem desideras? aut quid specialem derogationem si scientia contentus es? Et agnovi in re simili etiam Triboniani manum in *l. IV. §. quæsitum, si quis caut.* nam cum Ulpian. scripsisset generalem conventionem valere, ne ulla exceptio objiciatur, Tribonianus hunc suo marte adjecit modum, ita si specialiter causæ exceptionum expressæ sint quibus a promissore sponte renuntiatum est, male etiam coherentem. Et puto ex jure constituendam esse distinctionem talem: Aut cum scripsissem initio, Cui bis legavero, semel deberi volo, postea invito vel imprudenti mihi excidit, ut eidem sæpius legarem eodem testamento vel codicillis: & hoc casu prior voluntas potior habetur, qua vel memoriæ meæ diffidens vel constantiæ, dum vereor ne suasionibus forte & blanditiis amicorum non possim resistere, præmunivi me statim ab initio, mihique præcavi in posterum ne ea res mihi heredive meo fraudi esset. Aut sciens prudens sæpius legavi, quod Hermogenianus non omisit in dict. *l. XXI.* & tunc posterior voluntas derogat priori satis etiamsi specialis, vel latior prioris derogatio non adscribatur in testamento. Ex scientia præsumitur voluntas, id est, qui sciens quid facit, sponte id & prolixe facere videtur, & ita in specie *l. Divi, §. licet*, posteriores codicilli valent quamvis neque signati, neque subscripti manu testatoris, quia codicilli imprudenti non excidunt: & in specie *l. ult. in princ. De leg. 2.* manifestum est scientem prudentem recedere a priore voluntate ex eo, quod in epistola satis non habet filio peculium palam donare, sed etiam adjicit, sed id præcipuum suique juris, & post mortem suam filium suum habere velle, ut supervacuum sit præterea desiderare specialem derogationem: eademque distinctione utor in rescriptis & Constitutionibus principum, quoties exit Constitutio nova, quæ sit veteri contraria: nec enim specialem derogationem vete-

veteris Constitutionis requiro ut per novam abrogata confcatur, fed ab quatuor interpretum ita diffidgam, aut ea certa fcientia, ficut loquimur, principe fecit novam animo abrogandæ veruftioris, aut non: hoc cafu non videtur abrogata, illo videtur abrogata ferè etiam fine fpeciali abrogatione quam qui requirunt, hos Vulcentinianus sit in *Novade nov. non præf.* minutias juris & cupiofi verba fectari, ut qui fpeciatim fuffi fiunt, fpeciatiter abrogarentur, tractans de Conftitutione Theodofii, quæ inducit præfcriptionem XX. annorum, qua plerique tolli tantum putabant præfcriptiones, quæ fuperfunt defignatas in ea Conftitutione, fed eos deridet Valentinianus, & ait generale verbum, *Omnia*, quo Theodofius *utitur, universa confuetudinem complectitur, nec ullum aliud quod effe possit per illam Constitutionem illa peremptorio verborum embolo cunctabatur*. Dicendo enim, Omnia, inquit, nullum penitus ex vetuftiori lite aut controverfia relictum effe reliquit. Idque ita effe ftatuo etiamfi in priori Conftitutione nominatim adjectum fit, ut per futurum abrogetur, ut nonnunquam in fanctionis legum adfcribi Feftus author eft. *Neve per futurum abrogato aut derogato*, id eft, ne commiftis rebus plurimis abrogato, ne confufa, fed fpecialiter, explicate, diftincte, fi modo apparet fcientem principem fecifle novam prioris abrogandæ, abrogandæ vel derogandæ caufa: ut enim privatus, & principis multotmodis poteft effe legem dicere, ut à priori non poffit recedere: quæ omnia fumme notanda funt.

CAP. VIII. *Dies quibus pater fcivit infanti filiofam. competere bon. poffeffionem an cedant filio.*

C

B ἐλευθερίαν, quæ scilicet in ministerium metallicorum ad tempus damnatæ sunt, ex adverso damnatarum in perpetuum, quæ fiunt servæ pœnæ, ut in eadem lege, §. *quicunque*, utrum servi pœnæ isti efficiantur an retineant libertatem. Et omnino ex triplici scriptura, *d.* §. *in ministerium, amittunt civitatem, retinent civitatem, retinent libertatem*, possis hanc constituere esse veriorem quæ conficiatur ex omnibus. Retinent libertatem, amittunt civitatem. Et abundare negationem in hoc scholio Græcorum, οὐκ ἐκπίπτουσι τῆς πολιτείας. Ergo adeo major est pœna operis metallici quam operis publici, ut in perpetuum damnatus ad metalli opus, civitatem & libertatem amittat, damnatus ad tempus, civitatem tantum. Et mentitur qui fateri me scribit damnatum in

C opus metalli temporarium, civitatem non amittere. In opus autem publicum perpetuo dati civitatem tantum amittunt non libertatem, *l. sunt quidam*, *ff. eod.* & *d.* §. *divus*, *l. 1. C. de pœnis*, damnati ad tempus in opus publicum, tam civitatem retinent, quam libertatem, *l. 6. C. ex quib. cau. inf. irr.* Item in opus metalli damnantur servi, non in opus publicum, *d. l. aut damnum*, §. *ult.* & *l. servus*, quia levior est pœna operis publici, & domini potestas plerunque gravior.

Observ. Joan. Robert. in Animadv. cap. XXIV. XXVI. & XXVIII. *lib.* 1.

CAP. XXIII. *De regulis quibusdam juris.*

D NOn est novum ut recepta principali re agatur de accessione. Si dotalem fundum, aut servos dotales receperit mulier, nihilominus agere potest de fructibus, & partibus, & peculio, & adquisitionibus servorum, *l. si marito*, §. *ult. l. ult. solu. matr.* Si hominem petitum mors subduxerit, nihilominus remanet actio propter fructus & partus, *l. utique*, *de rei vind.* Si ream adulterii, remanet quæstio dotis, *l. ult. C. ad l. Jul. de adult.* vel si filium quemcunque reum quæstio pecuniæ, *l. defuncto*, *De publ. jud.* Si actione commodati simplum recepero, nihilominus possum agere actione legis Aquiliæ, de eo quod simplo accedit per repetitionem XXX. dierum. Simplum est litis æstimatio, & quod ei accedit pœna. Et simplo subducto, id est, extincta petitione simpli, pœnæ peti-

E tio locum habet, ut nos alias docuimus esse legendum in extremo *l. qui servum*, *de oblig. & act.* quod sunt valde suaves qui reprehendunt hac ratione, quia simplum non sit consecutus, qui non & pœnam consecutus est, quam vel proposuisse, satis refutasse est. Et suavitas par quoque in ea regula nova, subducto principali accessionem non remanere, contorta ex regula notissima, *Cum principalis causa non consistat*, &c. cujus mens ea non est. Subducto scilicet testamento principali, non remanere substitutionem, ut *l. in ratione* 11. §. *si filio*, *ad l. Falcid.* Subducta principali obligatione, non remanere hypothecariam, ut *l. 2. C. de luit. pign.* Denique subductis his quæ retuli initio, non remanere accessiones. Subducto simplo non remane-

manere pœnam: quo quid stultius? quid item illo in *l. quotiens*, §. *ult. eod. tit. id consequatur*, sic interpretari, ut posteriori judicio in quo tantundem sit aut minus quam priori, id consequatur quod obtinuit. Quod enim obtinuit, id consecutus est. Consequi, est sententiam consequi, *l. si prætor*, §. *penult. de jud.* quod item tenere & obtinere. Bis igitur idem consequi, bis eadem de re judicium fieri, & acumen in Paulo quærere ubi nullum est acumen: quæ perspicacitas & in alterius regulæ tractatione patefiet. *Ejus est nolle, qui potest velle*, vel eodem sensu: *Ejus est non velle, qui potest velle.* Quod ex Ulpiani III. *ad Sabinum* proditum est, quo idem scripsit, nolle adire hereditatem non videri eum qui non potest velle adire, quod de filiofam. & servo dici potest. Sicut & quod est in sequenti regula, *Velle non creditur qui obsequitur imperio patris vel domini.* Itemque de alio quolibet, ut repudiare hereditatem legitimam non videatur qui non potest eam adire: puta nesciens eam sibi deferri ab intestato, *l. mater*, *de inoff. test.* In Flor. Digestis regula ita concipitur, *Ejus est non nolle, qui potest velle.* Nec minus vera hæc, quam illa. Sed illam malui adserere, vulgarem scilicet, & Noricam & Basilicam scripturam, non ignorans quam sæpe in Flor. redundent negationes, nec tamen statuens aliud esse nolle, & non velle: hac distinctione firmavi vulgarem scripturam, ut adfirmat sero in orbe natus: quinimo existimavi semper nihil referre hoc modo regula conciperetur, *Ejus est nolle*, an, *Ejus est non velle*, quod satis declaravi regula adhibita *l. nolle*, *de adqu. her.* Ceterum quod aliud sit non nolle, aliud non velle, id eo multum referre existimavi hoc modo conciperetur, *Ejus est non nolle*, an hoc, *Ejus est non velle.* Non nolle esse pati, Non velle, nolle. Et licet differentia sit quædam inter nolle & non velle, si quis subtilius intueatur, quam & Aristotel. servat, separans nolentem & volentem a non volente, & quod alius sit non volens, æquum esse dicens aliud ei quam nolentis aut volentis nomen dari, tamen & non velle dicimus pro nolle, & nolle pro non velle, ut cum invitus dicitur is qui patitur, & tacet in plurimis articulis juris nostri, quid aliud est quam nolentem esse aut nolle eum qui non vult, id est, qui non palam dicit se velle, ut plane eum appareat nolentem aut invitum duob. modis dici posse, & ut Aristotelem, ita nos distinguendæ ambiguitatis causa nolentem a non volente separare. Ceterum & separata nolle a non velle significatione, etiam discrimen facimus inter non nolle & non velle, quod hic scilicet velle, illi nolle sit oppositum, & quod hic quodammodo nolit, ille quodammodo velit, quodque ut sunt ἀντίστοιχα velle & nolle, ita non velle & non nolle, nolle autem & non velle σύστοιχα, itemque velle & non nolle: eademque ratio horum verborum, nocere, prodesse, non prodesse, non nocere, in quæstione de juris & facti ignorantia, & in tractatu de procuratoribus cum agitur de vero aut falso procuratore, quibus ex adverso opponitur non verus, non falsus, ut qui bona fide aut per errorem accedit ad negotia aliena: nam si veri aut falsi medium sumas ex negatione extremorum, neque falsum, dicens tamen extrema ut sunt opposita, ita necesse est extremorum negationes esse oppositas invicem, si quis eas dividat ac consideret per se.

Observ. Joan. Rober. in Animadv. cap. 30. lib. 1.

CAP. XXIV. *Refelluntur veteres quædam adnotationes in l. Cum Stichus, De solut. & l. 2. de bo. eor. qui ante sent. mort. sibi consc.*

PRodiit vetus quæ dicitur adnotatio, qua *l. cum Stichus*, *de solut.* in concordiam adducitur cum *l. Si centum*, *De verb. oblig.* hoc modo. Lex *si centum* loquitur de incertis hominibus promissis, quæ stipulatio numero dividitur. Lex *Cum Stichus* de certis hominibus, quam non admittet qui animadverterit *l. Cum Sti-*

A *chus* loqui de x. hominibus promissis, ergo de incertis non certis: & tamen specie obligationem dividere non numero: neque vero ea ratio componendi dissidii vetustior est Accursiana: nam hoc idem voluit Acc. adnotans in legibus contrariis factam hominum promissionem in genere, in *l. Cum Stichus*, homines x. fuisse specialiter designatos, nec aliam comperi novam quemquam adinvenisse. Nam quod Joannes scribit hanc vocem decem homines, aut decem denarios potuisse quidem accipi generaliter, sed in *l. Cum Stichus*, accipi specialiter de certis corporibus servorum aut nummorum, quid aliud est quam quod veteres responderunt. Et hanc tamen veterum interpretationem neque verba ferunt, ut ante dixi, neque sententia auctoris, qui a duobus Stichis separat duos aut decem homines

B promissos, sane nec quidquam, si & illi x. homines certi homines sunt. Si igitur incerti sunt, falsum est quod ait stipulationem x. hominum aut decem denariorum corpore dividi non numero, quod in denariis evidentius apparet. Et si in denariis compertum jus est, numero divisionem fieri, idem ergo statui debet in hominibus: nam & hi & illi communi & promiscua specie continentur non propria, parem enim usum omnes denarii, omnes servi præstant, scilicet in suo genere, idemque æquum est constitui propter adjectionem numeri si duo Stichi promissi sint, ut pro numero qui adjectus est stipulationi, dividatur stipulatio. Idem si x. si c. homines nominatim promissi sint, denique idem sive specialiter sive generaliter adiecto certo numero homines promittantur. Sed tractemus etiam

C de alia veteri adnotatione, qua *l. 2. de bo. eor. qui mor. sibi consc.* componitur cum *l. ejus*, *De jur. fis.* hoc modo: Lex *secunda* loquitur de eo qui fuit a latronibus nominatus, & pro confesso habitus atque convicto obiit corrupto accusatore. Lex *ejus*, de eo qui corruperat accusatorem tantummodo: nam & is qui accusatorem tantum corrupit, satis habetur pro confesso atque convicto, qui frustra adjicitur & hunc quoque adversarium corrupisse, *d. l. 2.* Quinimo verba ejus legis aperte demonstrant a latronibus nominatos non alia ratione videri confessos de crimine quam quod corrupto accusatore diem suum obierunt: & alia quæcunque ratio commentitia est, aut illa superflua. Et quod est in Basilicis, ὡς φανεροὶ γενόμενοι, nihil aliud est quam quod in Digestis, ut confessi de crimine, ac denique ut

D de corrupto tantum accusatore, *l. 1.* ita & *l. 2.*

Observ. Joan. Robert. in Animad. cap. 21. & 22. lib. 2.

CAP. XXV. *Etiam cœptum nedum perfectum crimen puniri.*

QUod Servius Honoratus Virgilii interpres scripsit, jure Romano non tantum effectum puniri, sed & voluntatem, & Seneca VII. *Dec. scelera quamvis citra exitum subsederint, puniri*, idem certe est proditum *l. 1. C. Th. ad leg. Jul. de ambitu*, his verbis *pari sorte leges scelus punire, & sceleris voluntatem.* Et *l. quisquis*, *C. ad leg. Jul. majest.* in qua ea verba, eadem severitate voluntatem sceleris qua effectum puniri jura voluisse, generaliter sunt

E accipienda, nec coangustanda ad majestatis crimen: nam & sollicitatores alienarum nuptiarum etiamsi adulterium perpetrare non potuerint, propter voluntatem perniciosæ libidinis extra ordinem coerceri legimus, *l. 1. ff. de extr. cr.* & Joviani atque Majoriani constitutione generali pari pœna plectitur qui rapuit devotam virginem, & qui nuptias ejus affectavit, *l. si quis non dicam*, *C. de Episc. & cler.* vel ut Sozomenus adjicit, qui eam ἀκολάστως intuitus est, & *No. Majoriani de sanct. & vid.* & similiter qui officium in provincia gerit, si mulieris ex ea provincia invitæ nuptias tentaverit, *l. 1. C. si quac. præd. pot.* Et fur quoque vel effractor, vel vecticularius, aut raptor manifestus, licet effectu potiri non potuerit, legibus coercetur. Et ut Quintil. ait, *De-*

Decla. 274. Insidiatus civi, etiamsi non effecerit scelus, pœnas tamen legibus solvit. Et proditoris patriæ consilium quoque & voluntatem solam, licet rem non peregerit puniri constat, cum sit læsæ majestatis reus. Et eum quoque, qui servum alienum corrumpere tentavit ex *l.* 20. *C. de fur.* & sunt in hanc rem elegantissima verba hæc Maximi Tyrii: *καὶ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος, οὐ τὸν δρῶντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βουληθέντα καὶ τοιχωρύχον τὸν ἐπιχειρήσαντα· κἂν μὴ λάθῃ δρᾶσαι, καὶ προδότην τὸν μελετήσαντα κἂν μὴ πράξῃ.* Et illa quidem generalis definitio sane certissima est in atrocioribus criminibus quæ & naturali & civili jure damnantur, non in levioribus, ut *l.* 22. *§. sed & si ei servo*, *ad l. Corn. de fal.* & *in l. cogitationis*, *De pœnis*, quam *lib.* 8. ostendi pertinere ad edictum, *Quod quisque juris*.

CAP. XXVI. *Ad initium l. si quis fumo, ad l. Aquil.*

OCcidisse quidem vulgo dicitur, & qui quolibet modo mortis causam præbuit, *l. ita vulneratus*, *ad l. Aquil.* ut M. Tullius Antonium, qui Servio Sulpitio causa mortis fuit, Servium occidisse dicit. Et in lege Cornelia de sicariis, nihil interest, occidat quis an causam mortis præbeat, *nihil interest ad l. Corn. de sic.* quam sententiam apud Nicetam in Isaacio Angelo his verbis usurpat rex Siciliæ, *μηδὲ διαφέρειν τὸ φονεῦσαι, καὶ φόνου παραιτίους γενέσθαι.* At in lege Aquilia occidisse is tantum dicitur proprie, qui sua manu suove corpore necavit, *d. l. ita vulneratus*. Et qui alio modo mortis causam præbuit, non tenetur directa actione legis Aquiliæ, sed utili. Cujus rei exemplum est in *l. item si obstetrix*, *eod.* & aliud in *l. si quis fumo*, *in princ.* Si quis fumo facto alienas apes fugaverit vel necaverit: hic enim in factum actione teneri dicitur, id est, utili actione legis Aquiliæ non directa. Civili igitur non prætoria in factum. Et quod fumo abigi ait, aut necari apes, Apollonius eleganter expressit his versibus 2. Argonaut.

> Ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες
> Ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι καπνιόωσιν,
> Αἳ δ' ἤτοι τείως μὲν ἀολλέες ᾧ ἐνὶ σίμβλῳ
> Βομβηδὸν κλονέονται, ἐπὶ πρὸ δὲ λιγνυόεντι
> Καπνῷ τυφόμεναι πέτρης ἑκὰς ἀίσσουσι.

Idque fieri notant interpretes *διὰ τὸ πολέμιον εἶναι αὐταῖς τὸν καπνόν*. Valde autem pertinet ad legem Aquiliam, & *d. l. ita vulneratus*, quod ita Quintil. scribit *Decl.* 350. *Cædes videtur significare sanguinem & ferrum. Si quis alio genere homo fuerit occisus, ad illam legem revertemur, si inciderit in latrinas, aut in aquas præcipitatus, si in aliquam immensam altitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille qui ferro percussus sit.*

CAP. XXVII. *Lustramenti causa quid sit Cantharides dari, & Clavis, & Embamma.*

INter venena mala numerantur cantharides in *titulo Digestorum ad legem Corneliam de sicariis*, *l.* 3. quod scilicet lustramenti causa dentur, id est, ut Basilica interpretantur, *ἐπὶ καθάρσει*. Glossæ lustramentum purgamentum interpretantur, & *περικάθαρμα*. Hanc autem vim cantharidum etiam Galenus *lib. de simpl. med. pot.* expressit his verbis: *καίουσι διακαθαίρουσι νεφρούς*, hoc est ulcerat, purgat, lustrat renes & vesicam, cujus rei causa nos latet, sicut lepus marinus cur potissimum erodat pulmonem, aspidum venenum cur cerebrum, ranarum potus cur vasa spermatica. Et quod vesicam exedat cantharis, unde & supprimatur urina, & exprimatur sanguis, Nicander in Alexiph. *Ἄλλοτε καὶ μεσάτῃ ἐπιδάκνεται ἄλγεσι κύστις Ἢ κύστις βρωθεῖσα*. Porro cantharidi similis est Buprestis, quæ in eadem lege tam in Flo. quam in Basilicis *κατὰ παραγραμματισμόν*, vel ut Rhetores loquuntur *παραφθοράν*, bubrostis, cum bubrestis dici debeat, *ἀπὸ τοῦ ἐμπιπράναι τὰς βόας*, nam bubrostis ingentem famem aut voracitatem significat, Nicander, *Εἰ δ' αὖ οἱ βούβρωστις αἴθριμοι πελάσσῃ*. In eod. tit. *l.* 1. *Si clavi percusserit*, id est, radio, aut ferrea. Solinus Psitacum, cum loqui discit, verberari ferrea clavicula, Plinius ferreo radio. Etiam hoc capite adnotabo embamma apud Ulpianum, *l.* 9. *de contr. empt.* & *l.* 9. *De trit. vino leg.* non esse vinum quod coacuit, sed acetum factitium, vel ut in Basilicis *ὀξάλμην* idemque bamma significat illo Nicandri loco, *ῥίψεις δ' ἐν βάμματι τήξας*, & illo *πίσσῃ ἐνὶ βάμμασι σίμβλων*, in Alexiph. atque etiam illo Theriac. *εἰ δὲ σύγε τρίψας ὀλίγῳ ἐν βάμματι κάμπτῳ*; quanquam Dioscorides videatur accepisse pro oleo. Et a me testimonium facit Q. Serenus his versibus.

> *Cantio namque potest diros prævertere morsus,*
> *Si jecur exesum tardo de vulture portes*
> *Erucis aut si totos perduxeris artus*
> *Quas prius attritas vehementi spargis aceto.*

Et rectius etiam interpres Nicandri pro aceto non pro oleo, ut Dioscorides hoc loco, *βάτραχοι ἐν χύτρῃ καθεψηθέντες ἄριστοι βάμματα*.

CAP. XXVIII. *Calamitates segetum quædam notatæ in tit. De locato conducto.*

INter calamitates segetum, *l. ex conducto*, *§. si vis*, *ff. loca.* numerat sturnos & graculos, ex quo apparet gregatim volitare, ut Aratus ait, *φῦλα κολοιῶν φαινόμενοι ἀγεληδά*, nec igitur esse *μακροχρονίους*, qui non sunt *σύναγελαστικοί*. Et his licet addere passerum & gruum agmina: & murum similiter ac locustarum examina, *l. excepto*, *C. eod.* Orpheus de corallio quasi vim habente ab his vitiis servandæ segetis. *Ἐκ τε μυῶν ἀγέλας, ἐκ τ' ἀκρίδος ἄπλετον ἔθνος Λάιον*. Nicander Ther.

> *Μάστακι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τοὶ δ' ὑπὲρ ἄκρων*
> *Πτάμενοι ἀθέρων, λίπυροι στάχυν ἐκβόσκονται.*

Arnobius 1. a locustis & muribus genus omne accidi- tur, atque arroditur frugum. Et addit, *l. ex conducto*, raucas: quo nomine significari vermiculos cum certum sit ex Plinio, & ex eodem segetes esse vermiculationi obnoxias, quæso ne sequamur Alciatum, qui pro raucis reponit erucas. A raucis diversæ sunt volucræ, salictis pampinis & uvis infestæ, ut ex Columellæ *libro de arboribus* constat, & in ejusdem hortulo est legendum, *Infesta Baccho, glaucisque salictis Nascuntur volucra*. At vero nec illo loco *d. l. ex conducto*, *sed & si labes facta sit, omnemque fructum tulerit*, Budæum sequamur reponentem tabes, ac si labes nihil aliud sit quam soli fragor, de quo cum agitur inferius, puta si terræ motu corruerit ager, ideo illo loco non esse legendum, labes. Quod refellitur propterea quod de labe fructuum ille locus est, quæ plerumque contingit flatu ventorum, aut pluviarum incursu, aut alio casu superiore, non de labe cum terra desederit, *l. ult. eod. tit.* & Basilica vice eorum verborum habent: *ἐὰν ἀπὸ ὀλισθου πάντες ἀφθῶσιν οἱ καρποί.* Cyrillus autem: *ὀλισθοῦ γένοιτο ὀλισθηρὰ ἐπίκλυσις πολλῶν ὑδάτων.* Et aliud malum uredinis quod subjicitur in *d. l. ex conducto*, idem Græci *ἐρυσίβην* interpretantur; De quo idem Orpheus.

> --- *καὶ ἀλεξήσει ἐρυσίβην*
> *Ἥτε περιμύδειν στυγερὴν περὶ καρπὸν ἐρυθρή*
> *Ἀμφὶ περὶ σταχύεσσι πελιδναλέχουσα κάδοντα.*

Eo vero nomine proprie significatur rubigo sive rubellio. Porro aliud vitium est rubiginis, aliud uredinis. Plinius. *Aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum impellentibus*: fit quidem ut est in Glossis, rubigo ut *πάχνη*, quæ est uredo sive pruina. Utraque enim ex rore putrefacto, uredo ex rore concreto. Carbunculum autem Plinius dixit, quem Germanicus Arati interpres caliginem, nebulas scilicet aeris.

CAP. XXIX. *Ad Justiniani Novellam* XXXI.

IN *Novella* XXXI. a Justiniano quatuor constituuntur Armeniæ, & in prima quidem urbes septem, Theodosiopolis, Satala, Nicopolis, Colonea, Trapezus, & Cerasus ex sinu Polemoniaco, & metropolis Basanis, quæ olim Leontopolis appellata est: in secunda quinque, Sebastopolis, Commana, Zela, Brisa, & metropolis Sebastea. In tertia sex, Arca, Arabissus, Ariarsathea, Comana sive Chryse, Cucussum, & metropolis Melitena. In quarta ponuntur multæ barbaræ gentes, quæ olim sub Satrapis erant, Tzophane, Balbitene, & alia barbara nomina. Eustathius *in Dionysium περιηγητὴν* Tzophanem dixit, & Balbitenen, qui & hanc divisionem Armeniarum Justino tribuit, Justinum scilicet pro Justiniano accipiens: & verba Eustathii hæc sunt. *Τὴν Ἀρμενίων χώραν εἰς δ' διελεῖν λέγεται Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς, καὶ πρώτην μὲν, φασὶν, ἔδωκε τὴν ἐπταπόλιν, ἧς μητρόπολις Βαζανὶς ἡ πρὶν Λεοντόπολις. Ταύτης δέ ἐστι καὶ ἡ Θεοδοσιούπολις, καὶ ἡ Κολώνεια, καὶ ἡ Τραπεζοῦς δὲ καὶ ἡ Κερασοῦς ἐκ τοῦ Πολεμωνιακοῦ κόλπου. Δευτέραν δὲ ὁ αὐτὸς ἔταξεν Ἀρμενίαν ἐν πέντε πόλεσιν, ὧν καὶ ἡ Σεβάστεια. Τρίτην δὲ Ἀρμενίαν κατέστησεν ἑξάπολιν, τὴν ποτὲ καλουμένην δευτέραν Ἀρμενίαν, ἧς ἐστὶν ἡ Μελιτηνή. Περὶ ταύτην τὴν Ἀρμενίαν καὶ ἡ Κομανὰ, ἡ καὶ Χρυσῆ ὀνομαζομένη καὶ ἡ Κουκουσός: ἐποίησε δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν ὑπὸ Σατράπαις οὖσαν, συγκειμένην ἐκ Τζωφάνης, καὶ λεγομένην Τζοφανηνὴν, καὶ Βαλβιτηνὴν, καὶ τοιαῦτα τινὰ βάρβαρα ὀνόματα.* Olim duæ tantum fuerunt Armeniæ, ut constat ex Notitia imperii sub Arcadio & Honorio, prima quæ ex Novella Justiniani secunda, secunda quæ tertia: idem vero Eustathius ex veteribus refert, quod alibi scriptum non memini me legere, Vespasianum Imperatorem Thraciam ab Europa separasse propter magnitudinem & splendorem ejus: nam ab ostiis Danubii ad Macedoniam usque porrigitur. Itaque Propontidem & partem maris Ægei & Hellespontum occupat, ut recte Herodotus dixerit, Thracas post Indos esse omnium maximam gentem. Neque vero ea separatio ab eo, quod ex Androne Halicarnasseo refert interpres Æschyli, Oceanum ex Parthenope suscepisse Europam & Thracem: ex Pompholyge, Asiam & Lybiam: ait autem Eustathius, *Οἱ παλαιοί φασιν ὅτι ὁ Οὐεσπασιανὸς ἐχώρισε τὴν Θρᾴκην ἀπ' Εὐρώπης*, & alio loco, *καὶ τάχα διὰ τὸ ἄγαν πολυτελὲς τῆς χώρας καὶ περιφανὲς ἰδίασεν αὐτὴν τῆς Εὐρώπης Οὐεσπασιανός.*

CAP. XXX. *Ad l. Princeps, ff. de legibus.*

QUod ait Ulpianus scribens ad legem Juliam & Papiam in *l. princeps*, *de legibus*, *Princeps legibus solutus est*, de legibus pœnariis Græci ita interpretantur, *ἤγουν ἁμαρτήσας οὐ κολάζεται*: ut illud Æschyli de Jove, *τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ*, scilicet judices non habet. Latini de quibuscunque legibus: cum sit ex inscriptione legis ea sententia tantum accipienda de legibus caducariis, Julia & Papia, quæ satis etiam per se odiosæ erant, & ex *l. quod principi de leg.* 2. lege Falcidia solutus non est, *l.* 4. *C. ad l. Falcid.* nec lege Glicia, *l. Pap. §. si Impe. ff. de inof. test.* nec lege Voconia, qua de causa veniam legis Voconiæ a Senatu Augustus petit apud Dionem. Sed & plerisque aliis principes soluti non erant, licet imperii initio non jurassent in leges, & multo minus si jurassent. Quinimo ut populus ipse suis legibus tenebatur, ita princeps cui & in quem populus omne suum imperium contulerat, adeo ut potestas principis & in ipsum principem esset, *l.* 4. *C. de legib.* Caducariis legibus soluti erant ex S. C. quodam eorum, quæ facta esse ad eas leges Justinianus refert, & aliis quibusdam, veluti solemnibus manumissionum, *l. apud eum*, *De manumis.* & auctore Servio, lege quæ vetat in urbe mortuum sepeliri. Quod igitur *d. l. princeps*, & Dio LIII. dicens, hoc se ex Latino sermone transferre, *λέλυνται τῶν νόμων*, non de omnibus legibus accipiendum est. Et quod Dio Chrysostom. principem esse *τῶν νόμων ἐπάνω*, & Plato, *ἄρχοντα κατὰ νόμους οὐκ ἀνυπεύθυνον*, & idem fere Justinianus in *No.* 105. eo tantum pertinet, ut intelligatur penes principem esse omnem potestatem ferendarum vel abrogandarum aut derogandarum legum, ut Augustin. ait in epist. quadam, *Imperatorem non esse subjectum legibus, qui habet in potestate alias leges ferre, non temere quidem sed ex justa causa & republica, atque adeo confirmandi etiam quæ non jure facta sunt*, ut principem legimus adoptionem non jure factam confirmare; *l.* 33. *de adoptio.* & matrimonium statumque liberorum non jure quæsitorum, *l. qui in provincia*, *de rit. nuptia.* & hoc quidem solum est principem supra leges esse. Nec placet quod de Achille Horatius.

> *Jura negat sibi data, nihil non arrogat armis.*

Sed de his satis. Verum ne abutamur etiam illa sententia, *Omnia esse principis* ex *l.* 3. *C. de quadr. præscr.* cujus mens hæc est, ut omnia tam fiscalia quam patrimonialia, de quib. in ea lege agitur, principis esse intelligantur. At & juris civilis, Seneca hanc vocem esse ait, *Omnia regis esse, etiam quæ sibi quisque privatus habet & possidet*, quam tamen ita excipit rectissime, *ut omnia Rex imperio possideat, singuli dominio.* Nec enim quæ tua sunt, principis sunt, aut certe tua non sunt quoniam dominium in solidum duorum esse non potest, & communia quoque esse inter te & principem dixerit nemo: & fiscalia quoque ipsa proprie principis non sunt.

CAP. XXXI. *De effractoribus & expilatoribus.*

EST differentia quædam inter expilatorem & furem: nam expilator fur atrocior & improbior est: idem etiam dicitur esse raptor. Sed & hic nonnihil ab expilatore distat: nam expilatores in eo titulo specialiter dicuntur, qui obvium quemque noctu corripiunt & exuunt vestimento, *οἱ τοὺς ἀνθρώπους ἐκδύοντες ὡς τραχύτεροι τῶν κλεπτῶν ὑπάρχοντες*, Basilica habent in *l.* 1. *§.* 1. *eod. tit.* & ad *l. aut facta*, *de pœnis*, quo loco expilationes discernuntur a furtis, Græci interpretes, *ἄλλο γάρ ἐστι τὸ βιαίως ἀποδῦσαι, καὶ ἄλλο τὸ λαθραίως κλέψαι ἐσθῆτα.* & atrociores dicuntur, quia nocturni sunt fures, ut *l.* 2. *eod. tit.* atrociores esse nocturnos effractores qui vesticulariam vitam vivunt, plane separans nocturnos effractores a diurnis, quæ nulla tamen separatio fit talis in expilatoribus, quia sc. nocturni sunt omnes, caprimulgi omnes, ut hoc avium nomen, qui & fures nocturni appellantur, insectamus etiam ad homines interdiu cæcos dormientesve, noctu vero sua exercentes furta: & hi quidem expilatores ab Oppiano eleganter his versibus descripti sunt.

> *Ὡς δέ τε ἡμερόκοιτος ἀνὴρ λῃίτορι τέχνῃ*
> *Ὁρμαίνων ἀίδηλα, δίκην σίβας ἢ ποτ' αἴζων.*
> *Ἑσπέριος τείχεσσι καταπτήξας ἐν ἀγυιαῖς*
> *Ἄνδρα παραστείχοντα παρ' εἰλαπίνης ἐλόχησε.*
> *Καί ῥ' ὁ μὲν οἰνοβαρὴς ἔρπει πάρος, ὑγρὸν ἀείδων.*
> *Οὐ μάλα νηφάλιον κλάζων μέλος· αὐτὰρ ὁ λάθρῃ*
> *Ἐξόπιθε προτυψε, καὶ αὐχένα χερσὶ δαφοιναῖς*
> *Εἶλεν ἐπιβρίσας, κλῖνε ἐν τέ μιν ἄγριον ὕπνον*
> *Οὐ τηλοῦ θανάτοιο, καὶ εἵματα πάντ' ἐναρίξας*
> *Ὤχετο, δυσκερδὲς τι φέρων καὶ ἀνέστιον ἄγρην.*

CAP. XXXII. *Notata quædam ad l. more, De feriis.*

DIem naturalem Accursius vocat in *l. more*, *de feriis*, eum qui more Romano nocte media incipit, & altera nocte media finitur, juxta quod Virgil. ait,

> *Jamque dies cœlo concesserat, almaque curru*
> *Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum.*

Contra Plinium diem civilem vocat. Quis potius audiendus sit, nemo non videt. Et refert idem Accab occasu ad occasum Athenienses adnumerare diem. Et hunc fine etiam civilem reflus dixeris quum Aldus naturalem, & noctem fine metitus quam diem Germani, auctore Tacito & constitutionibus Caroli magni, quali dies nocte dicatur; notitiae adnumeretur, quomodo & aequinoctium dierum hodie non maneat. *Sic. Et* illud spatium ab occasu ad occasum *νυχθήμερον* Graeci frequentius quam *ημερονύκτιον*, cujus tamen ex potiori parte meminere videtur ipse Plinius. *Sed & illo* festius dies accipitur in hoc Arati loco.

ἠοιγὴ δεκάτου τοῦτο ξύναμα σκοτίοιο νύκτα.

Nunquam autem Cato Censorius definitionem quam cum Accurtio artificiosiorem diversis locis nempe divisum in XII. horas. Quod ille Magalis verbo significat.

Nec pronus ad fermonem fpectantem. Vide supra.

Et hic significationes legimus, cujusque diei majorem partem esse septem horarum primarum non fupremarum, *h. e. sarth. fignif.* & similiter Juvenalis, *longas dies fentonia odorat horis*, id est, majore parte diei: hunc Accursius maluit artificialem dicere, & praeter morem fuum ex Jonnne probat nobis auctoritate M. Varronis *lib. rerum humanarum*: Joannes ex Gellio dicebat, Athenienses a fole occasu ad solem iterum occidentem metiri, Babylonios a fole exortu in fequentem exortum, Umbros a meridie ad infequentem meridiem, & hoc esse minus abfurdum. Legendum enim est illo Accurfii loco, *Umbri*, & *Babylonii*, & manifesto put quoque non habent Arabes, fed Arabi, majore verbigitio veri. Legendum item, *quod minus abfurdum*, non *minus*. Sed quis ego, etsim minus abfurdo Accurfii glossis operam impendo, obscura diligentia, inquies, quam tamen adhibuisse me semper haudquaquam poenitet, qui ex hoc fludio & opera mea copii fructum ac delectum, atque ita pedetentim omnes reddidi mendaciffimos, & hac in re utinam me uteretur bene parque beneque fe ratus aliquando typographus aliquis, potius quam meenarum jubaldum impressoribus illis, populus quandoque non uti fane praeftaret, fed nullis uti, quod non parcit hodie inftituere audentque typographi, rei litterariae nihil exitiabile.

interpretatur Interpretantur. At in penna tamen fimiliter A quandam fuiffe legem Arbitrii intelligitur, ex oratione Demoftbenis contra Leocharem & contra Macartum. Conjungimus autem fratres decimus ex eodem patre, qui & germani, & fratres legitimi. 32. de leg. Conjungimus item, & fraternitatem, nec fi excipias L. 1. C. Th. de leg. Rom. de Conftantium l. 1. C. Th. de leg. her. qui conjungimus generaliter accipiunt pro cognatis ut Lycophron *ξυνώνυμ*, & *αὐδώνυμ* item, aliis aequam loco conjunctionitatis nomine univerfa. Quare & conjungimus non alii quam fratres germani fignificatque, nec in l. 2. C. Th. de leg. her. vellim cujusdam legi, *Quia non filius filius conjungentium, fed etiam per adoptionem transitus, nulla ratione dominus interveniente, eum materna excludat.* Quis enim unquam legit filium conjungentium? Sed scripsit *αὐτάνωμος* filii adB privi & de filio quoque definiti in ea legi. Et ut fatius an excludat materna, (certiffimum erat excludere) fed de fratre defecti. Et marrem, inquit, excludit non folum frater conjunctus, fed etiam ex patre per adoptionem qui, qui fcilicet, ut Ariano adjicit reffe, conjunctus loco eft, conjunctumque interpretor, *h. l. per adoptionem, l. ult. de leg. agnat. fuccef.* fed jura conjunctionis habent *l. 1. ult. de Suis & leg. her.* atque ita conjunctus loco eft.

Ultimanus in conftitutione de Juft. C. confir. eis bonalibus imperatorum constitutionibus fidem & potestas absque, quae non fint relata in fuam Codicem; exceptis tantum privilegiis quae certis perfonis aut certoribus concedit, & exceptis regeftis fi qua fint in judiciis quibufcunque civilibus aut militaribus, vel aut principiis numerorum, in quibus judicia exercebit ipfe Juftinianus, principis compertiffimum eft, pro publicis exercitis vel quibufcunque titulis ad publicum pertinentibus. Et ita Theodofius quoque in authoritate fui Codicis, quae non fint relata, quae habentur in manufcripta principia, vel de titulis publicis expreffum aliaque tumque rerum gratia, quae in regeftis diverfarum officiarum reffert, quae ad hoc pertinent ad ea loca perfpicuum eft ex principia dicta conftitutione fuffinitari, regeftis *ipso* effe legendum, non ut vulgo divifum, Accurfio etiam ipfo exposente, caufa adfcitare, & ita *l. 2. C. Th. de Affeff.* fecundatores regeftis polyptici: & ab his inter officia judicum regerendarii appellati funt.

Uplanus in *l. 5. de pact.* cum cenpiffet conventionum divifionem facere trimembrem, in publicas fcilicet, privatas & geniticis five juriffpratium, mox eam binembrem fecit, ftatuens aliam effe conventionem publicam, aliam privatam, & rurfus privatam dividens in legitimam & juriffcentium, ut M. Varr. *l. de re ruft.* feminum inrtio facit genera quatuor, mox tria duntaxat: quia fcil. & quadrimembris divifio facile trimembris fieri poteft, & fimiliter trimembris, veluti alia conventionum divifio ab Ulpiano, fit binembris fit. Juris quoque jus in harum, publicum & privatum ab Ausonio propofita, & Imperat. in *l. ult. C. de juriffcr.* binembris fit, ut & Ulpiani illa divifio juris in naturale, gentium & civile, ita commodiffime binembris fiet, fi ftatuas aliud effe jus naturale, aliud civile & naturale: nacfas aliud naturale, aliud gentium. Et corpora, quae referuntur effe trium generum, *ἁγίων, κοινωφελῶν, ἐδιωτικῶν id Iverum, De ufurp. & ufuc. & donation* quidem uno fpiritu conveniunt, ut hominem, tignum, lapidem, vel *vera juris* Verus, ut Conon mathematicus ait; qui & mox *Ex* interpretantur effe fpiritum, quo conftituitur corpus. *ἐκνομώτατον* autem ex contrariotribus, hoc eft, pluribus inter fe coherentibus conflare, veluti aedificium & navem, aedificium ex pluribus

A lapidibus & tignis, navem ex pluribus tabulis: haec non contineri uno fpiritu, non contineri *vera juris fpiritu*. Et ftatuum igitur plane quae uno fpiritu contineri dicuntur, *l. in rem, §. item quaeritur, de rei vindic. imo* aedificium non *ἐκνομώτατον* & coherentia corpora in *d. §. item quaeritur*, nec libentius interpretabor *ἐκνομώτατον*, vel ut Cic. locuitur, cohaerentes continuatafque naturas: alia effe *ἐκνομώτατον*, quae ex diftinctis capitibus conftant, quorum item Conon rurfus duo genera facit, quadam certis diftinctifque capitibus, ut chorum; quorum, quadam conftant indiftinctis infinitique, ut populum. Et hac utique pofita divifione corporum, Aflet, inquit, eft corpus *ἐκνομώτατον*, aliquam quae diftinctionem certifque & definitis conflat, after fcilicet Mercurius, Venus, Saturnus:

B alterum Andromeda vel Centaurus. Et hoc ita ex Cicerone retulit Aftronomicon Hyginus, ita narratum, his verbis: *Ex Ti Κύκνε ὁ μαθηματικὸς, ἀστέρες λέγουθιν ἕνα τοῦ κύκνε ἄστρον κρατῆσαι, ἕνα λύρᾳ, ἕνα τὸν Ἡρ τὸν ἐπὶ γόνατα κλινόντα. συναμφότερα δὲ ἕνα ἐν τοῖς ἀστροῖς ἕνα ἄστρον ἐν κύκνε καὶ λύρᾳ καὶ τὸν ἡρ γόνατα τὸν κλινόντα. ὁ δὲ ἐν τοῖς ἄστροις ἕνα ἄστρον ἐν γόνατι τὸν ἐπὶ γόνατα. Sorvat ad Euripum, ενὸ τὸν γόνατα ἐν ἀστροῖς ἀστέρες τὸν ἀριθμὸν λέγουθιν, ὡς γράφει τὸ ἐν ἀστροῖς ἐν ἐγκύκλιον, ἕνα τὸν ἐν γόνατι ἀστέρα ἕνα ἀστέρα ἐν τὸ ἀστροῖς ἀστέρα. Parro ibi* ipfe quae in *d. l. rerum*, ex mathematicis proponitur dri fic corporum ab aliis fit binembris tantum, ut alia fint *ἐκνομώτατον*, alia *ἐκνόμωτον*, quo modo *ἐκνομώτατον* fimiliter alia duo *ἐκνομώτατον*, & *ἐκνόμωτον* fimiliter illa duo quae expofui fupr. Interpres Dionyfii Thracis: *ἐνα δὲ ἐστὶν τὸ γένεσιν ἐν τῷ τὸν δεκτικὸν ἐκνομώτατον ἐκνόμωτον, τὸ μὲν ἐκνόμωτον τὸ τὸν ἀδιαιρέτων ἐν τὸ διαιρετῶν καὶ τὸ ἐκνομώτατον τὸν ἐκνομώτατον.* Boetius *l. Arith. Ellenia genuina partes funt, una continens & fuis partibus partile, ut* in *Arithmetica diffinitum, ut* eft *arbor, lapis, & omnia mundi hujus corpora, quae propria magnitudines appellantur. Alia vero discretae a fe & determinatae partibus, & numerum in unum redactae, ut* in *exercitu, & gere, populus, chorus, decurus, & quidquid eorum quorum partes propriae extremitatibus terminantur, & ab alterius fine diverfa funt, his proprium nomen eft multitudo.*

D Transfugas vivos exuri certum eft, *l. fi quis aliquid, §. 1. de poen.* fed titulo eod. *l. aut damnum, §. hoftes*, additur etiam hoftes hac poena affici, ut vivi exurantur: quod eft ambiguum. Ignarum enim, an vivi feruentur, non occidantur, nifi qui hoftium duces fortes dufti fint in triumphum, quos tamen non palam combuere, fed latenter, ne fcil. fepulturae honore, ut ex Trebellio Pollione intelligere licet in Auretiano, & ex principum panegyricis. Quamobrem vel ut alias admonui in illo *§. hoftes*, legendum eft, *& hoftes autem transfugae*, ut *d. l. fi quis aliquid, §. 1.* vel hoc modo, hoftes autem, id eft, transfugae. Aliud quidem propriae eft hoftis, longe aliud transfuga, & *§.* ult Quintil. in *Imperator provocare a filio*, cum lex diceret, *Qui ab hoste provocatus non pugnaverit, capite punietur*, docet diftinguendum effe ab hoste transfugam: nimirum quod hic contra patrium jugum, illic pro patria, pro repub. fua. Verum enim improprie videtur etiam transfuga hoftis appellari poffe, cum hoftium numero habeatur, *l. poffimonium, §. transfuga, De cap. & poft. l. 3. §. si qui, l. predatores, de re mil.* & quod hoftis abscondae inventus fuerit interfici poffit. *l. 3. §. ad l. Corn. de fic.* Et fane videtur literarum hoftes pro transfugis accepiffe, cum dixit, hoftes fugeri non folere, *l. libertorum, §. non folent, de his qui non inf. Certum* enim eum cum hoftibus non effe nobis mores & jura communia, idcoque Graeci illo loco, recte hoftes

Oft fuos heredes lex XII. Tab. vocavit proximos agnatos, nec feparavit conjunctiones ab agnatis. Interpretatio eruditum feparavit, ut Fatal. fcribit *§. Jemo*, his verbis: *Conjunctiones quas lex non apprehendit, interpretatione praetorum primum inter agnatos locum occuparunt*: credo quod lege Voconia cuius in qui fualores fuerunt, conjunctiones utrufque fexus vocantur, ceteri agnati mares tantum, cui & finulem

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 15.*

perfonfum capiteli aliquot condemnaffe fententia. Tanta A rei novitate permotus, teftes imperat præparari. Convenitur ex aliis locis beatiffimi fatendetes, rei unius ratione prudentiaque obfcuratos, acceffaria teftimonia confirmatos, adhibitoque vero fimplexque definitio, ut quem fimpliorum regula remouebant, voluntate propria fe removere deberet. Ille eadem credibili expectandam, eboque fe iniuffu rigore affenti condemnatum. Quod ubi vir compertt, protinus & ipfe pedibus iter ingreffus, urbem Romam fine equo, fine fagmatis interuis, & Leoni Papæ illico fe præfentavit cum reverentia impendens obfequium, & cum humiliate depofitus, ut exulcerarum ftatum meos fcilis ordinarem, affirmans aliqui se apud Gallias publicum meruiffe exemplifie fententiam, fe ad ejitus novi ad cauffam venifie, proteftando non accufandi ceffum, quæ funt alia fuggerere. Porro fi aliud velit, fe non futurum effe molefhum. Et alio loco. Hilarius tobam fe ad placendum animum fandi Leonis inclinatum humiliate convertere; miffi primitus S. Ravennium tunc presbyterum, poftmodum proprium fuccefforem, dein fanctum Nectarium, fanctumque Conftantium præpofitum fuccedere: Et qua quantum in hac cauffa deliberetur, hunc meos poffum quilo ratione conuellere, abolitoque tunc prafecti, qua fuerit fententia, credidi inferendum, cujus hæc verba funt. Sanctus Nectarium & Conftantium fuccedere ex beatitudinis tue parte nominauit, digna admiratione fufcepi. Locutus fum cum S. Leone Papa: hæc fuit credo aliquantum animo pertorrefcit. Inpatienter ferens homines fi fe loquantur quæcunde nobis cauffis fentas: auret precetos Ravennatum quidam tenuerindum trahuntur, in quorum fi fe fuvolitione tua fubinde demittet, plurimum nihil perdiderint adquirat. Da mihi hoc, & exiguas nobis parua meritorius petentiate compefce.

CAP. XXXIX. *Etiam privato deci publici judicii exercitionem.*

JUdicii publici cognitio, quæftio, exercitio, exercitio, & animadverfio criminum non eft iurifdictionis, quin non jure præjudicius competit, vel ut Dionyfius Halicarnaff. loquitur, non eft *ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον* ftet lege datur, l. 1. *De offic. eius cui mand. eft jurif. l. aliud, §. ult. de verb. fign.* & lege datur, ut tit. Pap. *d. l. 1. Et cui quæftio obtigerit* 2. cui obveneriet forte, etiam privato, qui judex quæftionis dicitur, *l. 1. ad leg. Cor. de fic. Cui magiftratus, inquit, judicia quæftionis.* Judicem quæftionis feparat a magiftratu, & magiftratum intelligit prætorem, qui lege Cornelia quærit, vel proconfulem, apud quos etiam leguntur, *l. 3. de accuf.* eos de-

ferri: & interior lex Coroalia de ficariis fic habet: *Ubi is prætor judexve quæftionis cui forte obtenteri quæftio de ficariis, ejus quod in urbe Roma propius noftra paffus fuerit erit, uti quarui cum publicibus, qui ei ex lege forte obtenteri*, &c. & fimiliter M. Tull. *pro Cluentio*: *Cujus inter judex quæftionis lege Cornelia de cenfeiis, & Q. Vicennius cum his judicibus, qui ei obtenteri forte.* Judex igitur quæftionis eft privatus cui forte obtigit ex lege quæftio publica, qui publico judicio præeft, *ad. l. 1. ad legem Cornel. de fal.* quem & quæftorem dixeris rede: nec enim hoc nomine folum prætorem intelligi velim, qui legibus quærit, fed & privatum cognitorem, *l. 3. C. Theod. de poffeff.* Frequens præter Virgilium, & aliis id proprie tribuere Minoi, Æaco, Rhadamanto. Seneca in *Agamemnone*, *quos ab infandis mvnus quæfitore vere Gnoffus teneat.* Et in *Hercule furente*, *qui fronte minas crimina tetrica Quarum ne vocuet examinat reor*, & infra: *Non unus alto fedet quæftor fedens Judicia trepidis fera fortiter reis. Audiere illa Gnoffus Minos fero, Rhadamantus ille, Thetidis leo Andri fuit.* Manilius *lib. v.*

Quæftor fedentes venit vindemque reorum,
Qui commiffa fuis eimabitur argumentis.
In lucemque trahet tacitatque filentia fraude.

CAP. XL. *De his qui fe fponte fua digitis truncaffe, qui veteram verbo Marci dicuntur.*

COnftantinus Imperator eos, qui præfectis digitis fe fua fponte ad militiam feciffent inutiles, curiis civitatum addixit, *l. 1. C. Th. de filiis mil. app.* & fimiliter alii Impp. *l. 4. C. Th. de cohort.* ne hi in manu defenfatione ab alibi Reip. muneribus eximerent aperte defluivit. Sed emendanda ejus legis fcriptura eft in hunc modum: *Eos, qui amputationem digitorum affe in legem fecundum D. Conftantini decretum*, &c. Ac poft alii Impp. *l. 10. eod.* & fi inter leftiffimos milites fi non numerentur, nec militum nomen ferre poffint, non erunt tamen omera laboreque militia. Invenio etiam eofdem non admitti ad militiam facrum five clericatum, *ejus portem* 55. *diffinuit.* & Innocentium in integra epiftola ad Felicem Nucerinum epifcopum eos appellare mutcos, his verbis: *In his clericos fcripfiffi quos cauffarum non habere, aliquos mutcos, aliquos ligiones effe.* Et in Ammianus Marcellinus *xv. de Gallis*: *Nec eorum aliquis quifquam, ut in Italia, munus Martium portunifcere politicum fibi præcidit, quos focialiter mutcos appellant.*

JACOBI CUJACII J.C. OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM *LIBER DECIMUS SEXTUS.*

CAPUT PRIMUM.

De cruris & furcæ fupplicio.



XEdicto Conftantini Imperatoris cerrum eft legitimaram poenarum numero fubtractum quod erat frequens crucis omne fupplicium, non alia ratione, quam venerattione figni falutis noftræ. Hermias *fub.* τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ *καταργηθέντα Pauperis τὸν τὴν σωτηρίου ἀνάδειν τὸν σχῆμα τῶν δικαστηρίων*, quod Conftanti-

A *vice Cæfaris cognitionem.* Et in alia. *Annitio Paulino præf. urbi vice Cæfaris cognitionem.* Ex ea quidem l. 1. fimul atque inferiptione ad Maximum IV. intelligimus, *Imp. enim. C. eod. tit.* proprie accipiendam effe de præfectis urbi, fed porrigi etiam poteft ad vicarios, & illuftrior de utrifque accipi *l. 2. C. d. eod. tit. eod. C. Imper autem, §. item Imp. De minor.* ut ficut ab eorum fententiis appellatur princeps, ita adverfus eorum fententiam folus princeps reftituit in integrum: a præfecto autem prætorio certum eft nec principem quidem appellari poffe, & adverfus fuam fententiam impetrari in integrum reftitutem poffe, *l. præfecti, 3. D. de minoris.*

CAP. III. *Ne Judei novas fibi fynagogas adficent.*

B PRincipes Chriftiani fi Judæis potuiffent imperare, Chriftianam religionem utique imperaffent. Sed religio imperari non poteft, quia nemo cogitur ut credat invitus, quæ verba funt Caffiodori in refcripto quodam Theodorici ad Judæos *lib. v. Var.* & fimilia Lactantii, *nihil eft ita voluntarium quam religionem, ea qua fi animus averfus eft, jam fubdita, jam nulla eft*: & ad hæc facilius vulerunt religionem Judaicam, quam vel Chriftianam vel paganam, hoc tantum invento ne coactitiuffe minuendæ paulatim Judaicæ religionis gratia, ne novas fibi Judæi fynagogas exædificarent, ut conteuti eflent veteribus, has fulcirent, repararent, farcirt tectas fi vellent conferuarent indicta inobedientibus poena. Libraram auri, *Lalt. Cod. Judaic.* ad quam puto fuperdicto loco Caffiodorum refpicere, dum fecundum aliquis conftituta Judæis tantum permittit fynagogæ vetuftis parietibus reparatem imponere. Et paulo poft, in ipfis parietibus conpetentes vel falcatinis (fic multo quam ligendis) tantum licentiam, ac ne concedit quidem ornare fyna ogas vel ampliare. Sed quæri poterat, an prætatu ruina aut collapfus vetes fynagogæ in eadem fpecie. & qualitate reponere & reftaurare poffent? quod Gregorius permittit *e. conful. de Judæis*. Itaque reftaurare non novas, fed eafdem intelligitur effe, quarum funt fundamenta eadem forma, & ftatus idem, tamenti ftatibus interpretantibus novæ potius fint, *fcriptura, §. ff. Judæorum*, *ff. de feruitutib. urb. prad.* Sed ita re dubia nec lege definita propalam, benignioreis interpretationem fequimur fecundum æqualem juris, quam & Nicetas exprefit hoc modo, *χρὴ τὸ τοῦ κλήσου κοινὸν τρόπῳ τὸ φιλανθρωπικῷ.*

CAP. II. *Ab his, qui vice facra judicent appellari poffe.*

NOn dico a præfectis prætorio appellari poffe, qui & fuli vice facra cognofcere vere dicendi funt, *Ita proconfulibus, C. Theod. de appel.* fed a vicariis præfecti prætorio, quamvis & hi vice facra judicare dicantur, *l. 1. C. de offic. vic.* & a proconfule Africæ, *l. 3. C. Theod. de appel.* & a præfectis urbi, qui etiam vice facra judicant, *l. 1. C. Th. de app.* & in antiqua inferiptione legitur, *Annius Evagrius Epifanius V. C. præfect. urbi vice facra jud.* Et in alia. *Præf. urbi elettus, ad cognofcendas*

CAP. IV. *Interpretium & Interpolatio.*

VAlde probo quod interpretium & interpodium veteres Gloffæ interpretantur *ἀνταλλαγὴ*, i. numerum aut pondus ad vicem alterius, quod quafi libratur & expenditur: nam & pro pretio empticnis lego interpretium apud Caffiodorum *2. variarum*, dum negotiatores quibus plerumque injungitur onus communis frumenti Reipub. necuffarii, id poftquam conmenuus fi forte non indigeat frumento Refp. compelli non vult, ut fibi frumentum habeant & retineant præftita certa quantitate foliorum pro interpretio, id

id est, non compelli emere a Rep. quod emere Reip. *Ut*, inquit, *frumenta quæ per supradictos negotiatores publico comparantur, non iterum ab eisdem interpretii nomine solidorum quantitas exigatur*. Et eodem modo inter æstimationem Pomponius dixit *l. pen. ff. de ædil. edict.* comparans emptionem fundi emptioni plurium servorum uno pretio. Nam ut evicta certa parte fundi, non pro parte pretii, sed pro qualitate & bonitate ejus partis æstimatio fit in judicio de evictione si fundo dictum sit pretium non singulis partibus, *l. 1. l. bonitatis, l. ex mille, §. penultimo, ff. de eviction.* ita cum plures servi uno pretio venierunt, evicto uno pro bonitate ejus præstatur evictio, id est, æstimatio ejus servi qui evictus est, vel citra causam evictionis qui redhibitus est ædilitia actione, *l. si plura, ff. de ædil. edict.* quando scilic. propter ejus servi vitium non sunt omnes redhibendi, *l. cum in ea causa, in fin. l. cum ejusdem, eod. tit.* Et hoc ut dixi, si plures uno pretio aversione venierint, & fundus similiter, non fundi singula jugera. Quod si servorum aut jugerum singulorum constitutum sit pretium, utemur eadem comparatione, & dicemus æstimationem fieri, non pro bonitate, sed quanti singuli servi vel singula jugera venierunt, *d. l. si plura, l. si fundo tradito, ff. de evict.* Et æstimationem promiscue dicemus aut interæstimationem, pretium scilicet vel interpretium redhibiti vel evicti hominis, aut evictæ partis fundi, quod scilicet venditor præstat vel cedit emptori. Et ita Seneca, *Quid prodest interæstimata habere omnia, si sis impera nimius?*

CAP. V. *De pistoribus & Catabolensibus.*

FUit in urbe pistorum, vel ut veteres loquebantur, auctore Servio, pinsorum certum corpus, consortium, collegium, certæ familiæ, quæ cum modo panificio dicantur obnoxiæ, in C. *Th. tit. de pistor. & catab.* ex eo apparet pistores non tantum panem fecisse, sed etiam farinas moluisse & subegisse: quod etiam ex his apparet quæ instrumento pistoris Paulus adnumerat, & *l. 7. C. Th. eod.* asinis, molis, machinis, cribris, servis, Pompon. *in Pistore: Decipit vicinos. Quod molendum conduxit, comest.* Et in eadem Comœdia pistor. *Plus quæsti facerem, quam quadrimas si haberem molas.* Ex eadem etiam esse illud, quod Diomedes attulit, *Cum neque molis molui, neque palmis pinsui.* Eusebius sive Hieronymus *in Chronicis: Paulus ad molas manuarias pistorem se locavit:* sed cum fuerint prædia quædam pistorum corpori obligata, qui & fundi dotales dicuntur, quæ pistoribus solatia certa præbebant plerumque locata perpetuario vel emphiteuticario jure, *l. 7. 13. 19. C. Th. eod.* Ea tametsi videri possint non esse in instrumento pistoris, pistrinum tamen & officinam sequuntur semper: & qui erat pistorum patronus primarius, is quinquennio expleto, omni isto onere absolutus officinam cum fundis dotalibus in sequentem patronum transferebat. *d. l. 7.* Erant vero hi fundi in diversis provinciis simul ac pistores, & hi omnes sub cura patronorum & præf. annonæ, qui etiam pensum & munditiam panis exigebant, *l. 12. & 17. C. Th. eod. tit.* Cassiodorus in formula præfecti annonæ. *Per officinas pistorum discurris, pensum & munditiam panis exigis.* Et in consequentibus, *Dignitati tuæ pistorum jura famulata sunt, quæ per diversas mundi partes possessione latissima tendebantur.* Quia autem pistoribus junguntur in superiore titulo Codicis Theodosiani Catabolenses, aliud in urbe corpus sive collegium constitutum ex libertinis hominibus, hi videntur fuisse, qui molenda frumenta animalibus farinasque comportant, quandoquidem & generaliter invenio Catabolenses appellari eos, qui vehenda veterinis onera conducunt, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν quod est comportare, ut Cassiodori 3. *Var. Marmora in urbem per Catabolenses subvehi.* Et *lib. 3. Veredarium missum ad publicas necessitates expediendas, qui parhippum sarcinis suis, & vasis oneras ultra pondus librarum centum,* A *jam non esse veredarium sed Catabolensem.* Et inde apud Damasum & Scotum catabulum dicitur pro loco in quo veterina animalia stabulantur, in quod referunt Marcellum Pontificem Romanum a Maxentio Imp. damnatum, jubente, inquiunt, planeas sterni, ut ibidem animalia catabuli congregata starent, & in eo stabulo publico Marcellus animalibus deserviret. Platina corrupte cacabulum vocat. Cedrinus *in Nicephoro* ἀπὸ γυναικῶν, καὶ ἀπελθὼν ἐν τῷ καταβόλῳ, &c.

CAP. VI. *Ad l. 6. C. de offic. rect. pro.*

QUænam sit Phodiorum civitas, vel qua in provincia, cujus mentio fit in *l. 6. C. de offic. rect. pro.* sane frustra quæsiveris: & fuerit tamen necesse est B celebris civitas quædam, cujus allevandæ gratia ea lex condita sit, ne scilicet hyemis tempore ejus civitatis cives navigationem litium suarum causa instituere cogerentur: quam rationem ipsam cum in causa Rhodiorum inveniam movisse Justinian. in *Novella quadragesima prima*, facile adducor ut credam, & in illa *l. 6.* esse legendum, *Civitas Rhodiorum*, non *Civitas Phodiorum*, & errorem natum ex litera P. accepta pro latina non pro græca, ut illo Lucilii versu apud Terentium Scaurum, *Apes, apes, Græci ut faciunt.* Cui similis ille Martialis, *Græci quibus est nihil negatum, Et quos* ἄρες ἄρες *decet sonare.* Ut autem ex Nov. Justiniani 41. & 50. quæstori exercitus cui præcipue incumbit cura erogandi stipendia militibus, subjectæ sunt quinque provinciæ, Mysia & Scythia in Ponte Euxino, C & quamvis ab his longe dissitæ sunt Caria, Cyprus, Rhodus, ita putem easdem subjectas eidem fuisse ante Justinianum. Nam antiquo more Julianus in *No.* 50. scribit, duplicem quæstorem magistratum fuisse, unum qui circa latus principis ageret, de quo *tit.* 30. alterum qui exercitui annonas distribueret. Quod si fuit Quæstor exercitus olim, videntur etiam honoris causa sub cura ejus positæ illæ provinciæ fuisse, quasi præfecti prætorio, sicut officium etiam habuit ad exemplum præfecti prætorio, & a præsidibus singularum provinciarum, ut definit *No.* 50. Interposita appellatione, ipsum quæstorem cognovisse. At quæstore illo constituto potissimum & agente in Mysia & Scythia, hoc est, in limitibus annonæ militaris procurandæ gratia, ut testatur idem Justinianus *Nov.* 42. perquam erat D molestum Rhodiis interposita appellatione a sententiis sui præsidis maxime hyemis tempore Scythiam aut Mysiam navigare atque etiam alio tempore. Nam, ut ait *d. l. 6.* hyemis tempore navigatio sæpe periculosa est, & alio tempore semper incerta. Quamobrem de mense Januario ita recte præcipit Aratus, μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσῃ πεπταμένῃ πελάγει κεχρημένος, &c. & M. Tullius, *Hoc cave te ponto studeas committere mense*, &c. Festus Avienus, *Non tum mihi longa phaselis Æquora tenentur, non tum freta turbida pinu Quis petat*, &c. In gratiam igitur Rhodiorum, quæ permanat etiam ad Cares & Cyprios constituitur, ut Judices sub quorum cura sunt illæ provinciæ quinque, hoc est, quæstores exercitus, per vices hybernent in illis quinque urbibus, quæ potiores esse ceteris asseruntur E .i. in illustribus & majoribus civitatibus totius diœceseos, ut *l. 1. C. ut om. jud. tam civ. quam mil.* &c. vel potius in metropolibus earum provinciarum: urbium enim nomine proprie metropoles significantur, *l. 4. §. pen. ff. de dam. inf.* & quot metropoles tot sunt provinciæ. Ut igitur uno anno hybernent in Rhodo, ibique audiant causas appellationum, alio in Cypro, & sic deinceps in aliis provinciis, quod tamen aliter definitur in supradicta *Nov.* 41.

CAP. VII. *De secundo lapsu.*

ACtiones in personam non solebant olim, qui impetraverant exercere confestim, sed denuntiationem

tionem litis solemnem præcedere oportebat, quæ & insinuatio dicitur, *l. 2. C. si ex plur. tut. vel cur.* ut ibidem latius exposui, & fieri quidem eam denuntiationem oportebat apud acta, vel editionem rescripti, cum ex rescripto aliquis causam erat introducturus, & a denuntiatione vel editione rescripti utrique parti erant constituta tempora certa ad litem exequendam & contestandam: exceptæ erant causæ Ecclesiasticæ & causæ modicæ .i. quæ non excederent c. aureos, & causa momentaneæ possessionis, & actio tutelæ, negotiorum gestorum, si certum petetur de chirographis, & querela inofficiosi testamenti, quæ & in rem & in personam est actio, *l. 3. 5. 6. 7. C. Th. de den. vel edit. res. l. 1. C. Th. utrubi, l. quicunque, C. Th. de iis qui adm. vel off. pub. ger.* hodie generaliter omnes causæ sunt agendæ confestim remotis illis denuntiationum & temporum ambagibus, *l. ult. C. de interd. § appellamus, Inst. de act.* verum cum jus vetus obtineret, si quis a denuntiatione vel editione rescripti intra tempora constituta causam non egisset, summovebatur præscriptione temporis, & post hunc lapsum tamen per indulgentiam principis dabatur reparatio & redintegratio denuntiationis intra menses quatuor, quo tempore rursus si quis cecidisset, post hunc secundum lapsum, non erat locus reparationi: & hoc ita definitur constitutione Imperatoris Constantini, *l. 3. C. Th. de tem. cur. & repar. denunt.* quam intellexit Symmachus in epistola ad Theodosium his verbis, *Integram restitutionem suffragio juris accipit, sed multis provocationibus variisque tracta judiciis intra metas justi temporis nequivit exequi propositas actiones ut res monebat, amissum beneficium remedio integravit supplicationis. Sed idem mulier casus etiam rescripti humanitate fraudavit, siquidem mensium 4. dilata curriculis summo die temporis impetrati excidit cognitor. Post hæc cum vellet infelicem causæ lapsum reparatione sarcire objecto legis Constantianæ explosa est, quæ extra ordinem temporibus indultis longiorem negavit excursum.* Et infra: *Constantiana lege reparatio adimitur temporibus extra ordinem datis. Constantianam* dicit, pro *Constantinianam*, ut sæpe auctores Constantium pro Constantino, & e contrario, & Justinum pro Justiniano. Ceterum extat alia constitutio Constantini, quæ judicem litem suam facere decrevit, si culpa judicis secundo lapsu causa fuerit amissa non culpa litigatoris, *l. 4. C. Th. de temp. cursu.* quæ confirmatur *l. 1. C. Th. de secund. laps.* Quod si nec judicis nec adversarii culpa secundo lapsu causa ceciderit, sed propter ægritudinem aut mortem judicis, aut interveniens aliquod Reipub. negotium, hoc casu reparationi locum esse Valentinianus, & Valens constituerunt, *l. 2. C. Th. de repar. appel.* quos proculdubio Symmachus intellexit in eadem epistola ad Theodosium, his verbis: *Parentum numinis vestri divorum principum protulit sanctiones, quæ inter reliquas exceptiones reparationem jurgantibus tribuunt si per cognitorem causa labatur.*

CAP. VIII. *Exceptio quod libertatis onerandæ causa factum sit.*

INter exceptiones prætorias, quæ rei cohærent, atque ideo non reo tantum, sed etiam fidejussori & expromissori competunt, hæc numeratur, Quod libertatis onerandæ causa petitur, vel, Quod libertatis onerandæ causa factum sit, *l. 7. de except.* quæ locum habet in specie hujusmodi In manumittendo servo ex continenti stipulatus sum ab eo pœnæ nomine pecuniam certam si quando me forsitan offenderit; ac postea causatus offensam aliquam, ex stipulatu pœnam peto. Summoveor exceptione, Quod libertatis onerandæ causa gestum sit. Est enim plane onerata libertas ejus, qui dum perpetuo veretur & timet ne vel levicula re patronum offendat, nihil non agit metu pœnæ ne non committatur stipulatio, & manumissio illiberalis, ac secum ipsa quodammodo pugnans pro- A pter metum illum, qui imminet manumisso, instat, impendet semper ἐπαιωρούμενον, quasi ex alto lacunari, ut Ulpianus ait in *l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non det.* ut de Damocle legitur, cujus in medio apparatu regio jussu Dionysii cervicibus imminebat gladius seta equina appensus, & idem quoque de saxo e tenui filo impendente Tantalo. Nihil vero refert scripseris, ἐπαιωρούμενον an ἀπῃωρημένον, ut vulgo legitur in *d. §. quæ onerandæ*, sicut apud Theophilum in *§. furtum, Inst. de obl. quæ ex del. nasc.* nihil refert emendes δι' αἰώρας, an δι' ἐώρας χάριν, id est gestationis causa, ut in *l. 7. ff. de man. vind. gestandi causa*, Basilica interpretantur, αἰώρας χάριν. Et Sophocles in *Oedipo tyranno*, πλεκταῖς ἐώραις, quod alibi πλεκταῖσιν ἀρτάναισι, & legi etiam nescio quo loco oscillorum suspendia promiscue appel- B lari αἰώρας, & ἐώρας, & ita quod in *d. §. quæ onerandæ*, legitur in P. Fl. ἐπῃωρημένον rectum est, non minus quam ἐπαιωρούμενον, vel ut in aliis ἀπῃωρημένον, aut ἀπαιωρούμενον, hoc est μετεωρούμενον, μετεωριζόμενον, ἐπηρτημένον, ἐπαρτώμενον, ἐπικρεμαννύμενον, ἀνηρτημένον. Nec minus vero ἐπαιωρούμενον impendere dicitur onus libertati quod impositum est ex continenti in danda libertate, quam quod ea ipsa libertas obstricta est ex intervallo post manumissionem, si modo liquido appareat libertum metu solo, vel nimia patroni reverentia ita se stipulationi onerosæ subjecisse, *d. §. quæ onerandæ, l. is qui onerandæ, l. si ita stipulatio, ff. de op. lib.* Liquidis argumentis & probationibus opus est. Nec eidem exceptioni tantum est locus in actione ex stipulatu, sicut exposui, sed etiam in actione bonæ fidei, veluti pro socio, si C eodem modo coactus societatem cojerit cum patrono, qui non se ipse redemerat, vel pro capite certam pecuniam promiserat, sed ultro manumissus erat a patrono, moxque vinctus quadam servitutis, & terroris perpetui lege, *l. ult. §. ult. ff. quarum rer. act. non det.* Verum actioni bonæ fidei ipso jure ea exceptio inest, sicut & ceteræ exceptiones omnes, nec ejus omissio quidquam officit liberto. Actioni strictæ necessario opponenda est *d. l. 1. §. si onerandæ, l. Labeo, ff. de op. lib.*

CAP. IX. *Fata an facta causarum.*

NOndum plane certum est in constitutionibus scribendum sit, *Fata* an *facta causarum*, in *l. 1. C. de* D *offic. civ. jud.* rectius videtur scribi facta quam fata. *In his horis*, inquit, *quibus causarum merita, vel facta panduntur*, quod scilicet fit litis contestatione, & adsertione partium, *l. 2. C. si per vim vel alio modo*, &c. Contra in *l. 3. C. de legib. causarum fata componere* ut *l. 14. C. de adv. div. jud. dirimere ambigua fata causarum*, & *l. 41. C. Th. de appell. disceptationis fata.* Sunt enim in causis aut incidunt fata quædam, & dies qui fatales appellantur in tractatu de appellationibus, & vero forsitan licet usurpare hac in re, quod Isocrates ait adversus Callimachum, πολλὰ παρὰ γνώμην ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀποβαίνειν, καὶ τῇ τύχῃ μᾶλλον ἢ τῷ δικαστηρίῳ κρίνεται. *Fortunæ judicio, l. 13. ff. de stat. hom.* Et utrumque igitur recte dici videtur, ut apud Latinum Pacatum: *Nolo mi-* E *serorum vel factum onerare vel fatum.*

CAP. X. Βασιλικῶν *locos notari aliquando perperam a Græcis auctoribus.*

QUod est in *l. 4. ff. ad l. Jul. majest.* lege Julia teneri eum cujus dolo malo jurejurando quid adactum est quod adversus Remp. faciat, id est, cujus dolo malo conjuratio facta est adversus Rempub. id in Basilicis est relatum lib. 60. *tit.* 36. *cap.* 4. his verbis: καὶ ὁ συνωμοσίαν κατὰ τῆς πολιτείας γενέσθαι, quem locum Nicephorus Gregoras *lib.* IX. ita notavit, τῶν νομῶν *cap.* 4. *tit.* 36. perperam, omissa libri sexagesimi & ultimi βασιλικῶν adnotatione, cui tamen capiti recte-

de adjuvatis canonem XVIII. Chalcedon. Synodi, τὸ Ἁ τῶν συναγομένων ὁ ὁμοτίμων ἡγούμενος, &c. & perperam Zonaras ad can. XXIII. Synod. Sardic. Confirmationi pertinere. Ibi Balsamon & Joannes Zonaras similiter canone Apostolorum LXXXIV. quo patronus subjicitur qui in regem aut magistratum contumeliosum fuerit, cæsari perperam, & sibi perperam, quod ea res non abs re in errorem perduxerit Jo: Quintinum *Episcopalibus*, id est, corporibus *Episcopi* quod libris tr. confirmat. cap. 36. num. 13. nam ita *Episcopus* quod libros, & eo qui Imperatori maledixit, que est *l. unica, C. si quis imp. maled.* quam Si accipiunt Græci, ut etiam ipse injuriis maledictum profitetur, consentaneum fit, Patronum subjici, qui contra patronum quis maledixerit: & quod quidam adjiciunt, τὸ ἀδιάκριτον γεγονέναι περὶ αὐτὸν τοῦ τε θεοῦ καὶ βασιλέως, quillo modo admitti posset.

CAP. XI. *Corpora in institutio quid sit.*

CAptatoria institutio est non tantum si mihi in hæredem instituendo captem hæreditatem, & bona eius quem hæredem instituo hoc modo. *Si Titius me hæredem instituerit*, vel, *Qui ex parte Titius me hæredem instituerit, mihi hæres esto*, sed & si alii ita fecerint a S.C. quo reprobatur sunt captatoriæ institutiones, hoc modo, *Si Titius Gaium sibi hæredem instituerit, mihi hæres esto, l. hæres, §. ult. ff. de hæred. inst.* Captare, est referre pro mutuo gratium quam captamus, hæc definitio Scævolæ, necnon accipimus. Quod fit verbis collatis in futurum, *Si me, aut Gaium hæredem instituerit*: ideoque in Basilicis institutiones dicitur fieri δι' ἐπερωτήσεως, ut in *Sophoclis Electra*, ὁ συνοικῶν ἀνάκτορα φιλοῦμεθ' ἐγὼ καὶ σύ. Ex diverso agitur contra quam olim fuit mihi facile persuasum, non tantum captatoria est institutio, qua mihi hæredem instituam, cujus mihi vel alii hæreditatem capto, ut in superioribus exemplis, sed etiam si non eum cujus hæreditatem capto, sed aliam, hoc refert quod *Si Titius me hæredem instituerit, Gaium mihi hæres esto*, Quod probat sperte *d. l. tit. in princ.* cum Scripturam Basilica constituerit, ex ea dubia responsione, in hunc modum. Si hæc institutio valet, Qua ex parte me Titius hæredem instituit, ex ea mihi parte Mævius hæres esto, & modo Titius me hæredem instituat, ex ea parte Gaium egotium refert, non etiam repositi, & captat, Qua ex parte me Titius hæredem instituerit, ex ea mihi parte Mævius hæres esto, non valet, mihi hæres esse refert quos D captetur hæreditas, heredis instituti, an alterius. Et in *l. Clemens, §. ult. eod.* certe nullam gratiam repositi, qui Mævium ad Sempronium hæredem instituit ex ea parte ex qua ipse a Titio hæres institutus est, quamque potest recuperare fit. Nunc conferitur quidem institutio Sempronii ex reciprocum hæredem, sed in institutione non præterea, & restauratum a Titio jam ante factum, ita ut meritio dicatur nulla ineffe fulpicio captationis institutionis, & hoc tantum requiri, quia conditio nalis ex institutio eft ne inutilis fit, ut a Titio teftator heres fcriptus fit. Fatear igitur & ignoto libens non effe caufam teftandæ mihi Mævius in *d. l. ille*, ere wotis Paulus, in Publicis: quo in errore fuit etiam Antonius Auguftinus.

CAP. XII. *Ad §. fi ad januam l. ult. ff. quod vi aut clam.*

SI tabul. quas vi aut clam fixeras ad Januam meam, ego etiam clam refixero, id eft, priufquam tibi denunciarem, & agas mecum interdicto Quod vi aut clam, te repellam exceptione Quod vi, & ipfe, aut clam eas tabulas fixeris ante ad Januam meam *d. l. ult. §. ad januam, ff. quod vi aut clam*: ut in fpecie *l. fi alienas, §. ſedſi fuiſſe, eod. tit.* fi vi, aut clam aedificaveris in folo meo, & ego fimiliter vi aut clam aedificium quod poſſuiti depofuero, te agentem interdicto, repellam exceptione, quod tu non vi aut clam aedificaveris: eademque æquitas eſt in ſpecie *l. quemadmodum, l. l. ff. and leg. Aquil.* in aquæductum trajecteris in domum meam, aquamque in omnibus his caſibus & aliis plerumque, quæ licet mihi exequi meo jure, mihi timeo, libius, & tutius fit exeget per judicem an *§. ſedſi fuiſſe, l. ſi pupillorum, §. ſi pupillum, l. ſi, ff. de tut. & cur. qui ſub tut. l. 3. C. de pup.* quod Herodes etiam ad eundem modum a Cæſare Augufto, *ut ſuper aliis aedificiis ſuis, ita & ſuper his, quæ ſuis aedificiis non ex ſolo ſuo, ſed ex alieno extruxerat, ſuper aliis quoque ſuis, quæ in Agrippium ſuum, & in Eſeſippium. Cujus in libros ſuos dedit licentiam, ſed conſilium adjuvavit, offerens meliora conſulturum ſi proximorum reges eruuntur, qui ſuis ſuperbiis conſilium ſuum congregaverant.* Sed ut ad rem propoſitam revertar, licet ergo mihi meo jure tabulas quo modo refigere, quas alter fine authoritate meo vi aut clam adfixit ad januam meam, & ſi is agat mecum Quod vi aut clam reſixerim, duplex mihi remedium propoſitum eſt, exceptionis Quod non vi aut clam eas tabulas fixeris ante ad domum meam, & interdicti quod vi aut clam tabulas titulove impoſitorio reſi mei meæ, ita ut ultro citroque certemus interdicto ſecuter eodem, tu quod refixerim, ego quod fixeris, fed ego ſuperior evadam teque condemnem in id quod interefl nifi probes quod reſixi, & mihi remittas id ab falſo interdicto, quo ultro utcris in me: quæ eft ſententia *d. §. ſi ad januam*, ex qua liquido apparet jure meo me poſſe refigere rab. quas alter vi aut clam fixerit ad januam meam, ut *l. 1. C. ut ne operis his, fine l. ſed. ceſſ. ff. l. 2. C. ut nemo pr. ſit. prof. ff. de* pignerataran fibi, ut *l. 2. C. ut nem. his. fine jud. ceſſ. &c.* Solebat eam rabellis aedibus affixas judicari actionem, quæ *ἐξ ἀγῶνος* a Demoſthene & Menandro dicta eſt, ut in veteri Etymologico legimus *ἀγὼν* appellari *παρὰ τὸ ἀγάλλεσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους ἐπὶ τοῖς γεγραμμένοις ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι*, & in lexico Rhetorico Harpocrationis : *ἀγὼν λέγεται ἡ δίκαιος καὶ ἐγκλήματος ἕνεκα γινομένη. ἀγὼν καὶ ἀγωνία ἐστὶν ἡ ἀγὼν ἐν ᾧ ἀγωνίζονται*, id eſt, ſententia ſeu actio (ſic legendum ex Suida) *ἀγὼν ἐστὶ ὁ ἀγωνιστὴς λόγος*.

CAP. XIII. *De his quæ adminiſtrantibus vel officium publicum gerentibus vendita ſunt.*

CErtum eſt principalibus conſtitutionibus caveri his qui provinciis regunt, & adfidentes eorum, ne quid officiis ſuis contrahant, ne qui in provinciis moreant, & generaliter qui vel minimum officium exercent in provincia, civitate, vel vico, præter ea quæ ex Dei conſtitutionibus, rem ullam mobilem aut immobilem privatim vel publice emant ab hominibus ejuſdem provinciæ, civitatis vel loci, per ſe vel per interpoſitam perſonam, veluti conagerm aut amicos, quod ſi fecerint, quæ venditiones extorquenant per vim, conculſionem, impreſſionem, officii fui poteſtate freti: & parui in eam conditionem ut contractus conſtitutionis fecerit, ad venditio irrita inaniſque fiat, & res venditæ & tradita venditori reſtituatur, vel per actionem Quod metus cauſa & ad reſtituendum pretium a venditore reſtituatur, quod in hac ſpecie ſingulariter conſtitutum eſt, *l. pen. C. de his qui vi metuſve ven.* & ut in ſpecie *l. pen. C. de reſcin. vend.* cum tamen alias per actionem Quod metus cauſa, ita reſtituto fiat, ut undiquaque integrum jus ſuum recipiat, venditor para rem male venditam cum fructibus, empture pretium, *l. 13. & 4. Cod.* vel enim per vel vindicationem petende ac ſi res non exiſter. dominio venditoris, aque reſtitutorium, *l. 1. & 6. C. Theod. de his qua adm. tut. off. pub. ges.* Concurrit enim cum actione Quod metus cauſa, vel tendicatio utilis, *l. 9. §. veluti. & §. ſicut, ff. de eo quod metus cauſa, l. 3. C. eod.* Sed *d. l. pen.* de actione Quod metus cauſa, & ſingularia in eo quod ex officio venditor reſtipit rem ſuam non reddito pretio. Poſſet

A ſet objici, *l. milites, ff. de re mil. & l. ſuperior, §. quod a preſide, ff. de jur. fiſ. l. 1. C. Th. de his qua adm. vel off. pub. ges.* quæ rem ita venditam illicite addicunt filio: atque etiam *l. tam ſuet. ff. de cenſ. emp.* quæ cum fit ex libro Martini de delatoribus, ſane dum emptorem rem amittere ait, ſignificat eum vindicari ſibi: & adjicit *d. §. quod a preſide*, etiam pretium inferri filio, & *d. l. non licet*, poenam tripli ex Conſtitutione Severi & Antonini: nam in quadruplo ineſt ſimplum, id eſt æſtimatio rei. Sed non filio vendere rem eſſe dicam ſi venditor poſt depoſitam ab emptore adminiſtrationem venditionem fecerit ratam, vel ſi quinquennio integro in reptilione ceſſaverit, *l. 5. C. Th. de his qua adm. vel off. pub. ges.* nam & hoc in hac ſpecie fingulare eſt, ut adito quod metus cauſa vel rei vindicatio tollatur præſcriptione quinquennii, temporis exhibitione B venditoris, licet venditio non ideo magis confirmetur, *l. 1. C. de rem. jud.* nimirum ſtatim filio vindicante rem illicite venditam. Rurſus vero quod dixi quadruplum filio inferri in eo ſolo ſpecies mihi videtur accipi indiſſe, ſive emptor nondum ſolverit, ſive ſolverit pretium venditori, ſed hoc poſterius ſolverit pretium ipſe vel heres ejus quod præmuneravit venditori, *l. 1. C. Th. de his qua adm. vel off. pub. ges. & arg. l. Senatus, ff. de cenſ. emp.*

CAP. XIV. *Conſtitutio Zenonis ad Aſtianum PF. P. ſcripta, que in Codice Juſtinianeo diſcuſſa eſt in tres partes.*

UNa eſt Conſtitutio Zenonis ad Aſtianum PF. P. quæ duvifa eſt in Codice Juſtinianeo in partes tres, *l. ult. C. de in ver. reſt. minor. l. 2. C. de jure dot. & l. ult. C. de nupt. am. ignorans legum etiam hac ætate fabricatio eſt, Dat. Kal. Jan. C. P. Baſſio V. C. Cof.* Miſe adjungunt quidam Baſilica Conſtitutionem, *τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ περὶ τῶν ἀνηλίκων*, *καὶ περὶ τῶν ἐπιτρόπων*, *καὶ κουρατόρων*. Nam quod Conſtantinum eam vocat non Conſtantium, ut in ea oratione quæ Juſtiniani eſt, jam ante dixi eſſe ſolemne ſubſcribi ut Conſtantium mallet Conſtantinum appellare : quia invidiam nolebant recidiſſi diſſinguentur in ejuſdem oratione ad Senatum Conſtantium illo loco, *ἀστεῖα τὰ νῦν παρὰ τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον, οὗτοι ἐκείνου τὸν αὐτὸν Κωνστάντιον ὀνομάζουσι*. Sic legendum.

D

CAP. XV. *Leus Themiſtio philoſopho reddita oratione Conſtantii Imperatoris.*

EXtat pars orationis Conſtantii Imperatoris ad Senatum de prætorio deſignandis in *l. 12. C. tit. C. Th. de prof. & quæſt.* De inter eſtate *l. 12.* tantum Chronis ea oratio tribuit Themiſtio philoſopho, ut ne eius ſcientiam dicat augere dignitatem, veluti quæ nobilis ille deſignandi S. C. Juſtinianeo, *l. 12. C. de dign.* Ita ſubſcriptis. Cujus Juudi gratiam animadverti Themiſtium Imperatori retuliſſe ſatis impudens in ea oratione cujus titulus eſt, *περὶ τοῦ ἀνακτόρου ἐγκωμιαστικὸν πρὸς τὸν βασιλέα*, *παραινετικὸν δὲ*. Nam quod Conſtantinum eam vocat non Conſtantium, ut in ea oratione quæ Juſtiniani eſt, jam ante dixi eſſe ſolemne ſubſcribi ut Conſtantium mallet Conſtantinum appellare : quia invidiam nolebant recidiſſi diſſinguntur in ejuſdem oratione ad Senatum illo loco, *ἀστεῖα τὰ νῦν παρὰ τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον, οὗτοι ἐκείνου τὸν αὐτὸν Κωνστάντιον ὀνομάζουσι*. Sic legendum.

D

CAP. XVI. *Conſtitutio Graca que deſideratur in titulo Mandati vel contra.*

EPe Papinianus *l. 3. ff. mandati* conſiderandum eſſe judici utrum ſatarium procuratori dominus conſtituerit laboris remunerandi gratia, qui pacto honeſta fit licita eſt actio, ut ex eventu pretium ſit incertum, ſi dari ſibi quantitatem certam aut partem litis certam, quæ plerumque longe majoris pecuniæ eſt, quam ſalarium, quod ſolet eſſe modicum. Hæc enim pactio reprobata eſt, quod detrimentoſa nimis ei ad quem res pertinet, & certa redemptio litis alienæ, ſocietas ſollicitudinis, & periculi communis inter dominum & procuratorem contra bonos mores. Et quia plerumque ſollicitudines adhuncem ex infanſ tacite pactiones, etiamſi pecunia interveniens, etiamſi parum videatur eſſe talem, & prohibentur ab Auctoſio in *l. per deuſes, C. mandati*, & redemptor litis magis eſt perſonitur, qui pecunia data alienam ſuſcepit ſollicitudinem : & nominatim convenit lege, ne ex actione ceſſa plus conſequatur procurator quam dederit ipſe, & reliquum ut cedat lucro debitoris Quod & Conſtitutio Juſtiniani confirmat, *l. ab Anaſtaſio, cod.* quæ rem nimium in modum corrcet ceſſiones nominum : vix enim ullus eſt, qui ea redimat eodem pretio quo conſtitit, etiamſi ſpem vindicandi aliquam propoſitam habeat, quia hoc genere ſe onerarent potius quam adverſarium, ut contra ſi pretio viliore, adverſarium

Gerium relevarit hoc jure recepto quam onerarit potius: fed ab Anaſtaſio exciputur hi caſus, *Si obligatio in familiâ reciſcendâ unicorum eodem affumat, fi creditori eorum aliquod detur in ſolutum, ſi proſpectus eo alienæ inferendi affumationem latis dominus eodem affecuiſſet ſolo, ut ſi ſubpa, ſi de re vend. Si heres teſtatoris aut fideicommiſſarius pretium affumat eas res legata ſunt, aqua eodem affumptione ſolo.* His enim caſibus celliones actionum valent in ſolidum. Sed hoc & ſi probarit Juſtinianus in *d. l. ab Anaſtaſio*, absque ſtatim in *l. ult. reſpicit*, non aqua erat his caſibus vult ceſſionem eatenus valere quatenus is cui facta eſt de fuo contulit oeherediſ qui ceſſit actionem, vel quatenus creditoris aut legatarii debitor debitor vel heres qui ceſſit actionem, vel quatenus ei debiti poſſeſſor pro aſſiſtatione litis. Et ut uno tantum caſu emtio ex parte valeant ceſſiones actionum ſi ſtant donationis & merx liberalitatis cauſa citra diſſimulationem ullam. Deſiderabatur noviſſima hæc Juſtiniani Conſtitutio ab vir. *mendato vel com.* abſegata in partibus, quod eſſet Graeca. Sed ejus ſententiam auctores *Βασιλικῶν* conſervarunt, etiam eo nominatim adjecto, ſi eam non edere *κατὰ τὸν*, quod eſſet grece Graeca. Verba Graeca hæc ſunt. *Ἡ παρὼν διάταξις μόνοις τοῖς ἐν ἀναγκαίοις δίκαι λαβοῦσι διατέθειται τὸ γνησίως περὶ τῶν ἐκχωρήσεων, ἐν αἷς δικαίως τὸν χρέωστὴν ἐκβάλλουσιν ἐκ τῆς ἐκχωρηθείσης αὐτῷ, μὴ μέντοι γε ἐπὶ πάσαις ταῖς ἐκχωρήσεσι κρατεῖν, ἀλλ' ἐπὶ μόναις ταῖς ἐν ἀναγκαίοις γινομέναις ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων τῶν ἀνηλίκων τῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πράγμασι κρατεῖν ἐπιτρόπων, ἢ μετὰ γνώμης τῶν συγγενῶν τῶν ἀνηλίκων ἢ τῆς ἀρχούσης ἐξουσίας ἐπιτρόπων, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐκχωρουσι τὰ ἑαυτῶν ἢ ἐπὶ τοῖς ἐκχωρουσι τὰ ἑαυτῶν χαριζομένοις ἀνεπιβούλοις, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐκχωρουσι χάριν τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐκβάλλουσι τὸν χρεώστην, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐκχωρουσι τὰ ἑαυτῶν ἀγοραίοις, τὰ δὲ τοῖς ἐκχωρουσι τοῖς ἐν ἀγοραίοις ἐκβάλλουσι τὸν χρεώστην, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐκχωρουσι τοῖς ἐν ἀγοραίοις ἐκβάλλουσι τὸν χρεώστην.*

CAP. XVII. *Diopera, Speruſa, Cuniculus.*

EUm qui jus habet aquæ ducendæ ii rivum aperire, unde oportet. Ofilius exiſtimabat, non prohiberi, ii. l. 5. ult. ff. de rivis. Idem Labeo l. 2. in qua terra rivum ducit, pro *ſubterraneum* aliter quam dicto §. ult. ff. l. 5. l. 8. contra idem eſt Ofilius exiſtimabat ſi operturn aperiat, quod hoc genere, ut arbitror, aliter aquam ducat quam duxerit ante, ut præceptor Ofilii Servius ſcripſit de eo qui aquam per aperturn ducit quam ante per ſpecum ducit. Per Specum ducere ſpecies eſt ducendi per apertum, & id quod Graeci dicere *τοῦ ὀχετεύειν*. Et quod contra Servium Ulpianus concludit non impune prohiberi eum, qui per apertum aquam ducit, quam ante ducit per ſpecum, nihil is qui prohibet ſua auctore interdic. decret. ne ita ducatur aqua, d. l. 1. §. ult. l. 3. ff. rid. id. iidem Graeci ſic interpretantur, *Δίοπερα ὁ φάτνη παντὶ ὑπέρχειν ὑκάρχοντα συναπτικὸν ὕδατος, ἐν ᾧ τὸ ὕδωρ φέρεται ἀπὸ ἑτέρου*. Portè qui rivum aperire eum quem duxerat ante per ſpecum, ſi non majore utilitas veritur adverſarii: & nocatur ab illiſem diuturnum uſum poſſeſſionis. Quia non liberum amnibus hauſtorium, & cum eo, qui ſic ea verba tranſtulit. Poteſt quis id quod prius in aperto duxebatur operire, niſi ſi majorem adverſarius utilitatem ex alterno capiat. Cum igitur per ſpecum ducere, ſit ſpecies ducendi per operturn & oculatum, recte dixerit ſpecum patum aut tubi illitare a cuniculo, ut ſi *ſpecum ſub terra ſtruxerit, ſi ne quid in lo. publ. Gro. xv. ad Attic. Ex fine paucis ſpecus in extremo fundo, & ut quidem ſubterraneus ferruminis apud Tullium ſcripſit Attic. Curtius Ruffus 4. Agi convinctor ſpiſſi, ne ſana cateſque qua interpellent ſpecus obſtabant. & VIII. Adituſ ſpecus accipit lumen, interiora mit. in lato lumine obſcura ſunt. perpetuus cuniculus ſtet prabet in campis ignotum mi indigenis, & ex urbem cuniculo capit: barbaris ſimile manſtes noſtra eſt, quippe in medio armati terra exibant nulla ſuſpecta ſpecus ante veſtigio facto.* Tacitus XI. *Reſtaſecus ſpecus*

re vendita eiuſve rei pretio vero quam in pretio convenio ita ſi agatur de emptore fraudato, dimidia julii pretii erit duplum, ſed in emptore & duplum pretii veri, in venditore eſt duplum pretii conventi. Et quod exercitio hac quidi fraudi eſt, in venditore corripitur per reſciſſionem inter quadrienniam, ut caetera eſt No. Romani, ex Conſtitutione regia intra decennium, non in emptore: ſicut in forma PP. relata apud Harmenopulum lib. 3. epit. tit. 8. conſtat corrigi eas in locatore non in conductore. Et in permutatione igitur quatenus utrique mutatore fimilem, utrique idem beneficium dabitur, non quatenus utrique emptorem imitatur: & error communis tamen obtinuit, ut idem juris ſit in emptore, quod in venditore etiam alias, ut ſuperius annotavit interlitigator ſi rem dignam. emerit xvi. cum eo tamen modo emptor plus quam dimidium pretium ſua partem ex re habeat ſalvum & boni hominis ex emptore notavit Carolus Molinæus *libro de uſuris* falebroſi ſicet & incondita oratione nimis: nondum quidquam indicavere beneficium *d. l.* non eſſe emptorem ſed venditorem ex emptorem majorem xxv. annis. Pertinet enim ea lex ad majores non ad minores & ad rei ſoli non ad mobiles: & hoc poſito non debere produci *d. l. ex empto*, ſi ſuperveniens eſt quærere utrum ſenus emptoris tunc ſit intolerabilis, cum rem dignam x. emit xvi. an cum emit eam xvi.

Obſerv. Jeon. Robet. in Animad. cap. 11. 12. 13. & 14. lib. 2.

CAP. XIX. *Ferre & ſufferre ad §. fi debiteretur, l. ait praetor, ff. qui in fraud. cred.*

CRediterum perſequentem debitorem fugientem & peccuniam ejus ferentem auferre ei peccuniam ſibi debitam à quo datum, ut *l. ait praetor, §. ſi quis a populo, ff. qui in fraud. cred.* quis non ſtatim intelligat illico, inque articulo ipſo atque momento manu inſectis fine judice, judiciove fugienti debitori qui nec juris nec ordinis ſpecie creditori relinquat ullum, peccuniam debitam auferri? Eſque ſententia creditori fraudi non fit, recte ſtatuo licere fugienti debitori & peccuniam ſecum ferenti illico auferre peccuniam debitam auctoritate ſua. Sic ſane: nam quod plus eſt in fugiente, id minus in ſequente. Nam inſectionem his verbis, *Si creditor pedentim ſtrepitu, non tumultu ſuadet.* In moratorem igitur, ut in judicatum alio cogite qui creditor & fraudatur per judicatum facit: itemque in fugientem. Inevitile quidem hodie hæc via eſt & extraordinaria. Futor. Sed inevitile neque eſt ſi fuadet, quod fecit creditor, dum ſibi vigilat ſumat ut ferre ſibi, cuius amittendi in ſummo periculo verſabatur fugiente debitore: ut eruditeret eſt ſcripturn, *l. ult. §. ult. quod met. cau.* quod negat creditorem ad ſummas ſine cognitione judicis intervenientem apparitore, cuius interventus cum abeſt notio judicis non facit tamen ut vim qui facit creditor auctoritate ſua debitori non inferat, idque minus vim feciſſe videatur, tamen inevitile eſſe id ab eo creditore revocari: exculitur hoc caſu qui ſuum recipit quaſi ſuum, ſed ſuperiorem ſuum ſuperat, qui fuga debitoris, præſentique & prærupto periculo amittendæ rei fuæ. Non omnis vis improbatur: dicam creditorem magis neceſſitatio quam libertate vim feciſſe, magis coactæ quam civiliter, ut Livius 38. magis pie quam civiliter vim feciſſe. Dicam melius eſſe per magiſtratum id facere *ut l. ſi ſtipulatus ſum, ff. de verb. ob.* ſuopiam adeuntis magiſtratus faceret debitor, fed in fugientem illud tolerari æquum eſſe. Et manus injectionem fieri in ancillam poſſimus non contra legem venditionis auctore magiſtratu, *l. t. C. Si manc. ita vendat ne poſſ.* ſed & ſine magiſtratu ſi fidis fuerit ex lege conventionis, eam revocari inevitile eſſe.

CAP. XX. *Ad inirium l. ſuſtiſſime, ff. de Edil. edic.*

HOminis vel famuli nomine accedere poteſt cuſpucoque preſti, *l. ſuſtiſſime, §. 1. Liteque ff. Tom. III. Prov.*

CAP. XXI. *Emendator teſtimon l. 32. ff. locat.*

SCut evenit aliquando ut emptionis & venditionis contractus claudicet & obliqueat emptor non vendatore, ut in ſpecie *l. Julianus, §. ſi quis a populo, ff. de actionibus emtor.* ita ſcriptum eſt *l. 10. ff. locat.* Interdum conductorem obligari non locatorem. ex Paoli verſu, ad edictum *l. 8.* Species mutila dubitatur his verbis, *veluti cum emptor ſtudium conduxit duos doctores profitori*, quam nemo adhuc peregrè bene: & fuse nihil eſt poſſit exemplum, quia ſi tenter vult ut his tantum verbis conficere: & neceſſe eſt te præterea *l. 21.* Javoleni que eſt intermedia, ſtatim ut cum cenſibus magnæ extenſæ *d. l. 21.* Javolenus intrium *l. 22.* Labeo, ſpecia frenetenia omni ſimul ac emendato initio *d. l. 22.* Interdum locator non obligatur, conductor obligatur: veluti cum emptor ſtudium conduxit donec profitens exolvat, id eſt, ſi pretio non ſolvio inempta res ſit fidis, tunc ex locato erit adhuc: unde ſpecies ita conſtituenda erit: venditor tibi fundum lege conſtituta ſe ſi intra dieni certam mihi pretium non ſolveres, fundus interpetur eſſe & interim ut eum fundum conductum haberes certa mercede donec pretium ſolveres, ut *l. ferri emptor, ff. de per. & com. rei vend.* Commixtis in legem & non ſolvio in præſtitutum diem, erit mihi in te actio ex locato ut ſolvas mercedem pretia temporis quod tibi reliquerum conquireede & conductionis pretium gratia, ut intermedia lex Javolei dicet & non erit mihi in me actio ex conducto: ut ſi fruit ſicaet, quia finita ſimul conductio & emtio eſt commiſſa per te venditionis ſimul ac quæ vendatore, ni ſine interat, etiam conductionis lucet, quia finita eſt tibi conductione. Et verba *βουλομένῳ* hæc ſunt *ἐὰν ὁ βουλόμενος μισθώσῃ τὸ χρυσίον τὸ ἑπτάμνον, πάντα ἐὰν ὁ χρυσιακὸν μισθώσῃ ἀργύριον, ἐὰν χρήσεται τὸ ἔργον ἕως τοῦ χρυσιακοῦ ἀργυρίου.*

A *quarendis venis argenti*. Vitruvius VII. *Specus ſub terra fodiebuntur ad argentum invenindum*: Seneca 6. Nat. *quæſt. In lacus ſpecus: quod enim aliud appellem lacu venas ſub terra? Ait l. ſupra, ff. de aqua & aq. pl. arc.* differentiam facit inter ſpecum & cuniculum, & Grecci qui illo loco ſpecum interpretantur effe canalem aut canum aperturn, cuniculum canalem omnem: & poſſit ſpecus urumque ſignificare, cum & *ſpecum volucres* arti dixerit Virgilius. Malim tamen in *d. l. ſupra, ff. ſi ſervitus vindic.* ſpecum ſub terra ire. Nam ut ſpecus inter publicum pontem aut arcum aut ſub itinere publico ſpecus facere non poſſim, *d. l. ſic*, ita nec ſupra iter privatum: & ſimiliter ſupra rivum aliquem ponere, vel ſub rivo alieno ſpecum ii, fubterranem cuniculum facere non poſſum: quia eſt ſeritutis dicta *l. ſupra. Aperturn* autem ſpecum Celſus dixerit *d. l. 1.* Et ſpecus, quæ ſpecum ait eſſe locum ex quo defpicitur, quæ definitio eſt nominis, non rei: nec ferendus Daniel Barbarus, qui cuniculum aperturn ex rem oſtenderet, ſubinterpiis locum ex quo aqua defpicitur, eſſe ſtruivit.

CAP. XVIII. *Beneficium l. 2. C. de reſc. vend. nele perigi ad emptorem.*

AEquum (*) erat ſubvenire venditori qui minoris vendidit, quem plerunque neceſſitas rei familiaris compellit vendere, ut ſcripſit *l. 2. §. 1. & 2. C. de reſc. vend. l. 1. C. de pred. cur. l. 2. C. ſine cen. vel rel. l. ita ut omnes, §. 1. Mand.* non etiam emptori ultro accedenti ad emptionem prædii fuge fraudandi cauſa, & pluruque emenati pretio immenſo, & immodico, adfectione opportunitate vel vicinitatis vel coli, vel quod illic educatus ſit, vel patrimonio ſepulti, ut *l. 1. §. ſed ſi rem, ff. ſi quid in fraud. pat.* vel quod majorum ejus fuerit, ut *l. ſi in emptionem, ff. de minor.* qua cupiditate incenſus ultro projicit fæpe exigentia & immenſa pretia quod calorem vocat, *l. locavit, ff. de pub. alii* intimiam. Cicero ad *Atticum* XIII. *Othonem virum nobis, nec tamen illum vicinum nobis, ſed ſic ut ſimus libri quemadmodum ibi & ſtultitiam l. 3. ad leg. Fal.* & recte poſt Notitiam Ro. Imperii de rebus bellicis auctor quidam, emenitis fraudulentum illum & callidum vendentis animum interfitatem, difficultatem contractibus inferre, ne rebus interfi ſimplicitas. Et Salvianus V. *de providentia Dei: Is vidiam emptor eſt, qui ſuppreſſo venditoris errore, quod emptor emat ut habitationem ſuam augeat, venditor ut necſſitatem.* Et inde etiam leges omnes, *l. 2. C. l. 8. C. de reſc. vend. & l. ult. C. ſi major fallacias, nec. Sed & C. ſi pro emptore, & vend. & No. Romani ſeniores de reſc. vend.* venditori tantum fraudato ſupra dimidium juſti pretii dant reſciſſionem: nulla cognitione emptori magiſtratu, aut ſuadente, aut ſuadente, ſi ſuadente, ſi ſuadente, ſi

CAP. XXII. *De non perpetuandis advocatis. Et de his Constitutiones quædam novæ.*

ADvocatorum olim in foro erat certus numerus, & qui ex eo erant numero temporarii non perpetui, *l. cum advocatio, C. de advoc. diverſ. jud.* Deinde penuria & paucitas jurisperitorum fecit ut perpetuarentur, *No. Valentiniani de cont. his quæ admin. vel eſſ. publ. ger.* & ante etiam exceptis advocatis fori illustrium præfectorum prætorio, idem Theodosius provinciarum & spectabilium judicum advocatos perpetuaverat, *No. de poſtul. & perp. advoc.* Inveni Novellam Valentiniani & Martiani, necdum enim omnes luci redditæ sunt Novellæ vel Theodosii vel Valentiniani vel successorum Constitutiones quæ tandem multis jam adolescentibus jurisperitis ne cohiberentur studia juris si perpetuo causis agendis insiderent veterani, Jus vetus restituit, ut veteres advocati cederent novis, nec essent perpetui. Proponam ejus Novellæ verba quæ habeo: ea enim tantum habeo, quæ lacera quædam vetus scheda dedit, quæ adglutinata erat involucro libri cujusdam Theologici. IMPP. *Valentin. & Mart.* AA. *Storatio* PP. *Multa in ſanciendis legibus non ſolum ſibi vindicat, verum etiam temporis ratio perſuadet, non quod præceptorum diverſitas placeat, ſed quod eventuum qualitas penſius facit eſſe judicium, & firmius conſtituto robur eſt, quotiens priori ſententiæ magis magiſque probata ſuccedit. Dudum lata lex exceptis illuſtribus foris ceteris ac provincialibus perpetuitatem conceſſerat actionis, ſed nunc adcreſcente pube & literariæ indolis juventute, aditi exoratique ſumus ne ſub aliorum perpetuitate ſuccedentium ſtudiorum fervor evaneſcat: quis enim ſe ei officio novus profeſſor inferat quod veteranus inſederit, ut non ſit tam actor quam obſervator alterius, & quia hæc quæ ab homine caduca ſunt, fiunt ſubrogatione perpetua, ne interdicentibus ſtudiis ipſa pariter officia conquieſcant, hac generali conſtitutione decernimus univerſa fora tam illuſtrium Præfectorum, prætorii ac præfec. urbi quam reliqua omnia, &c.* Et hæc igitur tandem fuit magis magisque probata sententia quæ & vetus, ne essent advocati perpetui, sed eo officio magno, necessario, sancto certo tempore functi fisci patronatum etiam ad tempus susciperent, ac post scanderent majores honores: quæ valuit diu post eam Novellam. Nam & *l. jubemus advocationem, C. de advoc. diverſ. jud.* indicat finem ejus professionis aliquem esse legitimum, ut *No. Theodoſii de poſtulando & perp. adv.* finem advocationis ostendit esse in foro præf. præt. quem sequitur fructus specialium privilegiorum & palma dignitatis, clarissimatus scilicet ut *l. ſuggeſtionem C. de advo. diverſ. jud.* & *Novel. Valentiniani de tribu. fiſci & de ſac. aud.* vel spectabilis vicariæ dignitatis, ut *No.* ejusdem *de poſtul.* denique finem quidem esse eum quem quisque sibi advocatus fecerit, sed non finem quem sequantur privilegia dignitatesque, nisi, ut jam tempus exprimam, ex eadem *No. Valentiniani de poſtulando*, id saltem quod debent advocati impendere foro prætorianæ aut urbanæ præfecturæ, in eo expleverint annos xx. aut minimum xv. Est vero interim operæ scire in ea No. sic esse legendum: *Neque enim perpetiendum putamus hujuſmodi dignitatem in his qui advocatione functi ſunt, imaginariam aut vacantivam videri*, & paulo post: *etiam hoc parum eſſe videatur*: & circa principium, *In admittendis, retinendis, honorandiſque cauſidicis.* His addam aliam constitutionem Valentiniani nondum editam quæ & si certus esset in uno quoque foro advocatorum numerus lege definitus, Afris qui a Vandalis & Alanis vastata Africa pulsi sedibus & profugi in Italia vagabantur, liberalibus studiis institutis, concedit ut apud omnes judices causas orare possint, atque etiam in foro prætorianæ vel urbanæ præfecturæ tribus: & verba Constitutionis hæc sunt. IMPP. *Theodoſ. & Valentin.* AA. *Albino* PP. *Il-*

A *lyrici. Ex adſectu publico convenit eorum neceſſitatibus ſubvenire qui in fatales miſerias inciderunt. Imperatoriæ ſiquidem vis major laudis eſt aliqua decreta mollire quando vis major inopinatæ cladis fatale generarit incommodum: Albine P. K. AA. Unde illuſtris & præcelſa magnificentia tua pragmatici noſtri tenore comperto ſciat, Afros qui infortunio hoſtilis cladis expulſi ejectique fortunis omnibus ſpem ſui actus & converſationis ſolitæ perdiderunt, & imbuti ſtudiis literarum cauſas agere deſtinarunt, ſive agere jam cœperunt apud omnes judices his advocationis copiam remoto legis vinculo eſſe permiſſam, ut ærumnas in quibus nunc ſunt, tali poſſint remedio ſublevare, præter prætorianam togam forumque urbanum, in quo agendorum negotiorum licentiam tribus pietas noſtra permiſit: nec enim non eos oportet ſtudiis favorabilibus adiuvari quibus hoc ſolum*
B *remanſit quod ſibi non potuit vindicare captivitas. Datum XIII. Kalend. Sept. Ravennæ Maximo II. & Paterio Coſſ.*

CAP. XXIII. *De ſiliquarum exactionibus.*

TRia sunt onera negotiorum, Monopolii, si certæ personæ vel certo corpori concesserit princeps, ut ei soli jus sit vendendæ certæ mercis, quæ concessio principis non erat improbata ante Constitutionem Zenonis de monopoliis, sub onere conferendæ in fiscum pensionis certæ. Et aliud est onus aurariæ functionis sive lustralis auri & argenti collationis, de quo est primus titulus *libri* xi. *Cod.* Est & tertium onus siliquatici, de quo ita Cassiodorus *lib. 4. Var. ſiliquatici præſtationem rebus*
C *omnibus nundinandis provida definivit antiquitas.* Inveni id primum definisse Theodosium & Valentinianum augendo ærario quod fuerat exhaustum, ut nundinis quibusque decreto provincialium loco & tempore constituto, ex qualibet mercium negotiatione, fisco in singulos solidos venditor dimidiam siliquam, ac similiter emptor alteram dimidiam siliquam inferret: & hac de re edicti eorum verba quæ reperi hæc sunt. IMPP. THEOD. & VALENT. AA. *Cum pietatis noſtræ animo ad quærenda remedii publici adjumenta perpetuæ cogitationes ſe ingerant, nihil tam neceſſarium cura ſerenitatis noſtræ perſpicit, ſicut omnium ſenſibus non optamus occurrere, quam ut defeſſis rebus adflictoque publico tantum robur numeroſi exercitus præparetur, ſed nec tam ſalubris, in qua omnium plenæ ſecuritatis fundamenta ponenda ſunt per varia erogationum*
D *clementiæ noſtræ conatum odoraturus, ut ipſo experimento non modo his qui novis ſacramentis obligantur, ſed ne veteri quidem exercitui quæ ab exhauſtis ægerrime conferuntur ad victum vel ad veſtitum poſſe præberi, quos niſi indigna & pudenda armato nomini negotiatio aleret, vix poſſent a famis periculo & a frigorum pernicie vindicari. Quæ ergo his anguſtiis remedia providenda ſunt mens noſtræ ſerenitatis exæſtuat: nam ſi a poſſeſſore ſuper alia quæ præſtat has expenſas requirat, ultimas tenueſque ejus vires compulſio talis extinguet: ſi a mercatoribus rurſus hoc efflagitet, neceſſe eſt eos depreſſos tanti oneris mole ſuccumbere. Inter hæc animo fluctuante hanc viam reperimus primum cujus leniſſima functio publici quæſtus habeat magna compendia, deinde quæ ad univerſos pertinens a paucis intollerabilia damna ſubmoveat, atque ita ſine ſenſu diſ-*
E *pendiorum ſit, ut eum plus hinc publicæ utilitati conquiri valeat, nullus ſe ſpeciatim queratur adfligi, & neque a tenuiſſimis poſſeſſorum reliquiis vel defectu miſerabili negotiatorum quicquam impoſſibile poſtuletur. Placuit itaque ut omni venditione per ſolidum dimidia ſiliqua ab emptore, dimidia a venditore, per omnem contractum æqualiter publico conferatur in omnibus mobilibus immobilibuſque rebus, venditiones tantum emptioneſque duntaxat tali condicione* * *tam bonus rei effectus aliter non poterit provenire niſi huic muneri certi qui præficiendi ſunt eligantur communi procerum noſtrorum concilio atque tractatu, quod electionis judicium reſervabitur circa eos qui in aliorum locum adjectionis augmento voluerint ſubrogari. Per ſingula igitur negotiationum genera ſingulos præponi oportere hac edi-*

ctali lege decernimus, quos fides atque induſtria huic officio ſuſtinendo idoneos comprobaverit: utilius quippe eſt diſtributis procurationibus mercium omnium, ut in talibus rebus fieri ſolet, depulſa permixtionis caligine apertius & liquidius declarare, quid quiſque pro conducta mercium nundinatione dependat. Omnis autem contractus, qui clanculario vel emente vel vendente in fraudem legis initus fuerit, careat firmitate: quod ne fiat ea ratione proſpicimus ut geſtis municipalibus immobilium rerum contractus conſtet initus, mobilium vero emiſſis pictaciis tranſigatur, & is qui præpoſitus fuerit huic muneri profiteatur ſe id quod per hanc legem compendiis publicis decretum eſt conſecutum, ita ut poſt annum ſecuritatis amiſſæ diſcuſſio minime requiratur: qui ſi a tabellione vel contractoribus conventus ad geſta venire diſtulerit, inlato curialibus, quod hujus edicti lege inferendum eſt, venditio perfecta ſtabilitate nitatur. Ille autem qui huic rei præpoſitus ſpe lucri proprii publicum commodum putaverit differendum, tali adficiendus incommodo eſt, ut tantundem ipſe fiſci viribus inferat, quantum de ipſo contractu cui conventus præſentiam ſuam negavit a contrahentibus publico fuerit inlatum, quod ab eo magiſtratus & curiales exigere curabunt, quam pœnam neque ordines effugiant, neque moderatores provinciarum, ſi qua ipſi fraude vel conludio publica emolumenta diſtulerint, ſed hæc quæ tam ſalubriter ordinamus in omnibus provinciis atque urbibus una eademque volumus ratione ſervari, quod abſque ullius erroris impedimento explicabitur, ſi certæ nundinæ civitatibus earumque territoriis ordinentur. Jubemus enim & in oppidis & in regionibus certo loco ac tempore emendis atque vendendis rebus per honoratorum diſpoſitionem necnon ordinum ſeu civium ſub præſentia moderatoris provinciæ manifeſta definitione conſtitui. Nulli itaque mercatori præter hanc obſervationem niſi ad deſignata loca temporibus præſtitutis ad negotiationis ſuæ ſpecies diſtrahendas paſſim licebit accedere, ut certa ratio emendi atque vendendi ibi conſtare poſſit ubi nundinandi jus provincialium tractatu fuerit deputatum & id quod præberi ſupra ſtatuimus, facilius eorum qui præpoſiti fuerint valeat diligentia reperire: quæ vero ex his ſupplenda & minutius ordinanda ſunt, ampliſſima, &c.

CAP. XXIV. *In quarto libro Codicis quædam emendata.*

IN *l. Circa, de loca.* contractus locationis fidem esse servandam, si nihil specialiter exprimatur contra consuetudinem regionis, rectius Græci, *ſi quid ſpecialiter &c.* εἰ μὴ ἰδικῶς ἐκφωνηθῇ παρὰ τὴν τοῦ κλίματος συνήθειαν: nam sicut contra ea quæ moris & consuetudinis sunt ut veniant in judicium empti & venditi, pacisci licet, veluti ne cautio duplæ præstetur, *l. pacta, ff. de contr. empt.* ita & contra ea quæ moris est venire in ceteris contractibus. In *l. ult. ff. ſi man. ita ſue. alie. ut man.* scribendum, *condicionis poteſtate manumittentis factum repræſentari*, sublato articulo *poſt*, qui inoleverat ex verbi quod præcedit signo compendiario. Condicionis autem, id est, conventionis additæ venditioni servi, ut scilicet manumitteretur: & ita Græci, ἐπειδὴ ἡ τῆς συμφώνης δύναμις τὴν ὀφείλουσαν παρὰ τοῦ πρώτως δοθῆναι ἐλευθερίαν ἐπιτίθησιν. In *l. pen. C. de edil. act.* restituenda est vera vetusque scriptura omnium librorum, *peſtibilis fundus, id eſt, peſtibulas, vel herbam letiferam habens.* Pestibulas nimirum vocat natricum serpentumque pestes, ut Columella loquitur, confecto nomine ex peste, ut naustibuli ex navi auctore Festo. Odore solo fit sæpe pestilens locus, *l. 2. §. idem ait ſi odore, ff. ne quid in loc. publ.* & ita Columella viii. *ſerpentum odorem peſtilentem eſſe.* In *l. per diverſas, C. mand.* *ne legas properare, ſed præparare*, ut in Basil. παρασκευάζειν, & in veteri conversione Gallica, *appareiller*, ut *l. ult. §. perſonis, C. de adm. tut.*

Obſerv. Joan. Robert. in Animadv. cap. 14. lib. 1.

CAP. XXV. *Lex prima Dig. de teſtibus.*

QUod est scriptum in *l. ob carmen, ff. de teſt.* ob carmen famosum damnatum intestabilem esse, id

A Græci sic interpretantur *lib. 21. βασιλικῶν tit. 1. cap. 21.* ἀπόβλητος εἰς μαρτυρίαν γίνεται ὁ καταδικασθεὶς ἐπὶ τῷ ποιῆσαι ταραχώδη ὀχληρίαν. quibus verbis qui non animadvertunt ea esse ex *d. l. ob carmen.* alii hoc significari scribunt, rejici a testimonio eum, qui tumultuosam petulantiam designasse judicatus erit, alii eum qui condemnatus sit, quod turbulentas & seditiosas aliquas ineptias fecerit: qua versione nihil ineptius: ac rursus peccant etiam in eo, quod decepti Balsamone existimant hæc esse verba *l. 1. C. de teſtibus*, quæ longe alia sunt in eodem libro & tit. *βασιλικῶν cap. 26.* nempe hæc: Κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἄγραφος μαρτυρία οὐ προφέρεται: & apud Harmenopulum 1. *epitomarum*, ἄγραφος μαρτυρία κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται: quod idem est & id omnino quod ita Paulus scribit *v. Sent.*
B *Teſtes cum de fide tabularum nihil dicitur, adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt.* Ceterum huic Constitutioni ut intelligeremus quemadmodum accipienda esset, inveni additum in Harmenopulo interpretationis loco: οἷον δὲ νόει ἐπὶ συμβολαίῳ καὶ ἀγράφου μαρτυρίας. & latius *in Baſilicis*, τοῦτο δὲ νόησον, μὴ ὅτι μαρτυρίαι ἔγγραφοι χωρὶς μαρτύρων προφέρονται. Τότε γὰρ ἡ ἄγραφος φωνὴ τῶν νῦν παραγομένων μαρτύρων ἐστὶν ἀξιοπιστοτέρα: ἀλλ' ὅτι κατὰ ἑτέρων τινῶν ἐγγράφων δικαιωμάτων ἄγραφοι προφέρονται μαρτυρίαι: ut scilicet credatur potius vivæ voci testium quam testimoniis, id est, dictis testium recitatis ex scripto, ut *l. 3. §. idem Divus, & ſeq. ff. eod.* ut adversus testimonia interrogentur testes ipsi quorum sunt testimonia, & ut testimoniis fides non habeatur nisi eis suffragetur vox testium ipsorum. At contra alia instrumen-
C ta de quorum fide nihil dicitur, placet testes non audiri: alioquin nullus erit probationum finis exitusque certus: ut contra instrumentum emptionis vel donationis vel dotis quod non arguitur falsi, testes non interrogentur, ac ne contra chirographum quidem testes recipiantur, qui adserant solutam pecuniam fuisse nisi secundum modum præscriptum *l. teſtium, C. eod.* sed contraria scriptura scripturam omnem refelli oportet, & chirographum igitur apocha non testibus.

CAP. XXVI. *Species l. 3. C. plus val. quod ag. quam quod ſimul. concip.*

A *ſi par ſcripturam accepeat*. ſi par ſcripturam menſæ, fidis nominibus ut apud Donatum in Phor. *per ſcripturam menſæ pecuniæ ære vel nodis*, & *l. pen. tab. §. ult. De fid. §i quis cum aliis probationem*, menſæque ſcripturna habere, & ita *l. 9. §. pen. De edend.* pecuniarum acceptarum & erogatarum probationem ſcriptura & codicibus nummulariorum contineri. ſi ſcriptura menſæ, & *l. 2. De ob. & act.* obligationes quæ conſenſu fiunt neque verborum neque ſcripturæ aliis propriis adſtrictæ obligentur, *conſenſu* dicit ut eas removeat ab obligationibus quæ verbis fiunt, *ſcripturæ* ut ab his quæ nominibus fiunt ad rationem argentarii vel ſocii ſimilis certa ſtipulatione, quæ & literis fieri dicuntur, *l. de C. Th. De dotnin. ſeſt.* quamquam ut ait *l. 38. De obl. & act.* quæ pactolabilio reſpicit ad nomina argentarium, non ſuper literarum contrahuntur. B ſed oratione potius & ſenſu quem exprimunt literæ, *quæ literæ*. *l.* quia placet non minus valere quod ſcriptura menſæ continetur, quam quod lingua figuratis ſolemnibus ſtipulationis verbis.

CAP. V. *An ſe qui plures ex eadem cauſa obligatus labet, & quando cogatur dividere actionem.*

EX epiſtola D. Adriani creditor inter fideiuſſores vel mandatores, vel reos conſtitutos pecunia cogitur dividere actiones, nomen ſibi præſtitere, vel ſi procuratores habeant, & ſolvendo ſint litis conteſtandæ tempore. At non cogitur dividere etiam dividere actiones inter reum principalem & fideiuſſorem, *ſi ſolvendo*, §. 1. *De fideiuſſ.* puta tantum crediti petere a reo, partem a fideiuſſore nihil hoc malum, *l. 3. §. 1. De duo. reis, I. prop. §. prima, De pignor. Cuſt. De fideiuſſ. l. 1. Cuſt. fid. ter. Sed* in arbitrio ejus eſt vel a reo vel a fideiuſſore ſolidum exigere. Et reſte *l. 11. De duobus, id.* Et reus principalis ſi pro reo fideiuſſorem fideiuſſerat, fideiuſſorem ſi velit dividere actionem poſſe, convento una ex reis actione creditor pecuniæ pro parte, ut reo principali pro parte actionem in ſolidum ſuperſtite reum fideiuſſorem ſibi, inquit, nec enim dividere cogentem ſe. Et addit idem eſſe dicendum in duobus reis debendi, ut creditor ſi velit dividat actionem poſſit partem ab uno petere, partem ab altero, ut *l. 1. §. 3. Liuner eos, §. cum fe. ſubjeciſſ.* non etiam cogitur quia beneficium epiſtolæ D. Adriani non pertinet ad reos debendi, nec pertinuit ejus rei exemplum apud Novellam Juſtinianæ: qua de cauſa nec ante Juſtinianum unus ex reis ſolvendo patrem, libenbarire reſiduo, etiamſi convenius ſolvendo fuiſſet, *l. ſi ne duobus, §. 2. De legat.*

CAP. VI. *Etiam unum ex reis credendi tenere veterem obligationem poſſe.*

PAulus ſcribit *l. 31. in pr. De pac.* unum ex reis credendi petere poſſe, derelicto ceteris, non petendi, petentis obſe- ſe alteri, neque per ſtipulationem novare veterem obligationem poſſe illo loco, *non nec novare aliam poſſe quemvis ex reſtis debitoribus*: aliam fidei reus ſtipulatus vel aliam argentarium, ut in *l. 25. pol. De pecul.* penultima paſtum ad alium non pertinere, puta ad alium argentarium, vel alium reum promittendi, quamvis ſolvendo ſint. Sed ſi ſolvendo non ſint, aut deperbarunt, quæ de uno argentario reo credendi, & de uno E reo ſtipulandi ita præcidunt, novari ab eo obligationem poſſe, *Quia ſi ſolvendo non ſint, non novantur ex lege ſequenti ſervorum ſimilis plus à Venetis* : non excidit mihi ut olim eum locum acceperim, nunc non poſſim aliter quam dixi modo. At Paulo Venuleius adverſatur in *l. 8 nem, §. ſi duo, De nouat.* Paulus hac fola ratione mittur, quod tantum conſtituram ſit, ut alter ex reis credendi ſolidum petere, exigere in ſolidum deducere, & ſolutum accipere poſſit: adde & ſolutum acceptum ferre, quonium, & hoc fere inter omnes convenire Venul. ait in *l. 8. §. duo, ut qui ſolutum recipere poteſt*, & id pro accepto habere & acceptum facere poſſit: nam & acceptilatio imago eſt ſolutionis. Et quia illud tantum conſtituram eſt, non etiam ut & alter nobis pecuniæ nec

nec novare alterum posse. Jus hoc totum pendere ex Constitutione, ne similis sit rotio *l. 10. De folut.* adjecto folutionis gratia folvi tantum posse, & ideo nec posse ubi novare, nec acceptum facere eum posse. At etsi nominatim id constitutum non sit, ut & alter ex reis credendi novare obligationem possit, tamen quia nec id etiam prohibitum est nominatim, tenere Venulejus in dicto *§. fin.* posse dici, positum adducto jure duorum reorum credendi, ut paulatim increbescere & invalescere frequentia juris hac in parte *per leg. 3.* etiam alterum novare veterem obligationem posse in quo approbando quia Venulejus in *d. §. fi.* duo, magnum fundum ponit, eo fatis indicat non idem fieri posse, quod Venulejus de eo reo verum ignitur quod Paulus ait in *d. l. fi. omnium*, & alibi item videri Proculianos, Labeoni, Procolo, Neratio, Aristicone, a quibus tamen recedere Venulejus florifsime fatis, & ne tamere a tot tantisque viris discentire videatur, magna cum cura & molimine opinionem suam adfirmat effe verorem: & primum quod negat fere conflebat inter omnes, uni ex reis ftipulandi refte folvi, unum refte folidum judicio petere, quia novationem effe natalis, & exigere, & unius acceptionem perimi utriusque obligationem *per l. 2. & 16. De duobus reis*, *l.13. §. ult. De accept.* unde colligit, unumquemque ftipulandi pofle adjicere obligationem atque fi folus ftipulatus effet: quod tamen non effe per omnia verum confitetur: nam fi quis re vera folus ftipulatus fit, non potefi alterius extranei fidem, veluti acceptilatio vel exactio, ei auferre debitorem: libertatem enim hanc et exactio vel acceptilatio unius ex reis ftipulandi, contra eos autem debitorem: ergo non per omnia unufquifque pro eo habetur atque fi folus ftipulatus effet: eo tamen excepto quod ad cetera attinet perinde effe atque fi revera folus ftipulatus effet: ergo ut exigere & acceptum ferre, ita & novare unumquemque ex duobus reis ftipulandi poffe interpofita ftipulatione, quæ novatio eft voluntatis, ut puta, quod communis debitor debet id ftipulandi duo a L. Titio exprimiffore, quem communis debitor veluti fua reum fecit, debit novatio ita per omnia genere debitor communis liberabitur ab utroque ftipulatore, & hoc eft quod ait Venulejus in *d. §. fi. duo, fecundum quæ fi nunc ab aliquo ftipulator mutuum accepto, & alium pro alium paverit, cum id fpecialiter agit*, quæ poftrema verba Tribonianus funt. ex Conftitutione Juftin. Idemque confirmat Venulejus hoc exemplo, quia & acceptum, & exceptatio finilis folutioni eft. Et his adnectit amplius fpeciem certas quibus manifeftum fiat, quam fit abfurdum & ridiculum non adjicere obligationem ftipulatum ab uno ex reis ftipulandi. Facito unum ex reis ftipulandi communem debitorem delegare Titio fuo creditori, & Titium ab eo ftipulari a duobus debitoribus qui fe Titio obligarunt in foliduin non liberari ab utroque? an dices & Titio eum effe obligatum in foliduin, & aliteri ftipulatori qui eum non delegavit? non dices neque? Rurfus facito mulierem unam effe ex reis ftipulandi & jubere debitorem communem doti dicere ei cui dotis potefi de quo juratit filiam. dare non oportere, ut exceptio jurisjurandi filio proficiat, *l. qui famulo*, *§. 1. De jurejur.* cui tamen non proficit exceptio patri, *l.21. §. nec autem, De pac.*

A CAP. VII. *Non majorem effe vim jurisjurandi, quam pacti.*

QUod Theologi dicunt Deum non facere difcrimen inter jusiurandum & fermonem nudum, quod que in Evagora Ifocrates laudat quod fervaret *ἀμείνων τοὺς ἐν τοῖς ὅρκοις ὁμολογουμένοις ἀνθρώπους τοὺς τοῖς ἄνευ ὅρκων*, id in jure civili pon. Romani etiam locum habere videntur: nam & jusjurandum pro pacto credit, *l. 2. l. ult. §. 1. l. fed & fi fervus*, & *De jurejur.* & ut ex pacto nudo, ita & ex pacto jurejurando, pura & quæ etiam regulas jurisperiti fe aliquid dicturum fidebamus, nifi quæ jusjurandum fuerit legitimum, ut ex lege Julia & Papia fi libertus juraverit patrono fe damnum, munus, vel operas officiales daturum, *l. 7. l. 8. in fin. De op. lib. l. 13. in fin. De excuf. l. 3. §. 1. De jurejur.* & *De conftit. l. ult. De lib. caus.* quo genere etiam contrahi verborum obligationem Gajus fcribit *in inftitutionibus*. At fi is qui libertus non eft idem juraverit, nullo nafcitur obligatio, neque naturalis, neque civilis *l. 16. in pr. De ftipulat.* quia jusjurandum inutile, nec cedit pro pacto, ut pariat naturalem obligationem, ficut nec ftipulatio inutilis, *l. 1. §. fi quis in interrogat. De verb. obl.* Et in aliis caufis eadem vis eft pacti, & jurisjurandi, certe non minor jurisjurandi, quam pacti, *l. 5. Si vi vel, §. neminem. De filiis, l. non folum*, *§. 1. l. 5. §. hæc lege, De injur. l. 7. §. & generaliter, De pact. l. 1. §. pen. C. de nav. lib.* imo nec vel certius jurat ut C iterato pacti, nam & hoc non confirmat ftipulatio, ut ubi ut ftipulator ex pacto jurejurando confirmato conftiturur in *l. fi quis major*, *C. de tranfact.* fed pœna demutuatur in perjurium. At videtur major tamen effe jusjurandi, quam pacti, ut ait *in fpecie l. ex duobus re pr. De jurejur.* eo quod ab uno ex reis ftipulandi debitori communi delatum jusjurandum, fi is juraverit fe date nec poffe, pacti exceptione, *l. 2. De pact.* Eve facto fuerit, fi ve non, & tamen pactum ab uno factum non nocet alteri, *l. fi unus in pr. De pact.* Sed hoc ideo quia delato jurisjurandi debitor juravit fe folviffe, pactio oppofita nihil dicit tale, fed quod inter eum & ftipulatorem data eft oportere in confefto eft, id ftipulator remittit, quæ ejus liberalitas debitori debet: hoc eft: de fuo nunquæ largiri oportet non de alieno. Eademque ratione fi fidejuffor juraverit fe date non oportere, non quia non ftabilitur, fed quia folvit, reo principali proficit, ut & ipfi fidejuffor fidejuffit, *d.l. in duobus*, *§. 1. l. ult. §. pen. eod.* & tamen pactum fidejuffori reo non proficit *l. 23. De pact.* qui & nullum pœna folutionem interveniffe, item fi unus ex reis promittendi eodem modo juraverit, eadem ratione alteri proficit, etiamfi focius non fit, *d.l. in duobus*, *& ex duobus*, non etiam fi pepigerit alteri ne petat: & quidem rei vel obligationis fuis fuerit, *l.23. De pac. l. 1. & 14. Rem ver. Inft. l. nonnem. §. 1. De duob. reis, l. qui hominem*, *§. ult. De ftipul.* Itemque dicit potefi de quo juravit filiarn date non oportere, ut exceptio jurisjurandi filio proficiat, *l. qui famulo*, *§. 1. De jurejur.* cui tamen non proficit exceptio patri, *l.21. §. nec autem, De pac.*

E CAP. VIII. *De dolo malo exceptione.*

EXceptio doli mali ex æquo & bono accommodata, *l. ult. l. 3. §. pen. Si quis caut.* non tamen ea cui folus fuus prodeft, fed & ne debat focio, *l. fi duo*, *eod.* Magna eft vis hujus exceptionis: nam & naturalem æquitatem tuetur, & moderatur afperitatem juris civilis, *l. 1. De dol. exc. l. ult. C. de ufuc. pro emp.* ut cum ceffante exceptione pafti per occafionem regularum juris civilis, accommodatur exceptio doli, *l. 7. §. pen. l. 10. §. 1. l. 12. §. 1. & §. ult. l. ultima l. 13. §. ult. De pact.* Et rem temperat, *loqui exc. ad leg. Fal. &* emendat, *l. in duobus*, *§. fi ei qui De jure-*

jurejur. & inefficacem facit adjectum, *l.14. De judic. A* Et refte a Cyrillo in *l.inter*, *§.pen. De pac.dot.* dicitur hæc exceptio effe *ὑπόκρισιν τοῦ ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐξαπατᾶν*: ac præterea funt alii ejus effectus plures: nam & impenfæ neceffariæ & utiles etiam mala fide fiunt in rem alienam, per eam retinentur, & omne judicium ex exceptio bonæ fidei ficit, atque eam ob rem omnibus negotiis accommodatur: quia ut de bonis fidei nomine Scævola dixit, ita verum eft quod ex adverfario fit, id non fine exceptione, *l.45. pen. De fol. quod equitate*, *The. ex. eod. & per eam* quoque exceptionem inducitur retraditio rei pignoratæ, & quafi quædam appellatio ad bonum & æquum, *l. 9. in pen. quidam*, *De rei. qui acc. rei. l. divortio*, *§. ult. Sol. matr.*

CAP. IX. *Abundare prime lato videri cenem, Novatio*, *in l. De illa*, *De nov. act.*

ADverfus eum qui dolo malo fecit quo minus fe- B ciffet, non eft qua novatio fit effectus habeatur, vel qui mentitur fe eum non habere in potefiate, fi adhor contenus non fit jusiurando, quo is deinere fevum in fua poteftate non effe, neque dolo malo fecifie quo minus effet, locum habet adio in foliduin fine novatione dedicate, *l. 2. §. ult. Si ex noxa cav. eg. l. fi here.*, *De noxalibi. fi fervus non fit*, *De in jus fac.* quæ præcepta vel honoraria dicitur & fpectatur a noxali, *l. 2. De delict.* *item fi ex pluribus*, & *§. fi fit quem*, *l. ult. De pignorat. De noxalibi.* Quod ergo quæritur in *Lege illa De nov. act.* an adverfus eum tantum adio locum habeat noxalis, fi ex dolo ejus accidit ut ceffet noxalis adio, inepte quæritur: quia adverfus eum locum non habet noxalis adio, quam & ipsum ceffare fcribit: nam nec utilis adio noxalis dici poteft ex cui non adiicitur noxæ dedito, & quæ non fervi, fed fuo nomine in dominum datur in foliduin. Itaque ut ait *Pomp. in Nouell. in d. Lege illa*, priore loco abundare videtur, & aut nulla alia vice ejus rerum debere, aut hæc, *Pretoria*, vel *Honoraria*. Noxalis eft civilis & directa: fi fervus fine noxæ deditione decefferit, non Pretoria. Item pretoria non datur heredi vel in heredem, *d.l.delicta*, *§. neque*. Noxalis datur *d. l. ult. De noxal. l. 3. §. ult. De pact. pignor. fervitus*. & illa non perpetuo, hæc perpetuo in dominum datur, *d.§. neque*, & *d.l. pen. §. ult.*

CAP. X. *Ad l. LXIV. De procur. & defenf.*

REgula quæ ex Modeftino propoaitur in *l. LXIV. De procur. & def.* de defenfore loquitur, non de procuratore fallo ad agendum, & de defenfore in rem alienam, non de procuratore, & ea ratione explicandum ficiunt quæ de procuratore dato ad agendum in rem fuam vel in rem alienam Accurf. affert: non potuit enim dicere *l. 1. §. ult. De procuratoribus Equitemque C.eod.* quafi propter eam fcilicet Modeftini rem adjecerit, *Caufa cognita*, ac præterea etiamfi dominus vel defendi excifit ex numero fit eorum qui excipiuntur fuprediéta Conftitutione, non decreto fententia caufa cognita, per fe litigare prohibetur, fed ipfo jure ex Conftitutione fuprædita. Non probo etiam quod Acc. dicit, ejus rei gratia, ut dominus dominus eli folverit quum non fit dominum audiri poftulatorem fuo nomine judicium fufcipere, quoniam retentione is tantum in eft poteft adverfus dominum five procuratur defe- E vefendit, qui lite conteftata dominus litis effectus eft, *l.25. in fi. pp. eod. tit.* cum ante litem inchoatam quæ poteft ex ea retentio fieri? Et regula ait, *eum litem contefiatam a defenfore dominum defefferunt litem conteftaffe fuo nomine*, *cauſa cognita audire*: ubi verba illa, *Cauſa cognita*, abundare videntur: nam cauſa cognita poft litem conteftatam dumtaxat exigitur domino volente in fe judicium transferre, vel alium defenforem dare, *Tom. III. Prom.* Ss

CAP. XI. *Cumprus ſpecies appoſuerint ad hæc verba*, *Vel in opere novi nuntiatione l. XXXVI. eod. tit.*

PRocurator enim cujus nomine agit videtur refte defendere, ut Ulp. feribit, *l.XXXV. ſub. De procurat.* etiamfi non fit defenfor, ut dominus defendatur contra adionem infefti vel legatorum, quæ poterat defiderari a domino, ea non præftitas poffit fit adverfarium venire in poffeffionem, cum & dominus magis experiatur, dominus dominus fadhuras erat: huic cafui fimilem adjecit Paulus, *l.fq. Si procurator* cum invicem adverfarius ageret nafi judicio, quod dabatur contra defenfores, ut defenfione fervi, eum prætoris jufu duci paffus fit, cum id domino magis expediret: nam & hic dominum refte defendere videtur: verum his duobus cafibus proculdubio defenfor qui hæc patitur cavere debet de rato, ne reverfus dominus oblata cautione miffum in poffeffionem expellat, vel obtata adionem fuam evincat, *l. 1. §. ult. Si ex noxal. l. fi fervus non fit*, *De in jus fac.* quæ præcepta vel honoraria dicitur & fpectatur a noxali, *l. 2. De delict. l. item fi ex pluribus*, & *§. fi fit quem*, *l. ult. De pignorat. De noxalibi.* Quod ergo quæritur in *Lege illa De nov. act.* an adverfus eum tantum adio locum habeat noxalis, fi ex dolo ejus accidit ut ceffet noxalis adio, inepte quæritur: quia adverfus eum locum non habet noxalis adio, quam & ipsum ceffare fcribit: nam nec utilis adio noxalis dici poteft ex cui non adiicitur noxæ dedito, & quæ non fervi, fed fuo nomine in dominum datur in foliduin. Itaque ut ait *Pomp. in Nouell. in d. Lege illa*, priore loco abundare videtur, & aut nulla alia vice ejus rerum debere, aut hæc, *Pretoria*, vel *Honoraria*. Noxalis eft civilis & directa: fi fervus fine noxæ deditione decefferit, non Pretoria. Item pretoria non datur heredi vel in heredem, *d.l.delicta*, *§. neque*. Noxalis datur *d. l. ult. De noxal. l. 3. §. ult. De pact. pignor. fervitus*. & illa non perpetuo, hæc perpetuo in dominum datur, *d.§. neque*, & *d.l. pen. §. ult.*

CAP. XII. *Ad l. XLV. §. qui ita*, *eod. tit.*

HÆc verba *l.XLV. §. qui ita*, *De procur. & defens.* *aliud agere exceptione repelletur*, glofle explicant male & exceptione rei judicatæ; nam & rei judicatæ exceptionem rei judicatæ, vel de dolo mali, *l. 3. De pact. l. 1. De fep. vol.* ne fæpius de eadem hominis admifio queratur, *l. pen. §. ult. Nov. comp. Inft. l. 3. l. 4. De hiis qui dejec. vel effud. l. 3. Vi bon. rap.* Poft litem vero conteftatam non nifi vel exceptione jusiurandi, *l. cum eo §. pen. De jurejur.* vel exceptione doli, ut & Bal. in illo *§. qui ita*, perfpicue fcripsum habent, *qui vitio tempus petat tentus infidiarum Vim vocaverit*: quod confirmat & *l. 3. §. fi in opus De fep. vol.* quæ oftendit non nifi ante litem ab alio conteftatam alium admitti, nec fi ad eam res pertineat ad adionem fepulchri violati, quæ poteftas

actio est: post litem ergo contestatam aliam non admiti. Denique praeventione unius ex populo, ceteri excludantur, sicut in criminibus causis judicorum quibusdam praeventione unius accusatoris ceteri excludantur, *l. 9. C. de accus.* sicut pluribus simul fidei procuratoribus ad aliquem unum in solidum, praventio unius ceteros excludit, *l. 32. De procur.*

CAP. XIII. *An qui alterius defensionem suscepit amittendo per praemptionem judicium accipere cogatur, nec ne? Petitori convenit stipulationem Judicatum solvi.*

QUI absentis nomine se procurator negat, ex edicto praetoris & absentem defendere cogitur, & est, id facere quod dominus in litem facere, & B satisfiare judicatum solvi, & praeter satisfationem etiam omnimodo cogitur judicium accipere, nec facilius ei rem non defensam stipulationem, five satisfationem committit, nisi & ex justa causa absentis nomine agere recuset, vel aque ex justa causa mutetur & removeatur, *l. 35. §. pen. De procurat.* idemque dici potest de procurratore dato ad defendendum, pro quo confenserit dominus qui judicatum solvi, ut omnimodo per procurratorem judicium accipere cogatur, nec sufficiat adversus dominum stipulationem committi, nisi recusandi judicii sibi justam causam habeat, *l. 8. §. ult. l. 9. eod.* Qui vero absentis nomine non agit, invitus non cogitur fidejubere defensionem absentis, *l. invitus, C. eod. l. 156. De reg. jur.* Sed & judicatum solvi fidejubere defendendi absentis, an omnimodo cogetur judicium accipere, magna eft controversia inter Labeonem & Sabinum, & quibus fere cogetur diversa ratio est. Nam Sabinus pretando: nam Labeo existimat post stitidationem omnimodo esse cogendum, nisi ultiam causam habeat recusandi judicii, *l. 45. h. tit. De procur.* Sed Sabinum sufficere arbitratur ob rem non defensam stipulationem committi, ex qua fi agatur, in eo judicio adhiberae justum nec ne habuerit ille cautionem recusandi judicium accipere, ut fi justam habuerit, absolvatur, quia non fimpliciter rem defendere promisit, fed arbitratu boni viri, & viri boni arbitrio cogetur ne ne justam causam habere cogatur qui id recusando justam causam habet: *l. vir. servo §. fund. fehr.* fin vero justam causam non habuerit, condemnetur quanti ea res eft etiam defici- C ente judicium accipere cogatur, *l. 45. in princ. eod. tit.* & hae sententia obtinuisse videtur.

CAP. XIV. *Absentes qui in bonum & aequum concessi, procurator & nuncius potest. Absens libere intelligitur, ad l. VIII. & IX. de sup. min.*

IS qui a patre naturali in adoptionem datur, vel qui emancipatur, non habet obligationes vel actiones quae capitis deminutione amittere solet, quia quas adquisivit quamdiu fuit in potestate patris naturalis, eas etiam patri naturali quaelvis pure patrie potestatis, excepta his quae naturalem praestationem habere intelliguntur, cum patri per omnia non succedatur. Non naturales obligationes dico, quae fcilicet naturales tantum sunt, non civiles, quas confiat non patre adoptivo, fed obligationes civiles, quae Romani patroni, quaeque naturalem praestationem habent, ut ait *l. 8. De sup. min.* id eft, ut Graeci interpretantur, quae ex bono & aequo conftituta, recte, quibus fcilicet quod praestatur ex naturali potiffimum ratione venit, & ex bono & aequo, vel ut dicam explicatius, in quibus non tam fabulae jus obfervatur quam bonum & aequum, ac proinde quia natura communis eft etiam his filiisfamilia, perfonam cadunt eofque fequuntur quandoque pofteri emancipatos, nec patri communodo adquirunt: Jure fubtili, jure fummo, patri omnimodo adquiruntur, ex aequo & bono, quatenus adquisitio

dicti aequitas fuadere videtur. Eadem ratione puto fi quid ex caesualo nae, exempli gratia, dejectum vel effufum fit quod filiof. nocuerit, & ideo per filium quaefita fit patri actio in factum ex edicto de dejectis & effufis, filio tamen poftea emancipato eum actionem effe *Sabinum* putant, quam patri, quia & haec actio naturalem praeftationem habere intelligitur, & ex aequo & bono effe dicitur, quamvis fit ficta, *l. 5. §. hoc autem in fin. de his qui dejecerint effu.* Actio autem fepulchri violati, ut & actio de dote in *d. l. 8.* in bonum & aequum non concepta dicitur, *l. pen. De fep. viol.* puta, ut eft in edicto de fepulchris violatis, quanto eft eam aequum judici videbitur, quo tamen ficta eft, & fi in edicto de dejectis & effufis, quanto eum ob eam rem aequum judici videbitur.

CAP. XV. *Aliquando non fubfidium fuis jure affimum petimus.*

EGi tecum actione fi certum petetur de certa pecunia credita, ru mihi falfo perfuafifti te eam folviffe fervo vel procuratori meo, & ob id judicio te obfiftifti pro fuo, non eft mihi tuo nomine adverfus te actio de dolo, quoniam ex integro poffum agere de credita pecunia, & te objectionem exceptionem rei judicatae repellere, poffis replicationem dolo mali, *l. 7. De dolo*, fed hoc ideo quia fub fpecie folutionis a te factae te abfolvi paffus fum, & ut apocha non aliter liberat debitorem quam fi re vera pecunia numerata fit, *l. 19. De accept. l. fi obligatum, C. de folut.* ita nec res judicata liberat, quae elicita & emiffa eft fub fpecie folutionis, nifi & re vera pecunia fuerit. At vero fi quis *l. 120. Solv. & Liber. ff. ad exhibendum* ita fcripfit, *pen. Ct l. 14. De dolo*, res judicata omnimodo liberat debitorem, quia non quafi folverit abfolutus eft, fed quafi debitor non fuerit, fallo perfecto petitore, qui agebat pro focio, eum defuiffe focium non fuiffe, vel etiam non debuiffe ea ex caufa ex qua debuiffe videbatur: quo fpecie ita fententia ipfa non parum obligationem: pronuntiatur enim reus nunquam quidquam debuiffe petitori, & ideo in eum, qui abfolutus eft, decreto pronuntiato, non poffe fupersedi, quam actio de dolo: nifi utro partium fit ex integro idem judicium fubire quae abfolutus eft, *d. §. pen.* ubi verbi illa plane demonftrationem temporis habent abfolutionem, ut & fimilia in *l. 1. §. ult. De elicta. jud. mut.* Et ficut multum intereft juravrit quis fe dare non oportere quia folverit, an quia fe non debuerit, *l. in duobus §. fi ei qui debitorem, De jurejur.* ita multum refert abfolvatur quis ex fententia, an quia nunquam debuerit, nunquam eam actione, vel non eo ufu actione heres exierit contrarerit. In hunc enim edicti cui ita fcripfit perfonam fe non debuiffe, ut poffit adhuc, eft actio de dolo, in illum actio preftita, cui oppofita exceptio rei judicatae replicatione doli emendabitur.

CAP. XVI. *Procuratorem ad edendum profum etiam pupillum dari poffe, procuratorem ad agendum vel defendendum, etiam minorem XXV. an.*

MInorem XXV. ann. certiffimum eft ad administrandum procuratorem fieri poffe, *l. cum mandata, De minor.* nec minorem cum & pupillus poffit, *l. 3. §. ult. eodem.* procuratorem ad lites minor XXV. ann. procurator fieri poffe, *l. 1. minor. De procur.* quae ne cavillemur, intuit aperte minorem juffum effe procuratorem ad lites, cum dicit ex ea caufa minorem in integrum reftitui poffe, qui abfuturus in judicio defendit, nimirum quia intercefit *reftio*, & fe obligavit cautione judicatum folvi: alioquin non fuiffet admiffus ad defenfionem abfentis. Minor ergo XXV. ann. poteft effe procurator ad lites, modo tamen non fit minor XVII. ann. *§. pupil., Inft. qui & quibus ex caufa. non. non* poteft qui omnino eft accipiendus de procuratore ad lites, non de procuratore ad negotia, quia de fervo manumittendo *Tomi III. Pars.*

A loquitur in hoc, ut procurator fit: & fervum usque non eft neceffe manumitti ut procurator fit ad administrandum; fed ut ad agendum tantum vel defendendum, fi modo & major fuerit XVII. ann. nam hanc aetatem que plena pubertas dicitur subjectos noftri moderatum effe fati funt ad proceddendum in publicum, *l. 1. §. minorem De pupill. §. ult. Inft. qui & quib. ex caul. non.* qua aetate etiam adolefcentes Romae famebant virilem togam & referebantur in viros atque in forum deducebantur: & Auguftus etiam protinus liberis Senatorum latum clavum dabat, ut ait Dio Curiae interceffe poterant. Ergo cum & fervus & impubes negotiorum procurator effe poffit, de procuratore litium, non negotiorum accipiendum eft quod ait *l. 1. De procur.* quemque quive manumittitur fervus procuratoris habendi caufa minor B fit XVII. ann. id vero eft ut fit major XVII. nempe ut completo XVII. anno fervus fit. XVII. enim completorum quod Ulpianus exigit in *l. 13. De man. vind.* licut Flor. & Baf. fcripfum habet ut fit minor XVIII. ann. id eft ut attigerit XVIII. annum: nec enim ea in re quidquam diffidet *d. l. 13. & §. pupil.* nec quidquam in hoc vel illo loco mutandum eft, fed uno loco non mutanor dicitur ratione completi anni XVII. ratione inchoati anni XVIII. Et facefiat longe error Doctorum hanc fententiam fecuti decreto authoritate donatus in *Cl. De procur. lib. VI.* Haec & alia plerique eorum hominum errores quibus non fuit notum jus civile Pop. Romani, cum & ceca ista fermo fuerit incognitus, irrubuerunt in decreta vel mores, & inftituta regionum: facefiat, inquam, quicumque hanc differentiam effe ftatuat inter procuratorem negotiorum, & procuratorem litium, quafi procuratorem negotiorum majorem effe oportet XVIII. ann. cum & pupillus poffit procurator effe negotiorum, modo fit XVII. ann. & fubire fui negotia committat, ficut & inftitor, *l. 3. §. ult. De inft. act.* & quafi procuratorem litium fcilicet litium majorem effe oportet XXV. ann. cum & pupillus poffit procurator effe negotiorum, modo fit XVII. ann. & fubire fui negotia eft inchoatus annus XVIII. qua aetate etiam quis advocatus effe poteft, cujus munieris certe major dignitatis eft quam procuratoris & negotiorum quidem gerendorum, ad vocatorum dicitur effe feminarium dignitatum. *Ne Valentinianus, De poftulando.* Hic confequens eft ut in *l. 1. imperii §. de procuratore* non poffimum de procuratore pro aetate XVII. annorum completorum & XVIII. inchoatorum.

CAP. XVII. *Ad LVIII. De Ufurp. & Ufucap.*

PAulus *lib. XII. ad edictum* inter cetera tractavit de edicto generali ex quo majores XXV. ann. variis ex causis in integrum restitui, & de ea causa qui absentes judicio, ex eodem libro propire accommodanda est *l. 8. De ufurp. & ufuc.* nempe hoc modo. Non ut adverfus absentes fieri. Quafi vero qui alia ipfis ex causa & adverfus eos, qui in vinculis fuerunt quive fecum agendi potestatem non fecerunt, & quid alienum ufucapere poffit, & quid non, cum ejufdem ufucapionis qui in hoftium poteftate fuerunt, fi quid ufucceperint, dicimus dari reftitutionem in integrum ex edicto *Ex* E edit. *caut.* nec enim ejufdem ufucapionis fuerunt, qui pro hoftium poteftate fuerunt, fi quid ufucceperint, dicimus dari reftitutionem in integrum ex edicto *Ex*

servum usucepisse intelligitur, & adversus usucapionem ei exceptio fuit apud hostes nullas ei in civitate debere fortior, atque adeo adversus eum, qui fuit apud hostes postea quam postliminio redit intra annum utilem, ita ut civitate manumissus dari potest restituto, d. l.23.§. ult. plane.

CAP. XVIII. *Explicantur postremæ verba l. 30. Ex quib. caus. ma. XXV. an.*

CUm docuisset Paulus in l. 30. *§. ult. Ex quib. caus. ma.* restituirentem in integrum, quæ adversus absentes Reip. causa, qui cum non defenderentur rem alienam usucapiunt, præscribitur intra annos XXV. an. utiles, deinde quæsiverat in rem, sicut & eam quæ minores in integrum restituuntur, *l.13. §. ult. & 14. De minor.* ut puta si pol usucapionem eam alienaverint: duri faciliter adversus pollicitorem rei salvo regressu adversus auctorem suum adjecit, *item ex reliquis omnibus casibus restituitio faciendæ res veluti si adversus tutorem usucapionem fit*, quorumin verborum excipiendo sententia plurimum laborant interpretes nostri, mihi hæc esse videtur: Non tantum si quid absentium absens Reip. causa usucapiatur, qua de causa restituitionis Paulus dixerat ante, fed etiam si per absentium eius usumfructum aut fervitutem aliter non utendo amittetur, vel si dies aliquis cum adversus absentem competebat exierit cum non defenderetur, quæ caufa funt expreffæ in edicto, adverfus ea quæ absens agere reftituentem facultate eft, non in pertonis tantum, fed & quandoque in rem: veluti fi reftituendæ petita adverfus abfentem condemnatus fuerit, & folvendo non fit, vel etiam fi dubitetur an folvendo fit adverfus emptorem five poffefforem rei reftituendæ eft facienda: idque multo eſſe tutius edicto, quam fi cum eo experiatur & agat in perfonam qui non poſſidet, qui nimis eſt actionem habere quam rem, ut & Pomponius XXVIII. ad Q. Mutium ſcripſit tractans de reſtituenda fanda in rem petita quæ non in perſonam: quod etiam confirmat *l.6. Quod fal. tut. eſt.*

CAP. XIX. *Ad l. X. Quod-fal. tut. eſt.*

CUjacius reſtituriunt - quæ in id quod intereſt dicta, longe aliam ſenſum habet, quam ſi communis ſecundi ſapit ſum puppilo fallo tutore audiret, cum ignoraret eum eſſe fallum, & obeam rem in captionem incidiſſet, tutor adverſus fallum tutorem, qui dolo malo pupilli contrahentem aut litigante auctoritatem ſuam accommodavit, *l. 7. & 11. Quod fal. tut. auct.* Quod Acc. ait eum idem actionem dare adverſus pupillum, non eſt verum. Dolus enim eorum fallo tutori punitur. Et *l. 20. eodem tit.* qui pupillum nititur Accurſius, longe aliam ſenſum habet, quam ſi communis ſecundi, nempe ſi qui major XXV. ann. cretit in rem vel in perſonam cum pupillo fallo tutore quem uerebtur eſſe verum, dolo malo adverſarium ſuum accommodante, & pendente judicio, dein aliquis qui ei adverſus pupillum competebat exierit, aut ei, cui uſucapta ſit, fallum tutorem perinde fuiſſe, ac ſi tempore judicii illi tempore affor vero tutore auctore ceſſet, ipſum modorum aut incommodatus appellationis ſignificatur id quod eſſetus intereſt, ut *l. 3. §. ult. Ne quid nov. reſ. cre. five* ſive quanti ea res, vel adeo id quam amiſit, quamvimque impedit in item reſtituendo. Idem tenet *l. 7. §. Prop. Quod fal. tut. auct.* quod quidem conſecutus fuiſſet ſi illo tempore vero tutore auctore eſſet: nam eſt uſucapio non interrumpitur item controverſiæ, ei tamen, qui autequam ea impleretur uſucapitur poſſeſſor rem reſtituere debet, ut *l. 28. & 31. De rei vendic. ſicuti, §. fed & quatenus, & l. ſin. eod.* quod verum eſt hoc conſentire uſucapionem fuiſſet ſi illo tempore eſſet, ſed vero tutore auctore, id a fallo tutore conſequetur, quo auctore cum pupillo egit, fruſtra & inutiliter, ac

A quæ ideo interim adſenſum ſuum vel rem tempore vel uſucapione amiſit, non aliter quam ſi taciuiſſet, & nullo modo cum pupillo egiſſet: & ita perſpicue Ital. *remedio restituitur temporalis ei actione ad tempus & tempore suo non utenti, sicut & ipsa tempore suo* loco illorum verborum. *Omnia incommoda pertinet ſuſtinere debet, ac ſi illo tempore eum tutore auctore egiſſet.* Quanta igitur incommoda alteris falſus tutor ſuſtinere debet, hoc eſt, id tenetur alteri præſtare quod conſecutus fuiſſet ſi vero tutore auctore egiſſet.

CAP. XX. *Ad l. XI. ejuſdem titul.*

EDicto quod falſo tutore auctore debatur reſtituto in integrum ignoranti, non tantum ei qui cum B pupillo contraxiſſet, vel egiſſet falſo tutore auctore, ſed etiam ei qui cum pupille debuerit: tum & fœminæ puberes in tutela fuiſſe Ulpianus *lib. Regul.* & plerique alii auctores oſtendunt, propter ſexus infirmitatem, & propter fœminum rerum ignorantiam: & huius rei argumentum præbet idem Ulp. in *l.xv. eodem tit.* cum ſcribit eum etiam ibi edicto teneri qui ſilinæ. quali mariti. aut uxoribus quæ liberis auctor factus eſt ad contrahendum, qui plane falſus eſt tutor, qui ancilla vel filiæ. quod caput liberum non eſt, id eſt ſui juris, in tutela eſſe non poteſt, quamvis mulieres tut. vel juris eſt, tutela finitur conventione in manum, & adrogatione, & ſervitute. Cur enim vero id Ulpianus ſcriberet de filiæ, poteſt non vel ancilla, quam de filiæ, quæ ſervo nili reſpiceret ad perpetuam tutelam, in qua ſemina etiam puberes olim eſſe ſolebant? Qua de cauſa & quod ſubjicit in *l. 11. Quod fal. tut. auct. ſi filiæ familias non fuiſſet*, id putem eum latius perſcripſiſſe, nempe hoc modo, *cum impubere vel femina pubere*, & intio quoque verſiſſem pupilli non ſcripſiſſe, *minore* 25. vel 20. ann. quia nec ætas tum XII. annorum feminam tutela liberabat, nec dum in mare definitum erat, an puberta, pubertatemve eſſet annis XIV. fed Juriſpr. hoc modo *falſus tutor qui in contrahendo auctor impuberi aut femina puberi fuerit &c.*

CAP. XXI. *Ad l. XXVIII. Da obl. & act.*

QUid ſuciuht hæc verba in l.18. *De obl. & act. Rei perſequendæ gratia* ? an non ut rei, ita & pœnæ perſecutionem dicimus reſtituere, *l.13. eodem*, & *l.9. De rei. ſ. cum ſeq. De fur.* (*) Anundvertendum eſt ſtimptam eam l.28. eſſe ex *lib. 1. Papiniani definitionum*, quo cum forte Papinianus propoſuiſſet verterem illam Reginam juris, *Quæ de re actio, perinde, perſecutio adverſus deſtructum ſuarus & adverſus heredem ejus eſſe, aut heredem propoſitum*, eam interpretatur eſſe accipiendam de actione, perſecutione, perſecutione, quæ rem perſequatur, non penitus: nam pœnalis actio quæ penæ nomine concipitur non defendit ad heredem. Quæ rei perſecutionem continet, defendit ad heredem, nili ex delicto ſtari videatur, quo caſu in heredem extenti tantum competit querimonia ad eum personis dolore malo eius factum eſt quatenus ad eum pervenit locupletior. Itaque ea juris definitio pertinet tantum ad actiones aut perſecutiones in perſonam, quæ duntaxat ad reſtituendam gratia, nec ex delicto oriuntur: Cetere perſecutiones extraordinariæ non defendunt ad heredem.

CAP. XXII. *An legitur Provincialia Romam miſſus ibi quæſtio ſuperiore ſingulare ſua ſibimet ornare & ex Provincia poſſit.*

CUm S. G. quo ſatis conſtat ex *l. 8. §. uli. & l. 9. D. 15. De legation.* legatum provincialem Romam miſſum quandiu ibi demoratur legationis cauſa nihil in rem ſuam agere poſſe, nili ſuum injurium vel damnum præſequatur aliique iauuriarum vel furti vel legis Aquiliæ, non ergo ex contractu vel quaſi ex contractu ibi agere poſſe, quod rem ſuam agere non poſſit ſine fraude publicæ rei, quam agendum aut defendendam ſuſcepit, pugnat omnino *l. 32. §. ubi in pr. eodem*, & *de verb. ſig. qui abſ. vic.* illo loco. *Sed & hæc tale erit quæſtio ſi aliorum velit dicere quod ſocer ei licet.* Et tutius quidem ille locus videtur non improbabiliter hanc interpretationem capere poſſe, ut dicat legatum de ea re de qua ante legationem Romæ compromiſſit ſi velit arbitrum ſententiam dicere, audiendum eſſe: item & de in legatione adhuc quamcumque ſua nomine interrendere & dictare poteſt, ut ſignificare videtur *l. 2. §. ſed & ſi agent, De judic.* qui tamen revera non pertinet ad legatos, ut infra dicam, ut non licet eum ſtatim poſſulare ut arbiter ſententiam dicat? Hic, inquit, *quod poſſitat ut arbiter ſententiam dicat, tale eſt quale ſi alicui non dictare velit quod ei facere licet*: unde ſequetur & hæc in re exemplum ordinariæ actionis, nempe ut quemadmodum ſi locuples Romæ actionem aliquam inſtituat, & poſt ibi cognitur actionem alienam petat, quod ante dixi tentari poteſt ex *d. §. Sed & ſi agent*, & *d. ſi non agitur, eod.* ita ſi Romæ arbitrum ſumptum tuæ legationem ſententiam dicere poſſitat, ipſi ibi adverſus omnes ſe defendere, id eſt, omnium exceptiones legat. allones. Hæc interpretatio ut non eſt aliena a verbis, ita probabilis videtur, ſed eſt capriolo ſine, & a vero longe remota: nam *d. §. Sed & ſi agent*, non eſt de legatis, ſicut nec *§. item ſi ſervus*, qui præcedit, & *d. ſi agit non agitur*, neque non eſt de legatis, ſed de cereris qui pus habent ſuum revocandi forum, nec Romæ vel illo loco judicium accipere ſe poſſe ſibi videre nianter, nili & ipſi priores ibi actiones ſuas intendant. Ceteri actiones ſuas Romæ intrendere poſſunt. At legati quibus mandavit ſua civitas vel provincia publicum negotium, non item, ut initio propuſivi, unde manifeſtum eſt illo loco addita negatione ſe eſſe legendum, *Sed hæc tale erit quæſtio ſi aliorum velit dicere. Quod ſi hic modo dicat ſocer ei non licet*, ut ſit fecunda ratio propter quam Paulus ſtatuit non eſſe arbitrum, qui ſumptus eſt ante legationem, ſententiam dicere ſi locuples ſit, non poſſe. Prima hæc eſt, qua inquiunt videtur ut id fit in eius potteſtate. Secunda autem hæc, quia ſi hoc poſſulans adiretur, *a tale eſſe ac ſi diceret*, ſe non permitteretur: *quod facere ei non licet*: & eſt ibi particula, *ſed*, conjunctiva, pro, *ſed &*, non diſcretiva. At quos quæ ſequitur *ſed-compromiſſum*, &c. profecto diſcretiva eſt & integra cuius loci ſententia hæc, ut in ea queſtione utamur diſtinctione ejuſmodi: Aut legatus eſt actor, aut reus. Si eſt actor & velit diffinire actionem ordinariam antequam legationem peregerit, hoc ei facere non licet, Si eſt reus & velit excipere actionem & ſe defendere, hoc ei facere licet: & exemplo ordinariæ actionis, idem eſt dicendum in compromiſſo, nempe ut ſi ſit petitor, non poſſit ante arbitrum poſtulet ſententiam dicere ex compromiſſo ſibi ante legationem, & dit defendor, *audiatur. Et ut*, quæ verba ſunt *l. 2. §. ſed & ſi agent*, *alias actiones defendere ne videtur ſententiam dicat quam ſe ſe defendat.* Quod sit, *non alias*, plane indicat ſupra negatio elle legendum, *quod ei facere non licet*; quod & Graeci interpretes comprobant, qui adnotant legatum hoc poſtulantem audiri ſi ſe defendat non ſi agat, *τοιαυτομεν ουν ακουεσθαι*: ac præterea quod prior interpretatio refert, legatus qui agunt, & vicillim adverſus omnes ſe defendere debere, nec poſſe uti ſuo privilegio, præterquam quod eos poſſe agere ſiſſum eſt, ii nihil minubat adnotari ad quæſtionem illo loco propoſitam.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Chjac. lib. 2. cap. 30.*

CAP. XXIII. *Differentiæ inter pupillum & impuberem.*

PUpillus eſt impubes qui exit poteſtate patris. Impubes etiam is qui in poteſtate patris, ſi modo non excefferit XIV. aut fœmina XII. annum. Pupilli appellatio ad tutorem referetur, non etiam impubes, impubes fœmina impubes, quidem dicitur eſſe, ſed non etiam pupillus, *l. 1. §. tutorum, De adq. poſſ.* Pupillus fine tutoris auctoritate non aliter obligatur ex contractibus naturaliter quam ſi locupletior factus ſit, id eſt, quatenus ex ea re locupletior patrimonium eius factum eſt, tutore auctore etiam civiliter obligatur. Impubes qui eſt in patris poteſtate ne patre quidem auctore civiliter aut naturaliter obligatur, *l. ult. §. 1. De ver. obl. §. Pupillus, in fi. Inſtit. de inut. ſtip.* quia & fraſtra obligatur patre auctore, cum nulla ei poſſit in patrem actio competere. Sed & ſi peculium eius locupletius factum ſit, certior non obligatur ; ſed naturaliter tantum: namvitiatur, inquam, aliquam patet non venerator actione de peculio, *l. 1. §. Si non impubes, De pecul.* De vero locupletius factum peculium non ſit, ea quidem jure naturali obligatur, ac neque de peculio tutore adito. Impubetis latior eſt appellatio, quam pupilli, quæ tamen magis & improprie communquam generali ſignificatione pupilli nomen uſurpari.

CAP. XXIV. *An valeat ſententia arbitri compromiſſarii judicare arbitrio alterius ſundum reale, vel ſeriſtare.*

NOn quamlibet ſententiam arbiter compromiſſarius dicere poteſt, ſed de quibuſdam eorum ſententia vanabat eſſe Publius Neſtor initio *S. quæſtionis l. 32. De rec. qui arb. rec.* nempe aliis exiſtimantibus eas valere, aliis non valere. Sunt ſi ſufferit fundum tradi arbitrio L. Titii, vel de ſeriſtari probitis fideiuſſoribus arbitrio L. Titii, in hoc genere ſententiæ variarum eſt: nam Julianus dicebat ſententiam valere, ut in *d. §. quæſtionis* ſignificetur his verbis: *Quod ſi hic modo dicat* Rete Flor. male vulg. *Sed nec ſi hic modo* ut *arbitrio P. Maevii fundus tradatur, aut ſeriſtatio detur perendum eſſe ſententiæ, quia ſi ſeriſtatio dicere ſi hoc ſingulis respondendum eſt, falſa ſunt.* Sextus autem Pedius dicebat ſententiam non valere. Dices, imo valere. Sunt ſi ſufferit fundum tradi arbitrio Publii, *idem & de ſeriſtari probitis* : nec enim verum eſt quod Acc. ait Pilanus Pandectas, qui nunc funt Florentini habere, *Rationem negat.* Sed Sextus Pedius propoſuit ſententiam quod ſuperiori claſuſula ex Juliano referunt, non valere ſententiam arbitri, quia arbitrium in alium transferetur, non etiam probare quod ex eodem poſſerior claſuſula refert valere ſententiam qui quis jubetur fundum tradere, vel ſeriſtare arbitrio P. Maevii, imo improbare hoc argumentum, quia ſeriſtandi aut tradendi modus pars arbitrii eſt, & idem debet eſſe judex in parte quod in toto, id eſt, ut quemadmodum totum arbitrium crediti Julianus in illum transferri non poſſe, ita dicamus nec partem arbitrii in illum transferri poſſe nec litis arbitrio propositur non proscriptum, quo fuerit compromiſſum: Dicendum tamen, ut poſſe licet ei ex in compromiſſo permiſſum ſit: & hoc verior eſt opinio Pauli, ſecundum quam & ita Baſ. definitum, *Arbitrum compromiſſarium ſententiam ferre poſſe ſecundum arbitrii de re cuius dimiſſum.*

CAP. XXV. *An valeat judicis vel arbitri ſententia jubentis nomina teſtium eſſe ſcripturis quo cum agitur, quive eas attentas poſtulatur.*

NOn valeat ſententium arbitri ſi quem jubeat advocarii ſuo dare nomina teſtium, quibus ſua causa confirmanta eſt, nec penanm compromiſſi committat: hinc ſententiæ non pareatur, aperte prolatum eſt

est in *l. 39. De rec. qui arb. rec.* & recte: quia etiamsi quis testium nomina adversario edere detrectet forte dum timet ne adversarius eos corrumpat aut perterrefaciat quo minus apud arbitrum verum dicant, non tamen ideo operam arbitro præbere refugit, sed adversario potius quam arbitro. Operam dat judex vel arbiter ut *l. si longius de judic. l. pen. De vac. mun.* & apud Ciceronem sæpe. Operam præbet litigator arbitro non judici, ut *d. l. 39. & l. 21. §. pen. eod.* quoniam ipse arbitrum facit non judicem, & ab arbitro vel pœna soluta recedere potest, a judice nulla pecunia id emereri potest. Porro quæ ratio est in compromissis non edendi adversario nomina testium etiamsi id jubeat arbiter, eadem est in judiciis ordinariis, ne eorum nominibus cognitis adversarius qui forte valet opibus & gratia eos dimoveat a vero, aut quod sæpe fit hoc ævo in judiciis criminalibus, ne quos maxime abhorret & vitat eos immissis sicariis vita privari curet: quæ ratio cum effecerit jam ut in crimine hæreseos reo potenti divitiis & honoribus & gratia non edantur nomina testium, quorum vitæ si prodantur ab eo periculum imminet, *c. 20. De hæret. lib. 6.* cur cum eadem ratio locum etiam habeat in ceteris criminibus, idem non statuamus in ceteris? nec nos movere debet quod in *c. 24. extr. De accus.* episcopo reo criminis postulato edi jubentur nomina testium, quia hoc datur majestati & sanctitati episcoporum, quos verosimilius est procul abesse ab omni probro, nec similiter indulgetur omnibus reis cujuscunque condicionis: & multo sane melius esset restituere judicia publica, & nulla quæstione ante facta si ex sola delatione accusatoris subjicientis se pari pœnæ periculo & subscribentis in crimen, reo postulato manus injiceretur, & uno contextu postea testes adversus eum producerentur, & cum eo componerentur, etiam ei testes interrogandi, ac vel mox vel ex modico intervallo quodam excipiendi data potestate, quod in more fuit veterum Romanorum.

CAP. XXVI. *De cautione judicio sisti.*

Cautio judicio sisti aut est voluntaria sive conventionalis, quæ scilicet ex conventione litigantium diem recipit certum in quem sisti oporteat, vel si inter se de die convenire non possint, arbitrio stipulatoris, *l. 8. in pr. Qui satisd. cog.* ita tamen ut stipulatore diem apponente si angustior videatur, ei judex modum adhibeat, ut subjicit *d. l. 8.* his verbis, *moderato spatio de hoc a judice statuendo*, quæ verba Triboniani sunt: & observandum est in ea parte legis, Basil. quæ hæc verba, *Si non conveniat*, sic interpretantur, *εἰ διχονοῦσιν*, si dissentiant inter se litigatores valde confirmare sententiam Irnerii, qui eam dixit esse de concipienda stipulatione Judicio sisti, non de jam concepta sine adjectione diei: aut est necessaria veluti ex edicto prætoris dato fidejussore locuplete ab eo qui vocitur in jus ne trahatur invitus, *l. 1. In jus voc. ut eant*, vel prætore ipso statuente diem in quem reus judicio sisti satisdato promittat, *l. 2. §. Sed si dubitetur, De judic.* Et multum interest voluntaria an necessaria fuerit hæc vel alia quæcumque satisdatio: nam ut Ulpianus docet *l. 7. §. 1. Qui satisd. cog.* si necessaria fuerit, & facile reus eam præstare non possit ubi convenitur, si justa causa videatur, & ante omnia juret de calumnia, ut *l. 8. §. tutor, & §. jubetur, & §. ult. eod.* potest audiri si se in alium locum remitti postulet, ubi dicat sibi esse facilius invenire fidejussores: atque ita in eum locum adversarium evocabit satis accipiendi causa. At si fuerit voluntaria, in alium locum non remittitur, neque enim id meretur qui ipse sibi ubi convenitur necessitatem satisdationis imposuit. Hæc est ratio Ulpiani, cui similis est hæc in alia specie *l. interdum, §. ult. De judic.* quia ipse sibi sua sponte obligationem contraxit. In hac quæstione memini pugnare videri *d. l. 8. §. Plane si misso*, cum *l. si pecunia, §. ult. ut in pos. leg.* nec rem liquido diluere glossas: sed nihil apertius. Ut legatarius discedat de possessione in quam missus est cum per heredem staret quo minus caveret legatorum nomine, heres satisdare eo nomine debet ubi convenitur, *d. l. si pecunia, §. ultimo.* Sed si dicat se alio loco paratum satisdare, id non impetrabit, ut legatarius possessione discedat, vel ut legatarius eat in alium locum satis accipiendi causa.

CAP. XXVII. *Ratio l. 12. De inter. in jure fac.*

Filium qui patri suus heres extitit, beneficio prætoris si abstinuerit se hereditate paterna, & postea interrogatus apud prætorem an patri defuncto heres esset, responderit se heredem esse, Paulus ait in *l. 12. De inter. in ju. fac.* ex suo mendacio teneri in solidum perinde atque si pro herede gessisset non abstinuisset se. Non dicit eum, qui semel abstinuit se, postea pro herede gerere, quæ variatio etiam non admittitur, sed eum, qui post abstentionem apud prætorem respondit se heredem esse, perinde teneri ac si se non abstinuisset, sed pro herede gessisset: teneri ex sua responsione ex suo mendacio. Mendacium est, quia etsi jure civili heres maneat, qui abstinet se, *l. cum quasi, §. sed & si suus, De fid. lib. l. 6. §. si filius, De bon. lib. l. 2. §. sed si sint sui, Ad Tertyl.* tamen heres & sine re, & prætor eum non habet heredis loco cui permisit ut se bonis abstineret: denique prætori non est heres. Qui igitur apud prætorem post abstentionem dixit se heredem esse, prætori mentitus est, quia prætori non est heres. An idem dicemus si interrogatus apud prætorem an heres esset tacuerit, ut scilicet teneatur in solidum? quod videtur, quia in ea causa est, ut negasse videatur, *l. 11. §. qui tacuit, & §. nihil, De inter. in ju. fac. l. 5. §. si autem negent, Quibus ex cau. in pos. eat.* Gajus 2. *Inst.* apud Boetium Cessio, inquit, *in jure fit hoc modo. Apud magistratum pop. Romani is cui res in jure ceditur rem tenens ita vindicat, hunc hominem ex jure Quiritum meum esse ajo, deinde postquam hic vindicaverit.* Prætor interrogat eum cui cedit, an contra vindicet, quo negante vel tacente tunc ei, qui vindicaverit, *eam rem addicit*. Tacentem Gajus neganti comparat, & eodem modo filius, qui se abstinet hereditate paterna, & interrogatus an heres sit, tacet, negasse videtur se heredem esse: quod quia falsum est, jure enim civili heres manet etiam qui abstinuit se, ideo in solidum teneri videtur. At recte Paulus ait, ei succurrendum esse ne teneatur, quia etsi taciturnitas ejus pro negatione habeatur, verum est apud prætorem eum heredem non esse. Prætori itaque non mentitur, qui apud eum interrogatus posteaquam se abstinuit an heres sit, tacet, quod est, tacendo negat. At idem qui se abstinuit si apud prætorem adfirmet se heredem esse, sane prætori mentitur, & ideo hic tenetur in solidum, ille non item.

CAP. XXVIII. *Justæ causæ deferendi vel exigendi jurisjurandi.*

B Pundi autem corpus facile non mutatur. Unde ſi impenſis neceſſariis mulier heredem ſuum inſtituerit mulier, ubi fundus eſt in dotem, non dicam, fundum majorem factum quem impenſæ neceſſariæ minorem non fecerunt, non dicam fundum reſtiſſe in caſtum dotis, qui non deſit eſſe dotalis : alioquin interim oondum ſolutis impenſis poſſet alienari, & alienatus fane non poſſet rurſus fieri dotalis ſolutis impenſis, nec pecunia quoque impenſarum nomine ſolura poſſet fieri dotalis jam ſoluto matrimonio. Hoc igitur tantum dicatus impenſis facile neceſſariis mulierem univerſitatem dotis, ut de prædio. is de pecuniis univerſitas dicitur, *l.* 3. *pen. De pecul.* cuius etiam ſingula corpora per ea alienum dominum non mutantur corporaliter ſed univerſaliter tantum : aliquio deſinerene eſſe peculiaria, vel peculium. Et ita C accipiendum eſt quod ait *l.* 6. 9. *De pec. leg.* ſingula corpora peculiaria minuit, & ſibi retinuisse nomen Peculius *l.* 56. 5. *quod Titius*, *De pur. dot.* Scævola magiſtri ſui ſententiam non probavit qui ex parte quidem dotalem fundum non eſſe dixit, qui ante dotem ſcripſerit ſi eum manu impenſam ſe quam ſit in fundi pretio, quod & quamvis probant, ſed fundum tamen totum deſinere eſſe dotalem, ſi tantum in fundi impenſis fit per partes, ut ex via unguam una fuſtem, tantni fundus eſt, facitque totum, quam partem, & rurſus ſolutis impenſis fundum revertit in cuſtum dotis. Verum hanc Scævolæ ſententiam tamen Tribun. Pomponius, adeo non probabilem adnimadverſit, ut non aliter fundus dotalis eſſe deſtatis, quam ſi annum integrum ceſſarit mulier in ſolutione impenſarum, de- D bitum ſolvendo. *quod ad impenſas*, *Et magis eſt ut ager ad cuſtum dotis reverſatur*, *ſed interim alienatio fundi inhibenda*, Tribunianí effe dico, & illi quoque, *Nisi mulier ſumma impenſarum ſolvendarum impenſis dotalis*, quibus Tribunianus Scævolæ ſententiam adminiculatus fit.

E CAP. XIII. *Explicatur* 5. *a me l. Mævio*, *De leg.* 2.

SI mariſtus uxori ita dotem legaverit, A te heres peto quidquid ad te mariſtus dotis nomine dotis pervenit, ut rantum ei des, videtur mariſtus uxori impenſas utiles quæ fecit in res dotales, quæ non fecerat dotem, quo ad te pervenit non deſiderio impenſis utilibus heres uxori præſtabit, nec non utiles impenſas ipſo jure dotem minuunt, fed deducuntur *l.* 7. & 5. *De tmp. in res dot. Sec.* Ceterum in hac ſpecie non deducuntur : hic enim ut ait *l. Mævio. in fi. De leg.* 2. id eſt, in teſtamento viri, qui dotem uxori legavit hæc verba, *Quidquid ad te pervenit*, taxationis loco habentur 2. pro eo res habere debet quantitatem expreſſiſſet dotis, quæ ad here-

heredem fuum pervenifſet, prata M. quia & mille uti- A
que pervenifſe intelligimus etiamſi quedam impen-
ſæ utiles forte ad C. fuiſſe fint in res dotales: quia im-
penſæ utiles dotem ipſo jure non minuunt: ſed utilis ea
ratio neceſſariarum impenſarum quæ dotem ipſo jure
minuerem efficiunt: nec enim ad heredem uxoris vide-
tur pervenifſe id quo deminuta dos eſt per impenſas
neceſſarias: itaque reſiduum dumtaxat, quod ſolum fi-
doris manſit uxori jure legati debetur, aliter quam ſi
eum teſtator in dotem accepiſſet mille, uxori nomina-
tim mille legaverit: nam mille debentur uxori, quia
et etiamſi impenſæ neceſſariæ ex dote ipſo jure reci-
derint C. quia & illa C. uxori legavit l. 2. §. 1. De do-
ped. Et quod ait l. 5. eidem tit. dote relegata utiles im-
penſas remiſſas videri, non etiam neceſſarias, qui quan-
ti ſunt impenſæ neceſſariæ, tanto minus videtur eſſe in
dote quæ legatur: legatur enim dos quæ ipſo quo ma-
ſtus fed deducto nunc eſt, inmixta C. per impenſas ne-
ceſſarias, hoc plane conſonat d. §. 2. me, qui de impen-
ſis eſt utilibus, non, ut Doctores putarunt, de neceſſariis,
quia de deductione impenſarum loquitur, & neceſſa-
rie non deducuntur, ſed ipſo jure dotem minuunt: pot
plicet diffidilio Bartoli: nam five dotem legaverit fi-
ve Quidquid ad te pervenit, remiſſæ videntur impenſæ
utiles, non etiam neceſſariæ, quæ jam dotem imminu-
unt: & in d. l. 5. dote relegata, non eſt ſimpliciter red
quoniam modo dote legata, ut ſupra dixi, quia quæ-
ris permix, ait Quidquid pervenit, non ſpecialiter rebus
dotalibus legatis. Verum elegans eſt diſtinctio quam fa-
cit d. §. 2 me, inter matrem & extraneum: nam ſi
extraneus ab herede ſuo uxori: eius legaverit, Quidquid
ad heredem ſuum dotis nomine ab uxore vel propter
uxorem pervenerit, non videtur, etiam quæ utiles im-
penſas utiles, quæ nec ei debentur: nec enim ipſe eas fecit
fed maritus, & idcirco maritus dotem legando pure vel
præſentem filiæ, eas remiſiſſe videtur. Itaque uxori impe-
nſæ id tantum continentur quod mulier judicio dotis con-
ſecutura eſſet, quodque nihilominus a marito heredeve
suo conſequitur diverſo fere modo quam ſi ex ſoluto
matrimonio, quia ex teſtamento extranei conſequitur
actionem tantum, judicio autem dotis conſequeretur
dotalitio impenſas utiles, quæ ſi ipſa fecerit, conſequitur:
& hoc eſt quod ait in fine, Plane illæ utiles id videtur
legare, extraneus fuit, quod in judicio dotis mulier con-
ſecutura fuerit: retinuit enim ſibi, quæ ipſa fecit aut
fecit, ſunt relicta. Et reponenda poſt illa quæ præce-
dunt, Hic enim. Sic ex oppoſitione illius antithi, Illic,
ſatis per ſe patet volgo legi rede, de hoc in teſtamento
viri, qui ſolus proponitur propriæ. Illic, in teſtamento
extranei qui anterior caſus eſt. Ceterum de impenſis
neceſſariis etiam ille peteretur illum §. ſuccipit.

CAP. XIV. *Differentia inter optimum ſervi & ſer-
vum generaliter legatum.*

OPtimi legatum eſt conditionale, & fuit ſemper
ita: ſed ſingulis ſub conditione, ſi electerit lega-
tarius. l. 8. *quæ & quidem hoc.* §. *optimi*, *Inſt. de leg. I.*
Dos. de *l. leg.* Optimi autem legatum ſervi dupli-
ſenta familia ad unum recidere vivo teſtatore, ut jam
optioni nullus ſit locus, illum utique ad quem familia
recidit quod pure legatum & tempore præſenti fuit
aque ſimplex ut fine libertate relictum, quod aliquem
inutile foret, & electioni fuiſſet locus & manu legatarius
eligendi ex aliquot de viridarium diuerum e quatuor
vel plus deos, dum duo tantum relicta eſſent, vel ab ini-
tio duo tantum fuiſſent, eſt prodirum l. 8. §. 1. *eodem tit.* ne-
que ut ſimplex legatum conditionale, pure tunc ſuſ-
ſtitutum *Ad ſenatuſ. cofe. eo. & dem.* quod evenit in ſpe-
cie d. l. 8. §. *ſed & l. 13. Quæſt.*, inquit, *pure legato, qui*
fallicet ab initio ſub conditione legatur erat, data unius
fervi optione vel electione ut pluribus, vel ſi optio

A *ſervorum, quo genere trium dumtaxat ſervorum optio*
data videtur, & familia redacta ad unum. Idemque pro-
bat l. 9. §. ult. eodem conjuncta *l. 8 fenchus, §. pen. De*
leg. 1. quæ nihil refert decem, ſtatuliber ſub conditione
legatus ſit, an optio ſervi & Stichio data ſtatuliberata:
nam & hic ipſe Stichus legato optionis continuetur qui-
B ſub conditione & ipſe legatus. Longe alia eſt condi-
cio ſervi generaliter legati. Puram enim eſt legatum, &
ſinguli quidem homines qui ſunt in hereditate legato
continentur, *l. ſervus*, §. *Sabinus*, *De leg. 2.* ſed pure, non
ut in optionis legato conſicionaliter. Et parum eſt le-
gatum certiſſimum argumentum probet *l. uxor ſenuſ*, §.
pen. Quos. dot. quo ex eo, quod id tradidit pure ſer-
vum legatarii qui vita demigravit antequam eligeret,
quod non ita ſit optione ſervi legata & legatarium no-
C tro ante optionem. Idemque l. 10. *De leg. 1.* quo &
ſimiliter ſervo legato generatim ſervo fugato, & poſt
diem legati cedentem antequam dominus eligeret ſervus
fugatus eſt, electionem manumiſſori competere ait, non
manumiſſo. Eadem eſt ratio legati cranſmiſſi ad he-
redes, & ea dominis adquirendi, *l. 18. De reg. ju. Neq;*
vero ubi re *d. l.* 10. loquitur tantum de ſervo generali-
ter legato. Optione enim ſervi legata, quia conditionale
ſignatum eſt, ſi antequam elegerit dominus, ſervum cui
optio ſervi data, manumiſerit, omnimodo electio per-
tinet ad manumiſſum non ad manumiſſorem. Sunt &
alia differentiæ inter hoc & illud genus legati. Optio
datur expreſſim, Electio tacite, puta homine generali-
ter legato. Optio eſt actus ſingularis & dominus Elec-
tio, qua ineſt legato ſervi indiſtincte reliſtio, actus
unius ſolemnis: ac præterea Rogerio affentior ſcriben-
ti optionem ſervi data, etiam optionem ſignatim eligi
poſſe: nam & M. Tullius 2. *de Invent.* ſignificat eum
cui optio data eſt vaſorum argenteorum pondo C. vaſa
magnifica & perelegantia eadem vindicare poſſe. Ro-
gerio nihil obſtat *Lucinus*. §. *Sed & ſi quis*, *C. com. de leg.*
que non eſt de optione ſervi nominatim legatario data,
ſed de ſervo Tito legato quem Gaius elegerit. & de-
ſtinctione in legatorum reſtatus ex ea Conſtitutione Ga-
jo non eligentis intra annum: hoc ſatis, inquit, ipſi
legatario videtur data electio, ita tamen ut non diſpe-
ratum, quo fine feliciter elegere ei data eſſet a teſta-
tore electio nominatim. Et legato quoque ſervo gene-
raliter, quotiam optionem nihil non poſſe, *l. legato, De*
leg. 1. Quæ omnia ita expreſſim non ſunt in optio-
nis, ut & in plerique aliis articulis juris major eſt vis
expreſſi quam taciti.

CAP. XV. *Perfectum emptionem vendicionem vim prin-
cipalem habere, emptor an venditor.*

EMptio venditio ſine ulla condicione perficitur no-
ſtra de conſenſu, impletur traditione rei & nume-
ratione pretii, *l. 2. §. emptionem. De obl. emp. ſimilibus*
verbis perfici, impleri numeratione, *l. 7. De mort. l. 6. Sed mucius.* Nupſit perficere dicitur de
conſenſu, impleri de numeratione dotis, quæque ad
impletur etiam reſte perfici dicentur, ut *l. emptio-*
nes, *C. De pub ſtitu.* & quidem multo magis, cum ante
traditam rem impleri non poſſit emptionem. De-
nique quæ impleantur, ea etiam perficiuntur: quæ
tamen contra idem ſemper dici poteſt. At nunc con-
ſenſu perfici emptionem venditionem, ceterum ut per
priori concreſſum impleri debeat, dicam ego ille im-
plere contendum, qui prior agit, veluti emptor, ſtre-
re & ſolvere pretium & agat ex empto, *l. Julianus*
§. offerri, *De act. emp. Ducenas emim offe*, ut Tertul-
lianus ait *lib. de patientia*, *pretium non exhibet*, *ſed*
nervos homini emittere. Et vero ex empto agenti em-
ptori, non offerenti pretium obſtare exceptionem: ſi
non ex eo peratur pro quo pretium ſolutum non eſt: &
cur agenti venditori, ſi non pretium ejus rei petatur,
quæ venit neque tradita eſt, *l. qui prudentium*, *De obl.*

emp.

rem. l. pen., §. *ſi fervus*, *De obſerv.* Idemque ſervari ſi A
emptor aqua redhibitoria: ordo enim hic eſt additi
edicti ut ante venditori emptor præſtet merces quam
pretium conſequatur, *l. 25. §. ult. De ædil. ed.* quem tamen
ordinem ut in judicio redhibitorio ſervari non ſemper
æquum eſt, *l. 26. eod.* ita ex in judicio ex empto, vel
in judicio ex vendito, maxime ſuſpecta fide aut ſu-
ſpecta ſolvatibus eius quo cum agitur: quo caſu ex
utraque parte ſecuritas fuis partes poteſt, vel in-
terpoſitis ſatisdationibus *d. l. 26.* vel depoſita merce &
pecunia apud aliquem ad hoc ut emptori merces, ven-
ditori pecunia reddatur, ut *l. Julianus*, *De fidei.* Ita
hæc quidem ita ſe habent nisi ab initio convenias, ut
prius venditori ſatisfiat in pretium, vel contra ut prius
emptori res tradatur: ea enim de re & in eo contractu
convenire nominatim melius eſt. B

CAP. XVI. *Quæ ſit verior ratio controversiæ inter Do-
neg. geſſ. cum titulo De calumniatoribus.*

TItulum *de calumniatoribus*, ita latius in editi per-
petui ordinatione concepturn fuiſſe conſtat ex *l. pen.*
De calum. De his qui accuſationem ſine cauſa inſtituerunt
aut non frequenter accepiſſe dicuntur: nec alii eſt ratio hu-
jus tituli proxime ſuppendi tituli *De negotiis geſtis* ;
quam ea, quæ ducitur ex Negotii verbo communi, licet
non eadem in utroque titulo ejus verbi ſignificatio ſit:
quæ ratio eſt non ſolum communis negotiis, ut tu-
tulo De receptis qui arbitrium receperunt, juratorum
titulus *Nautæ*, *caupones*, *ſtabularii ut recepta reſtituant*,
licet non uniuſcujuſque ſeminis ſignificet receptandi ver-
bum. In uno receptum eſt ſpecialis contractus, in al-
tero compromiſſum: & ſic in illorum uno negotium in
aut res, in altero vel accuſatio calumniata vel
que alia vexatio inſpicia. C

CAP. XVII. *Ad §. Cuſſius I. XI. De op. & op. pl. ars.*

CAſſius ait, *ſive ex communi fundo ſive communi ſo-*
lo ædificium fuerit: ubi *ſive* conjunctio eſt non
diſtunctio, ut Albericus ſentit, reſte, & quæ ſequun-
tur exiguit. Conjunctio, inquam, vel ſubjunctio
ut *vel*, *vel*, *ſive*, *ſive*, *ſive* ſæpe ſit, ut *l. 1. §. Sic*
igitur ponenda eſt ſpecies: Ex communi fundo plurium
aquam pluvium nocere fundo proximo, qui & ipſe eſt
aque communis inter duos aut plures: Et vel quum D
ex ſocio quorum fundo communi nocetur aque plu-
vie arcendæ agere poſſe cum uno ex ſocio dominis
communis fundi, in quo ejus fundum eſt, vel unum
ſeparatim cum ſingulis, vel ſeparatim ſingulos cum uno,
vel ſingulos cum ſingulis, quæ diviſio pluſquam mani-
feſta oſtendit ita ut ejus ſpeciem eſſe poſtendum. Et ſi
quidem unus ex ſocis quorum fundo communi aqua plu-
via nocet egerit aque pluvie arcendæ cum uno, & re-
ſtituerat egerit fuis partem, in totum fuiſſet, quia indi-
vidua eſt, & litis quoque æſtimatio, id eſt, æſtimatio
damni dati poſt litem conteſtatam fuis & præſtita
fuerit, pro pars fuiſſet, quia dividua eſt, ut *§. quod*
ſi ſi fundus, *inf.* qui cum hac ſententia Caſſii contungen-
dus eſt, & *l. 6. §. pen.* hæc ubi in ceteroum ſocioum
perſona conſtituta, quæ non ſunt de agente reſtituendo, E
de re principaliter hoc judicium inſtituitur, quod iam
reſtituerum eſt, hoc judicio agere poſſunt, neque de dam-
no quod contra poſt litem cum illo conteſtatam ceteris
ceteris ſocis eſt damnum præterium, & de damno
præterito hoc judicio non agitur, ſed interdicto *Quod*
vi aut clam, quo etiam pro rata portionem damnum in-
tegrum erit eis experiri, *l. 14. §. in hac*, *vel l. 16. §. offi-*
cium, *ſup.* Sequitur, *Sed ſi cum*, *&c.* Si cum uno ex
ſocis habentibus communem fundum in quo plu-
ſtum eſt, non poſſumus cum ſingulis aſtum ſit aque
pluvie arcendæ, & is opus reſtituerit, & damnum
quod poſt litem conteſtatam contigit pro ſua parte
præſtiterit, ceteros ſocios liberari reſte Cuſſius ait, F

Tom. III. Prin.

A quia totum opus reſtituturn eſt, & de damno præteri-
to hoc judicio non tenetur, ſed quod is impenderit
in reſtitutione operis, quia propter individuum non re-
ſtituendi operis neceſſe habuit totum ita impenſa re-
ſtituere, id pro parte ſociorum ab eis recipit ædione
pro ſocio, vel *Communi dividundo*, qui familiæ erci-
ſcundæ: quod ſi etiam æſtimationem damni dati poſt
litem conteſtatam, vel non reſtituto opere æſtimatio-
nem quanti æſtimari interſit in ſolidum præſtiterit, qua
neceſſe eſt non fuit eam præſtare in ſolidum, ſed ſatis
eſt fuit pro ſua parte præſtare, ut *inf. §. quod ſi ſi in fundo*,
l. 6. §. 1. quod ſi fundus communis. Denique ſi forte non re-
cepiſſet judicio communi dividundo, ſed actione nego-
tiorum geſtorum, *l. 6. §. fic autem*, *& §. ſi damni*, *Com-*
muni dividundo, *vel Communi*, *De neg. geſt. l. 2. §. ult.* ea
quæ omnia Accurſius intellexit probe. Quod autem eſt
in extremo hujus §. *Et ex ſuſtis non utique*, *&c.* hoc in-
noliexſtis potuus videtur. Cum enim in id ædificat *l. 6.*
ult. & l. 15. §. ſp. ex verba accepiſſe videtur de non domi-
no qui opus fecerit, cum quo certum eſt eſt ro no-
minc poſſe agi interdicto. Quod vi aut clam, non to-
mum poſſe agi actione aque pluvie arcendæ : que res
etiam effecit ut mutatis interpunctionibus, mutatoque
articulo ex, in, *a*, vulgo ita legeretur, *Communi di-*
videndo recipiendo poſſe a ſocio, additio puncto. Tum
ſequeretur, *Non utique*, *&c.* At certe cum ita ſcribit,
Et ex ſocio, intuitum hoc eſt alterius dicuſſe & de do-
mino, non de non dominis, nec etiam de non domi-
nis dicere quidquam hoc loco attinebat. Si de ſocis, in-
quam, ergo de dominis: quod cum ita ſit, perſpicue ip-
ſe fatiſcit ſe eſt quod ait, *Sed ſi cum*, quorum ſcilicet in
fundo communi opus fuſtum eſt, non utique cum eo
agendum aque pluvie arcendæ qui opus fecerit : non
enim ad hoc ſolum ſocio damno agendum eſt qui opus
fecerit, & non parientium tantum, ſed & impenſum præ-
ſtet tollendi operis, ut *§. fin. De ſervit.* cum ſubiicit, *ne*
minor eius quam fuerit damnum reſtituere debere qui ſolus ope-
re fuerit, quibus verbis adfirmat eum quoque, qui opus
fecerit, damnum debere præſtare datum poſt litem con-
teſtatam, præter reſtituendi operis, & ante affirmavit, non
negavit, cum eo agendum eſſe qui opus fecerit : &
illud *ne minor*, *&c.* ſignificat non tantum opus eum
reſtituere debere, ſed damnum adhuc aque pluvie ar-
cendæ, ſed etiam damnum datum poſt litem conteſta-
tam: quod & gloſſæ & doctores intelligentes hæc ita
ferminare conſti ſunt. Non utique tantum cum uno
ex ſocis qui opus fecerit ſolus in fundo communi
aque pluvie arcendæ agendum eſſe, ut patuntiam &
impenſum præſtet reſtituendi operis, ſed etiam cum
eo qui opus non fecerit, ut ſcilicet patientiam præſtet,
non etiam impenſam, quod eſt quidem verum, ſed
non his verbis expreſſum. Faciſſe itaque illa negatio.

CAP. XVIII. *De duo procuſſe poſſe nuptias lucus expli-*
catur in l. 2. §. circulator, *De reb. credi.*

CReditum fieri interdum ut Paulus oſtenderet etiam
nulla re nullave reſto interveniente, hoc uſus eſt
exemplo in *l. 2. de reb. credi.* veluti ſi poſt nuptias dos
promittatur ſolvenda ſi forte matrimonium ex tam. Cæſa;
quam Latini accipiunt de ſtipulatione : & alii de do-
te uxori ſtipulanti promiſſa poſt divortium, quæ nul-
lam dotem attulerat ex *l. 2. §. ſcripſi*, *De reb. cred.* alii
de dote marito ſtipulanti promiſſa poſt nuptias con-
tractas & manentes adhuc : & illorum quidem inter-
pretatio fuiſſuerit nullo modo poteſt : nec enim poſt
nuptias Latini uſuſdam dixerunt, pro eo quod eſt poſt
divortium. Paulus, poſt nuptias dotem dari poſſe, *lib.*
1. Sentt. id eſt poſt nuptias contractas, quia ſcilicet
ita datio mera donatio non eſt: & Javolenus, *l. 1. idem-*
que Paulus *l. 12. De pac. dot.* Poſt nuptias peſſiſi lice-
re, id eſt poſt nuptias contractas, nedum ante nu-
ptias, *l. 2. de pact. dotem*, §. *1. eod.* Et in ſpecie quoque *d.*

Vv *l. ſi*

l. si divortio, dos non promittitur, quæ nulla fuit, sed C. & adjectio, *Dotis nomine*, falsa & supervacua est, *l. 1. §. si vir uxori*, *De do. præl.* quæ nec in datione vel stipulatione dotis necessaria esset, *l. quæ autem*, *De ju. dot.* Aliorum interpretatio probabilior videtur, quasi scilicet ante nuptias viro facta promissio dotis non aliter valeat quam si nuptiæ sequantur, *l. dotis*, *eod.* Post nuptias facta valeat etiamsi nihil aliud consequatur, nec ea quoque retroducatur promissio ad tempus nuptiarum, quæ præcesserunt, *l. si pater filiæ*, §. 1. *eod.* Sed hæc si admittatur interpretatio, supervacuo iterum Paulus in fine legis, *creditum etiam fieri interposita stipulatione*. Veritas est, Paulum hoc loco non scripsisse *promittatur*, sed *dicatur*. Verum ut alibi passim ita hoc loco quod ratio dicendæ dotis in usu esse desiisset, Tribonianus pro *dicatur*, substituit *promittatur*, non animadvertens sic fieri, ut quod est extremo legis de stipulatione, frustra iteretur. Dos aut dabatur olim aut promittebatur aut dicebatur. Consule Ulpianum *lib. sing. Reg. Tit. De dotibus*.

CAP. XIX. *Actio legitima de tigno injuncto.*

TIgnum tuum quod meis ædibus vineæve injunctum est eximi & separari non potest, non quia id natura non ferat, sed quia id lex XII. tab. nominatim vetat, ne ædificia diruantur aut vinearum cultura turbetur: quamobrem neque id vindicare potes, neque de eo ad exhibendum agere, nisi ut ait *l. in rem*, *§. pen. De rei vind.* adversus eum, qui sciens id suis junxit ædibus vineæve suæ, id est adversus furem: nam in furem est actio ad exhibendum, non quidem ut tignum eximat & præstet, sed quia dolo malo fecit quo minus id possideret, ut damnetur in id quod interest, *l. 1. in fi. De tig. junc.* nec enim junctum domi suæ tignum possidet, *l. qui universas*, *De adq. pos.* eademque ratione in eum judicio in rem agi potest, *l. 2. De tig. junc.* Est etiam in eum actio in duplum ex XII. tab. quæ meram dupli pœnam continet extra rem, *d. l. 2.* Eandem in duplum actionem ex XII. tab. dari etiam in non furem, id est in eum qui ignorans alienum tignum quod erat furtivum suo ædificio junxit, Paulus ostendit in *d. l. in rem*, *§. penult.* Ratio hæc est, quia tignum furtivum apud eum conceptum est, qui tamen mox habiturus est regressum adversus eum qui id ei obtulit per actionem furti oblati, *§. conceptum*, *Inst. de obl. quæ ex del.* Actio furti concepti per lancem & licium ex XII. tab. in id omne erat quod actio furti manifesti, ut Gellius tradit. Verum actio furti alia ratione concepti, puta non quæsiti, sed cogniti tantum tigni in alieno ædificio ex eadem lege erat in duplum tantum, & in non furem mixta, in furem tota pœnalis, sicut actio in factum de calumniatoribus modo est mixta, modo tota pœnalis. Et placet magis hodie mihi quod & placuit olim, in lege 12. tab. De tigno juncto, quæ his verbis in authentico schedarum Festi præscripta est, *tignum junctum ædibus vineæve & concapit ne solvito*, pro *& concapit*, legere, *& concapitum*, id est conceptum cognitumque, ut glossæ veterum *Concapito*, interpretantur *concipito*, & alio loco XII. *encapito antestari*, id est incipito. Conquirebantur res furtivæ, quæ latebant lance & licio, & cognoscebantur. Quæ erant in propatulo ut tigna juncta ædificio aut vineæ cognoscebantur. Sic loquor ut Livius 38. *Si quid ablatum est, id conquirendi, cognoscendi, repetendique jus esto*: & 35. *Potestas dominis res suas cognoscendi facta*. Et hæc de tigno furtivo. Quod si furtivum tignum non sit, non competit actio legitima in duplum, quoniam ea tantum est de tigno furtivo, *l. De eo*, *De don. inter vir. & ux.* quod & tituli *De tigno juncto* vicinitas cum titulo *De furtis*, indicat, sed actio in factum prætoria pretii nomine, *l. qui res*, *§. ult. De solut.* Et hoc quidem quamdiu tignum cohæret ædificio: nam diruto ædificio, id dominus vindicare & de eo exhibendo agere potest, si duplum aut si tigni pretium jam consecutus non sit *l.*

A *in rem*, *§. ult. l. quæ religiosis*, *De rei vind. §. cum in suo*, *Inst. de rer. divis.*

CAP. XX. *An qui deponit ædificium, facere videatur contra servitutem, Ne luminibus officiatur.*

NOn videtur facere contra servitutem Ne luminibus officiatur qui ædificium cui imposita ea servitus est deprimit aut deponit, quia immo plus facit quam debeat, *l. 17. De ser. urb.* quæ ratio etiam valet in specie *l. 7. De aq. pl. arcend. & l. 10. Com. divid. & l. 15. De an. leg.* At subjicitur in *l. 17.* interdum tamen eum quoque, qui tollit vel deprimit ædificium, contra impositam servitutem facere, si forte κατ' ἀνάκλασιν, vel pressura quadam lumen in ædes dominantes devolvantur: pressura quadam, id est, κατὰ σύνθλιψιν, per collisionem quandam.
B Κατ' ἀνάκλασιν, κατ' ἀνταύγειαν, per reluminationem, per reflexionem, repercussionem, reciprocationem luminis, puta, sole primum feriente ædes servientes, inde postea tendente ad ædes dominantes. Sed Priscianus XII. & XVII. κατ' ἀντανάκλασιν, quem & αὐτοπάθειαν & ἰδιοπάθειαν vocat, id est, reciprocam passionem, pronomina in sese agi & refringere, quæ figura pronominum ab Apollonio dicitur composita, cui respondet simplex cum ex alia persona transeunt in aliam, idemque compositam ἀντανακλώμενα vocari ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν εἰς αὐτὰ ἀνακλωμένων σωμάτων, vel αὐτοπαθῆ, ut contra simplex ἀλλοπαθῆ, *lib. 2. cap. 25.* Porro Ulpianus in *d. l. 17.* etiam contra supradictam servitutem fieri ait si sol ædibus vicinis auferatur eo loco, quo fuit maxime necessarius, velut heliocamino
C vel solario. Solem aufert qui officit luminibus solis, quibus ædes dominantes illustrantur. Imo & qui aufert calorem solis cujus excipiendi causa in superiore parte ædium heliocaminus, vel quod idem est solarium sine tecto ædificatum est, uterque contra servitutem facit, quia omnem quæ ex sole venit utilitatem sibi cavere & adquirere voluit, qui illam vicinis ædibus servitutem imposuit.

CAP. XXI. *Differentiæ duæ inter commodatum & precarium.*

NOta omnibus hæc est differentia inter commodatum & precarium, quod ex commodato nascitur obligatio ultro citroque, ex precario non item, sed
D totum hoc ex liberalitate descendit ejus qui precario concessit, adeo ut & id quandoque ei libuerit importune, intempestive revocare possit, quod non potest qui commodavit: quare fit etiam, ut in commodato veniat dolus & culpa omnis, in precario dolus dumtaxat. Non animadvertunt vero magistri nostri, hanc quoque differentiam hæc duo negotia intercedere sane maximam, quod si pupillus sine tutoris auctoritate commodatum acceperit non tenetur actione commodati, exceptis duobus casibus si ex ea re locupletior factus fuerit, *l. 3. in pr. Comm.* si doli jam & culpæ capaci, veluti pubertati proximo, res commodata fuerit, & in commodato dolum aut culpam admiserit: qui casus & in deposito sunt excepti, *l. 1. §. an in pupillum*, *Depos. l. 2. De fidejus.* & hic posterior satis
E tis significatur in *l. 1. §. ult. Commod.* Cum enim statuit non teneri pupillum commodati actione, etiamsi pubes factus dolum aut culpam admiserit, quod ab initio commodatum sine tutoris auctoritate jure non constiterit, ex diverso innuit, eum teneri, si ante pubertatem dolum vel culpam admiserit cum ei jam doli potenti res commodata esset. At interdicto de precario pupillum teneri indistincte omni casu si rem habeat etiamsi precario rogaverit sine tutoris auctoritate, aperte docet *l. ult. §. ult. De prec.* Et ratio varietatis pendet ex varietate formularum, quam & *d. §. ult.* suggerit satis. Actionis commodati formula hæc est, *quod te mihi ex causa commodati dare facere oportet ex fide bona*, id est quod mihi eo nomine obligatus es: quæ for-

formula non cadit in pupillum, qui obligari non potest sine tutoris auctoritate. Formula autem interdicti De precario hæc est: *quod precario habes*, *d. §. ult. l. pen. Com. præd.* ex edicto quod ita conceptum legitur *l. 2. De prec. quod precario ab illo habes*. (Formulæ actionum sumuntur ab edictis, *l. ædilis 2. §. vendendi*, *De æd. edic.*) & ideo hac formula hocve interdicto pupillus officio judicis qui formulam solam spectat tenetur, si rem habeat quam precario rogavit, si non habeat, non tenetur. Denique in hoc interdicto non spectat, aut quærit an pupillus sit obligatus, sed an rem habeat. Ex hac quoque varietate formularum nascitur alia differentia. Heres commodatarii tenetur commodati actione ex dolo vel culpa defuncti, etiamsi nihil ad eum pervenerit, sicut heres depositarii, *l. ex deposito De obl. & act. l. 7. §. 1. Depos.* Heres autem ejus qui precario rogavit non tenetur interdicto de precario, nisi quatenus ad eum pervenerit, id est, quatenus habet juxta formulam interdicti, *l. 8. §. ult. De precar.*

CAP. XXII. *An mutatione rei pigneratæ, pignus finiatur.*

MUtatione rei pigneratæ pignus finiri ex *l. 18. §. pen. De pign. act.* non immerito quis dixerit, quæ silva vel materia pignori obligata navem ex ea materia factam pignori esse negat. Contra item pignus non finiri ex *l. si fundus*, *§. si res*, *De pignor.* quæ si ex domo pignerata factus sit hortus, vel area pignerata, domus aut vinea, pignus non interire ait. Verum distinguenda sunt mutationis genera. Mutatio, quæ parit novam speciem & priorem perimit, quæ pignori nexa erat, pignus perimit, & hæc mutatio fit cum ex materia, ex cupresso vel pinu fit navis vel arca, *l. sed si ex meis*, *De adq. rer. do.* Cupressus igitur vel pinus pignori esse desinit. Idem si ex silva fiat novale, idem si ex lana pignerata fiat vestimentum, idem si ex marmore pignerato fiat statua. Mutatio, quæ rem auget, ut si loco puro imponatur ædificium, aut vinea, ex arbore fiat arbustum vineis adsitis, vel mutatio, quæ rem minuit, ut si ex domo fiat hortus, vel si domus ad aream redigatur, pignus non perimit, quia nec res quæ pignori nexa est ejusve portio maxima perimitur, *l. 21. De pig. act. l. Paulus*, *§. domus*, *De pignor.* nempe solum quod maxima pars est domus, *l. qui res*, *§. ult. De solut.* diruto ædificio aut solum imposito ædificio non perimitur. Quæ mutationis distinctio etiam servatur in legatis: nam si ex lana legata vestimentum non debetur, *l. lana*, *De leg. 3.* nisi legatarius probet durasse voluntatem testatoris, *l. servum*, *§. si pocula*, *De leg. 1.* & similiter materia legata navis ex ea facta non debetur, *d. l. lana*, *l. Servius eod.* marmore legato, statua ex eo facta non debetur, *l. quæsitum*, *§. illud De leg. 3.* At si areæ legatæ domus imposita sit, domus debetur, *l. si areæ*, *De leg. 2.* forte & domus legata si ad aream reciderit ex voluntate testatoris area debebitur. Quin & massa argenti legata, possint schyphi ex ea facti deberi, *d. l. lana*. Itemque ære legato possit statua ex eo facta deberi, quod & de scyphis factis, & massa pignori obligata, vel de statua facta ex ære pignori obligato dici possit propria & speciali ratione quadam ut est in *d. §. illud*, ea quæ talis naturæ sunt, ut sæpius in sua possint redigi initia, ea materiæ potentia victa numquam vires ejus effugiunt: in his scilicet rebus materia prævalet: hujusmodi sunt vasa argentea, aut statuæ æneæ: quæ ratio etiam ex contrario efficere possit, ut quæ redigi possunt ad priorem formam, ea quoque ejus formæ vires retineant, veluti vasa legata aut pignerata si conflata sint & in massam vel laminam redacta, ut massa quoque sit in legati aut pignoris causa. Verum hæ mutationum distinctiones vix servantur in usufructu, quem facile quælibet mutatio rei in qua ususfructus constitutus est, extinguit nisi sit permodica, veluti ex solo in vineam vel contra. Quæ-

A libet alia mutatio honesta ratio est ususfructus consolidandi cum proprietate: nullumque jus fragilius ususfructus jure: quia & sui natura ad proprietatem suam unde exiit tendit & currit: quo verbo & in hac re utuntur auctores. Sic fit ut massæ ususfructus finiatur, si ex ea fiant vasa, & contra, item ut silvæ si ex ea fiat novale vel si ex materia ejus fiant naves, arcæ, armaria, tigna, trabes, ut domus quoque si solo adæquetur, *l. quid tamen*, *De usufr.* Hactenus duas tantum attigi mutationis species. Unam quæ fit ex non subjecto in subjectum, ut si ex arbore fiat navis: fit enim ex non navi navis: Alteram quæ fit ex subjecto in subjectum, ut si ex domo fiat hortus, vel si ex area fiat vinea. Est & tertia species quæ fit ex subjecto in non subjectum, ut si navis dissolvatur, quæ om-
B nium summa mutatio est, mors nempe interitusque subjecti, ut cum ex homine pulvis: ideoque hoc genus mutationis non tantum usumfructum sed etiam pignus & legatum extinguit. Ex non subjecto in non subjectum mutatio non est, ut doctor sapientum docuit.

CAP. XXIII. *Quod debetur in diem, creditor invitus non accipit ante diem.*

DEbitor qui solvit ante diem, liberatur, quia & plus solvit quam debeat, *l. 15. De an. leg.* nec tamen quod plus tempore solverit indebiti condictionem habet, *l. in diem*, *De cond. ind. l. quis res*, *§. mihi dare*, *De solut.* quia & donasse quodammodo videtur,
C *l. pen. De col. bo.* & quia præsens obligatio fuit, petitio sola in diem, *l. 14. l. interdum*, *l. insulam*; *De verb. obl. l. certi*, *§. 1. De reb. cred. l. qui res*, *§. ult. De solut. l. 44. §. 1. De obl. & act. l. 6. De compens. l. 186. De reg. ju.* Liberatur, inquam, si solverit ante diem, non etiam si obtulerit, etiamsi oblata pecunia postea sine dolo culpave ejus perierit, imo nec si pecuniam obsignaverit & deposuerit, quia moram non facit creditor qui ante diem accipere recusat, *l. item illa*, *De const. pec.* & importunum atque incommodum forte creditori est alio die accipere quam quo dari convenit. Oblatio debet fieri congruo loco & tempore, *l. si soluturus*, *De solut.* Quamobrem apud T. Livium *xxxv.* Carthaginensibus populo Rom. offerentibus præsentem pecuniam, quam pluribus pensionibus in multos annos debebant, recte responsum
D est, nullam se pecuniam ante diem accepturos: & quod benigne receptum esse dicitur, *l. 3. si servus De statulib.* ut statuliber ad diem dare jussus, ante diem oblata pecunia perveniat ad libertatem, eo satis ostenditur idem non esse recipiendum in aliis caussis. Unde & interpretes nostri autumant dominum recte recusare ante diem ab emphyteuticario vectigal oblatum. Post diem vero si non intersit creditoris sua die potius quam illa oblatam sibi pecuniam esse, mora quam facit in accipiendo ei nocet usque ad litem contestatam, sed si ejus interest, *l. 17. & l. seq. De const. pec.* Quod si creditor oblatam sortem post diem acceperit, proculdubio debitor liberatur, licet minus solverit tempore.

E CAP. XXIV. *Quod constituitur l. 2. C. de resc. vend. id jam olim obtinuisse.*

SI heres ignorans rem apud defunctum depositam vendiderit & nondum pretium exegerit, vel si minoris quam debuit eam rem vendiderit, conventus actione depositi, absolvitur actori cedendo actiones suas, *l. 2. Depos.* puta si nondum pretium exegerit, cedendo actionem ex vendito, Si vero minoris quam debuit vendiderit, quam actionem cedet? an ulla competit actio rescindendæ venditionis ob id solum quod minore pretio res venierit? Minime: nisi ut est expressum Constitutione Diocletiani & Maximiani, *l. 2. C. de rescind. vend.* pretium quod datum est minus sit

fit dimidia portione veri & justi pretii: nam si vel dimidium justi pretii exquiverit, ut si res digna x. venierit v. rata venditio est, nec ullo judicio agi potest de ea rescindenda. Itaque in l. 2. Digest. necessario pronere debemus heredem inprudentem cum ignorare rem esse apud defunctum depositam eam minore pretio vendidisse, quam quod efficeret dimidium justi pretii, veluti IV. aut VIII. rem diquam x. quo nomine rede Accursius in supradicta Constitutione censuit venditori competere actionem ex vendito intra quadriennium: quam enim novam esse ut ex vendito vel ex empto agatur ad rescindendam venditionem, *l. 4. De lege com. de empt. §. si qua vero*, *De act. emp. & vend.* Quod ego non puto, §. si qua vero, *De act. emp. & vend.* Quia ubi semel pretium justum est, ultra ejus dimidium non esse rescindam fundi, quem fraudem vendentis eum ratione quis contendere & vincere posset ex *l. 3. §. ult. Pro fat.* nec judicem intervenire nisi ut rem justo pretio emptam cogat. Et hinc videre licet quod illa Constitutione contineatur non esse novum, sed jam olim obtinuisse, nempe ut si res dimidio minoris venierit, venditori locus sit agere de rescindenda venditione, nisi emptor offerat quod justo pretio deest. Habeo & hujusce rei aliud & quidem maximum argumentum, quod in Digestis fit relata species rei vendita ad fidem dimidio justi pretii, ut *l. 47. De evict.* servi valentis x. & venditi v. quæ venditio rata & firma est, nisquam veto inventur species rei vendita dimidio minoris & ratione venditionis: imo interim eam fieri actione ex vendito satis evidenter probat *d.l. 2. Dig.*

CAP. XXV. *Vetus differentia inter fidejussores & mandatores quæ semper obtinuit ante Justinianum.*

A Nte (*) Constitutionem Justiniani, quæ est ultima in titulo *De fidejussoribus*, hæc erat differentia inter fidejussores & mandatores, quod uno ex mandatoribus edicto lite cum eo contestata, cæteri non liberabantur, *l. sequiſs. §. ult. De fidejuſſ. l. ſeq. C. eod.* Unus autem ex pluribus fidejussoribus edicto ceteri liberabantur: & similiter quod edicto uni fidejussori non liberabatur, *l. 14. De fidejuſſ. d. l. eod.* At reo edicto fidejussor liberabatur. Paulus, 2. *Sent. tit. 17. De edictis*, inquit, *reo principali fidejussor non suo ejus libertate. Non idem in mandatoribus observatur. Cur non idem varie?* Forte quia fidejussor cum rei locum obtinet, *l. 4. De fidejuſſ.* cum locum obtinere debitor edicto reo. Mandatores vero non rei sed, sed aliud quidem reus debet credendi, & ex duobus reis non unius electio fed exactio alterum liberat, *l. 8. §. 1. De leg. 1. l. ſi ut certo, in fi. C. eod.* Fidejussor itaque non omnino obligatur, *l. 1. §. ſenſus, De ob. & act.* Mandator fuo nomine, *l. Pap. Mand.* Quia vero ut dixi fola electione rei principalis fidejussor non liberatur, hinc apparet quare & quam sit utile creditori si ut opponitur in *l. 22. §. interdum. Mand.* quod ibi Accur. non intellexit, creditor eligat reum principalem mandatu fidejussoris: quoniam hoc genere etiam edicto reo principali creditori integra est in fidejussorem actio mandati, si fuum a reo principali servare non possit, & non eam electione rei principalis, quam novatione prior stipulationis quæ sua fidejussor tenebatur obstrictus, sublata est intelligitur, *l. 25. §. ult. Mand.* Quod si mandatum fidejussorie non intervenerit, electione rei principalis fidejussor vel heres ejus omnino liberatus fuisse. *Vel heres ejus*, inquit Paulus: quia exemplo rei principalis cæteri locum fidejussor habuisse, fidejussor heredem obligatum reliquum. Mandator non item, qui ut alii pecunia credatur intervenit, quo ex rogatu folus ipse creditori obligatur, non heres ejus: quod & in Neustria audio in hodiusque servari, contra rationem juris stabiri.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 26.*

CAP. XXVI. *Longe & necessaria peregrinationis causa.*

QUod generaliter Paulus scripsit 2. *Sent. tit. de Mandatis*, necessariam peregrinationem esse justam causam ex adhuc integro renuntiandi negotio mandati, idem specialiter videm verbis Gaius scripsit in *l. 9. De procurat.* de mandato litis suscipiendæ, quod & ante in extremo *l. 8.* tradidum erat ex Ulpiano, his verbis, *Sed Rescripto cautum est, ut etiam necessaria peregrinatio aliud eſt*, quam abientia Reip. causa; quæ constituendi aut mutandi procuratoris justa causa est *d. l. 9. med. in. Sed de his quoque ea ipſa*, interrupte renuntiandæ societatis etiam inconspexisse, *l. 16. Pro ſocio, Si*, inquit, *ſocius remuniandi ſocietatis qua Reip. causa diu & ignotæ abſentiæ ſit.* His verbis, *Reip. causa diu & ignotæ abſentiæ ſit*, Hic verbis, *Reip. causa*, longa & necessaria peregrinatio. Male autem Accia. *d.l. 9.* peregrinationem necessariam modo accipit pro peregrinatione qua per deportationem contingit: aliud enim eſt peregrinatus, longe aliud peregrinatio: peregrinationem etiam cives. In peregrinatum vero redasti non sunt cives: modo peregrinationem accipe pro ea qua infiturarum religionis causa quæ nec necessaria eſt nec de ea unquam contigit Gaius de qua erat pulcherrima homilia Gregorii Nysseni *περὶ τῆς ἐπιτηδείου τῶν ἐρασμάτων*, inque ea elegans verbum hoc *περιαγωγὴ τοῦτο ἐστὶ μακρὰν ἀπὸ τῆς πατρίδος εἶναι*.

CAP. XXVII. *Conjunctior l. 16. De reb. creds. cum l. 67. §. 1. Pro ſoc.*

DE re communi ab uno ex ſociis vendita conſenſu ſociorum Paulus ſcribit initio *l. 67. Pro ſoc.* & rede conſenſu ſocionum: quia citra eorum conſenſum ante diſtitum judicium Communi dividundo plus partes ſua alienare non poterit, *l. 28. eod. §. 2. De communi. d. l. 1. C. Com. dividd.* nec diſtinguit ſocii fuerint omnium bonorum an non. (*) De pecunia autem communi credita ſtribo in *l. 16. De reb. creditis* diſtinguo inter omnium bonorum & non omnium bonorum ſocios, cui quidem §. congruit velim quod ex eodem libro Pauli eſt relatum in *l. 16. De reb. cred.* ut in omnium bonorum communem etiam ab uno ex ſociis creditum ferri non poſſe ſine ſocionum conſenſu: nifi pro parte ſua, ut *l. 67. §. 1. eod. tit.* Proinde autem, quod ſocii dicitur fieri poſſe, licet ſocii diſſenſerint: quæ mentio propria pecuniæ fraud & conjunctio illius §. facit demonſtrat, eam legem de hoc accipiendam eſſe qui non omnium bonorum ſocii fuit: nec enim propriam pecuniam ſocius communi bonorum habere poteſt, quam non ſtatim adquirerit ex juſta & honeſta cauſa: & legatam ibi in communi redigere debeat: & id quoque ad eam legem Nicaeni notavit his verbis: *ὁ δὲ κοινὸς βίος παρεμπίπτων ὁ τοιοῦτος, ὅτι καὶ ἔστιν ἐπὶ τῶν κοινωνῶν πάντων ἢ πολλῶν μὴ ἁπλῶς ἀλλὰ ἐπιτηδείως ἔχοντων ἢ βίωσιν κοινὴν ἐπὶ τῶν κοινωνῶν ἔχειν δεῖ· τὰ ἴδια τοῦ κοινοῦ ἀποκρίνειν*. Et ita quod in *d. §. 1.* communi pecunia ab uno ex ſociis conſenſu ceterorum, fcaeteris ſocietatis nomine, uſuras inter ſocios partiendas eſſe, ſi huo nomine ad ipſum ſolum pertinere, non aliter E habet locum, quam ſi non omnium bonorum ſocii fuerint, quia ſi fuerint ſocii omnium bonorum, uſuraturum emolumentum commune eſt, etiamſi unus ex his eam pecuniam ſuo nomine ſenori occupaverit: ne ſane aliter ſibi uſuras retinere poteſt, quam ſi non omnium bonorum ſocius fuerit: & reditus etiam Crezi illo loco, *e Fan. Asse ac Gu. Budæo*, hoc eſt eam qui pecuniam communem fenerat etiamſi fuo nomine ſcilicet, non videri eam convertere in ſuos uſus, quia rem ſui periculi fieri, tantoque allevat ſocietatem: proinde quod loo nomine unus ex ſociis pecuniam

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 28.*

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 2. cap. 16.*

niam communem fenueraverit, non præſtat uſuras quas A præſtare teneatur qui pecuniam communem in uſus ſuos convertit.

CAP. XXVIII. *Explicatur quod Paulus dixit, alienum rem dantem nullam contrahere permutationem.*

IN (*) permutatione non apparet quid ſit, mera, quid pretium, & utrumque potius mera eſſe videatur, ut Paulus ſignificat in *l. 1. De cont. emp.* ubi loco, *nec ullus mera utrumque, ſed alterum pretium mercem*: & conſequenter uterque contrahentium tenetur evictionis nomine duntaxat, non omnino, ut rem facit acceptantis: quemadmodum & in *l. 2. §. 1. Pro ſuam* quæ notum dedit vel accepit permutationis gratia, ut idem ait *l. 1. De rer. per.* quanti interfit in factum à præſcriptis verbis adionem dandam eſſe reſpondent, ut *l. 5. permutationis, C. de evict.* & reſpondetur ſcilicet ab omnibus Jurisperitis: nec refragatur quod in eadem lege idem refert illo loco *Lucium Pedium*, ex Pedii ſententia alienam rem dantem nullam contrahere permutationem: quoniam id ita diſtinguendum & diſcingendum eſt, ut qui alienam rem dedit ut aliam acciperet non agat præſcriptis verbis quæ ex permutatione naſcitur, ut ibi viciſſim alia res detur vel præſtetur quanti intereſt eum rem accepiſſe, quia ex parte ſua convenire non videtur impleſſe qui alteri rem alienam dedit, quæ avocari ei a domino & auferri poteſt: ſed habeat tantum dari rei conditionem ſive reputationem, quæ non ex permutatione fed ex bono & æquo venit, *l. in ſummo §. quod eſt rem, De cond. indebi.* ut ſcilicet ea res ſibi contra redditur (hic Flor. redditum, ut contra pretium, *l. ab emptione in fin. De pac.*) quaſi ex non facta, id eſt quaſi eo quoque eo eam rem dedit pro ſua parte non impleto conventionis negotio, ſed ſolum intentia Pedii vel potius ex eadem ipſa ſententia Pedii ſtatim ſubjungit in *d. l. 1.* his verbis, *Ignitur ex aliena rem tradidisse facit, rei aliene ſcilicet, ſi alter eam rem tradere, non ſe hoc agendi ſuo intereſſe nolit, illam rem accepiſſe de qua conſenſi, ſolvisse*, ſcilicet nobis, *ſed ut res contra nobis redderur*, &c. quæ verba Accurſius male accipit ſuo more. At tenet quod ſi qui ab illo rem alienam accepit ſi pro ſua parte impleverit conventionem, id eſt ſi ſuam rem ei dederit, evicta re, quam accepit cum illo agere poſſe præſcriptis verbis quaſi ex contractu permutationis. Denique ut ex parte ejus qui rem alienam dedit non ſit adhuc præſcriptis verbis quæ ex permutatione naſcitur, ergo nec permutatio, ſed conditio tantum ob rem dati re non ſecuta, ex parte autem ejus qui rem alienam accepit & vice mutua ſuam rem dedit, ſe adhuc qua ex permutatione naſcitur evictionis nomine, & permutatio igitur vel etiam ſi hanc malit conditio ei quam dedit, ut *l. 1. C. de rer. per.* Proinde ut ex aliena & alterutro data claudeat permutatio, quod ſupra evenit & in aliis negotiis ut *mutuum* ſcilicet & ab una duntaxat parte conſtituit, *l. patet §. ult. mutuum, §. ſi pater 2. populus, De adi. empt.* At cum unus rem ſuam dedit & fecit acceptantis, ſi alter ei quoque viciſſim rem ſuam de qua convenit nolit dare, tum hoc liberum eſt ei qui rem ſuam dare occupavit vel agere præſcriptis verbis quaſi ex permutatione quanti intereſt rem de qua convenit accipere que erat, quarre petat cujus rei, vel ſi rem ſuam recipere malit, aut ſi nihil ejus intereſſe aliam rem accipere, conditione ob rem dati re non ſecuta, *l. naturalis, §. 1. de pact. ver. l. 67. §. 1. Pro ſoc.* Quod autem ait Paulus *d. l. 1. Ideoque Pedius*, &c. id ex eo infert quod ante diverat permutationem ex re tradita, a domino ſcilicet, initium obligationi præbere.

(*) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 19.* (**) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 26.*

CAP. XXIX. *Explicatur l. ult. De cond. ex. da.*

SI (*) tibi pecuniam dedi ut mihi Stichum dares, Celſius ait *l. ult. De cond. ex. da.* hunc controſtum non eſſe pro portione emptionis venditionis, id eſt, non eſſe emptionem venditionem, non eſſe portionem ſive ſpeciem emptionis venditionis, fed eſſe permutationem, ut additur in Baſilicis ὅτι ἐν τούτοις οὐκ ἐστὶ πρᾶσις καὶ ὠνὴ, quia ſcilicet pecuniam non dedi quanti pretium Stichi extendi animo, fed quaſi rem aut corpus, ut *l. 7. De proſ. ver.* & nulla fere alia inde obligatio tamen ſine ulteriore eſt, quam condictio ob rem dati re non ſecuta. At cur non eſt emptio venditio ut *l. mutuis §. 1. cod. tit.* dicitur ſi pecuniam dem ut rem acquiram? emptionem venditionem eſſe? itemque quia, ut in proximus, pecuniam non dedi pro pretio: item quia eam dedi ut mihi Stichum dares, id eſt, ut Stichum faceres meum, quod verba illa Celſi indicant, *quæ locum meinem accipientis non ferunt*, & ex natura emptionis venditionis non eſt, ut venditor rem facit acquirentis, fed ut vacuum tantum rei poſſeſſionem tradat, præſtet, & caveat eam ſine impedimento habere: obtinere licere dolumque malum abeſſe abſturumque eſſe, *l. 1. De ver. per. l. ex empto §. 1. l. Julianus, §. ſi Titius, l. fin. eod. tit. §. ult. De act. emp. l. qui ſervum, De pignor. l. 25. §. 1. De C. D. C.* Denique ex eodem Celſi loco, ubi ait, *Si ſtipulatus ſim ut Stichum mihi dares, ſi non dederis, ex ſtipulatu agere poſſe*, ſatis apparet, *ſed ſtipulatus ſim ut mihi Stichum dares*, ſi ſtipulatus ſim ut mihi Stichum meum dares, ſi ſtipulatus ſim ut mihi Stichum meum dedifte ut conveneram, mihi competit condictio pecuniæ non præſcriptis verbis quaſi ex permutatione, quamdiu non evincitur, quia ſcilicet eam compertum eſt exemplo emptionis. Ac præterea ſi tum Stichum mihi dediſti, nec velis mihi cavere pro ejus evictione, nulla alia mihi in te adio competit, quam condictio ob rem dati, non præſcriptis verbis, quia eum mihi dediſti Stichum, ſi mihi evictus non eſt. At evictus Stichus etiam præſcriptis verbis mihi ſuppetit actio, *l. 2. De rer. per. l. 1. C. eod. l. 29. C. de evict.* quia pecuniam meam dedi. Res eſt facillima.

CAP. XXX. *Sententia §. 3. Loc. cond.*

EO tibi alienum inſulam locavi L. tuque eandem A. Titio locaſti LX. & domino Titium a conductione expulit, Titium prohibuit habitare atque adeo etiam te prohibuit conductione perfrui. Paulus dicebat *l. 3. Loc. cond.* te ab Titio ex conductio. ne non L. quanti eqo locaſſem, ſed LX. quanti ea locaſſes conſequi poſſe, quoniam in LX. Titio tenaſte, nempe Titio tenere videbare, ut ſi ego ut tibi præſtarem vel remittere ſi non prorogaveris, quia neque ei neque tibi E frui habitatione per dominum licet. Longe explicatius Tryphoninus *l. 8. eod. tit.* neque Longius Celſus ubi præſtare debere, ſed quanti ea intereſt conductionem perfrui, ut *l. qui ædificium, eod.* illis verbis, *quanti conductionem interfuiſſet habitationem non mitigaretur*, quæ oppoſuit illis *quanti dominus præſtationem locaſſet*. Quod autem ea intereſt conductione perfrui in hac ſpecie, id reapte redigitur ad ex tantum, quia ſi tibi conductione frui licuiſſet, ſupra mercedem quam mihi præbes ſi ſupra L. ex poſteriori conductione X. lucri feciſſes: & in actione ex conducto lucri quod ex conductione

con-

conductior fallatur erat utique ratio habetur semper, *l. 38. l.de 3. colonor., l.13. eodem*, quod emolumentum conductionis Tryphonius vocat in *d.l.8.* In affirmationem igitur veniunt x. quo nunc ultra quinquagintia Titio conductori tuo reddere aut remittere debes: nam est xx. que Titio praestare debes ecquum videatur ut a me consequaris, tamen ego tibi reparare possum L. quae a te percipiuntur, & ideo nunc non percipio quod cum conductione frui non licerat, ita fecisset horum L. habita reparatione ut non bis L. consequaris, fed femel tantum ob id quod tibi frui non licuit, & hoc simplus x. ob id quod conductori tuo frui non licuit cui ultra L. praestare x. debes. Uberior carsorve locatio tua auget obligationem meam: & hac mihi videtur effe Tryphonini sententia a nemine quod sciam adhuc explicata diligencie.

CAP. XXXI. *Legem venditionis semper dici e vendicione.*

AGnatio minima capitis deminutione perimitur, velluti emancipatione vel datione in adoptionem, non etiam cognatio, l. 4. §. *penult.* de *grad. & affin.* §. *ultimo*, *Inſtitutionib.* de *legit. tut. aqu.* ut puta pater naturalis fi eum emancipaverit vel dederit in adoptionem, patri patriciæ agnatus agnatus effe deſino, non etiam cognatus. Cognatio naturalis eft, agnatio civilis & legitima : hæc civile nomen, illud naturale, l. *Turiſprud.* 5. *primo*, de *grad. & affinit.* & civili ratione, velluti emancipatione vel datione in adoptionem civili agnatione fublata, civili tolli & abolici poteſt, non etiam naturalis : nec enim ullo modo fieri poteſt ut meus fingulis non fit patris mei fingulis, ficulus ut non idem mihi nomen, eadem familia eadem imagines, eadem facra, eadem fuita fint, l. 8. de *reg. juris* De patre naturali loquor : nam pater adoptivus fi me emancipaverit, utraque cognatio perpetua agnatio fcilicet & cognatio, quæ agnationi inefl, licet gemus in ſpecie, l. 3. *unde cognat.* l. 4. ſi *tabul. teſt. null. ext.* Peremptæ ſpecie juxta & genus quo continebantab ea recidit : fimilis vero explanatione eft, cum quem per adoptionem vel adrogationem tanquam per alteram naturam fummus filium vel nepotem, vel pronepotem, vel proneptem fieri nobis agnatione, ac proinde etiam cognatum, non item & jure naturali cognatum cognatis noſtris, l. 23. de *adopt.* l. 2. §. *ultimo*, de *grad. & affin.* l. 6. *emancipatus*, de *liberis agnati. l. parens*, de *in jus vocan.* Civilis ratio five commentum adoptionis, ut loquitur l. *fideicommiſſum*, de *teſtam. lib.* & *Imperatores*, civilem tantum cognationem facit, non cognationem illam naturalem, quæ deſituta eft propric & ſpeciali nomine, id eſt, eum quæ ex feminis venit, quo fit ut per adoptionem fiat, quatenus & quatenus mihi pater conſanguineus & frater conſanguineus, ut puta filia naturalis patris mei commentitia, fi cum loquitur Plautus in Caſtellaria, quæ in adoptionem patris mei venerit, non fit mihi ex conſanguineo, neque filius frater conſanguineus. Unde quæſtionem adjuncta Mucii Scævolæ refpondit apud Salluſtium Japurtha ad Metellum, *Viri mei, (Adherbalem) ſoboles mea tibi fratres fuit*, parique ratione ut patris-adoptivi frater filio adoptivo patrius fiat, ſoror amita five paterera, negaquam vero fiat per eum vel fororem fratrem vel avunculus aut materera, *dicta l.* 12. §. *ultimo*. vel etiam mater poſtea uxore patris adoptivi ejus quem adoptaverit mater non fit aut fororem fi in manum mariti non conuenerit. Sed neque noverca, quia per adoptionem non contrahitur affinitas, *l.* 4. §. *penult.* de *grad. & affinit.* Coterum ſi convenit in manum, quia in familia mariti eft, fiue fit foror conſanguinea filio mariti adoptivo. Rurſus mater patris adoptivi, qua cognata eſt eſt, non agnata, adoptanti avia, & vetro adoptatus illius uxor non eſt, & ratum ut Paulus ait, in extremo l. 23. de *adopt.* cui omnino conſentit initium l. 12. de *vit. nupt.* etiam eorum nuptiæ fint prohibitæ, id eſt, non filiafamiliæ tantum patris adoptivi, quæ filio adoptivo ſoror eſt, ſed etiam uxoris ejus, ſi forte eam pater repudiaverit, itemque matris ejus : & harum quidem, puta uxoris vel matris patris adoptivi perpetuo etiam poſt diſſolutam adoptionem genere emancipationis vel quo alio, ſororis vero quatenus dumtaxat adoptio durat & ipſa in poteſtate patris, l. 17. de *rit. nupt. l.* 9. §. *in fin. de liber. & poſt.* Cautela differentiæ hæc, quia tametſi uxor uni patri adoptivi patris neque cognata ſit filio adoptivo, neque affinis, tamen & uxor avize & uxor noverce locum obtines, *dicta l.* 12. *ea perſona, pro ea, nec uxorem*, id eſt, quafi, & hæc quaſi noverca, & quaſi mater igitur, & filii quaſi avia eſt, ac ſolata adoptione male inteligitur. Nec hanc ſententiæ adjungam obloquitur, l. 2. de *rit. nupt.* quia multum intereſt poſt adoptionem in matrimonium filii adoptivi eat uxori quondam adoptatoris, quod pudor vetat, an ante adoptionem, quo mea nuntium rite mihi ſit beneficio fecute adoptionis quaſi noverca : quod fuerit olim uxor patris adoptivi, licet uxor mihi poſt nuptias rite factæ fit, ſi no poſtea pater eius in locum fidemque filii naturalis adoptaverit: exempli cauſa Julia Auguſti filia uxor Tiberii, poſtea adoptato Tiberio in familiam Auguſti, fuita eſt ſoror Tiberii. Nec perperam verum eſt, ea qua rede conſiteretur refolvi eum in eos cafum recidiſſe, ut a quo non poſſiſſet conſiſtere, l. *Papinianus*, §. *ultimo*, de *verbor. obligationibus*, l. *ea conventa*, *Inſtit. de legat.* aut ne hoc quidem, impediendi generi adoptio eſt, ut l. *penultima*, §. *fed videamus*, de *rit. nupt.* & ad hoc ceteri, qua dici poſſunt in hanc rem, ſi libet repete ex xxiii. *Quæſtion. cap.* 36. ac præterea, ex eo, quod ſimilis erat, ſerva perpetuæ Suetonius ſcribere, Tiberium infrum Liviorum familiæ, adoptatio in eum materno avo. Si patrono refte. A patrono mater ejus filius neptis non eſt agnatus avo materno : ergo nec ei quia adoptavit ivum matrem non : adopto, ut dixi, cognationem parit, in genere per agnationis cauſam, non in ſpecie.

CAP. VII. *Poſſeſſio naturalis & civilis.*

AC cognitione naturali & civili inclinat animus ad poſſeſſionem naturalem & civilem. Quæ ſententia quæ Cuſſiodorus *in libro de amicitia* defignat, his verbis, in jure civili (ſe legendum, non in jure tituli) poſſeſſio animi & poſſeſſione naturali, id eſt, ſolius corporis cauſa ſtatim præſtantior eſt, nec enim ita facile amittitur & per ipſum rei dominium ulucapiendo requiritur. Deſignat, inquam, craſſa & vulgari, non ſubtili & philoſophica interpretatione. Primum enim civilis poſſeſſio cuiuſque animi poſſeſſio, cuiuſque animi cogitationiſque ejus tantum qui & dominum eſſe ſibi ſe opinatur & putat, non ex civilis cauſa, nec animi tantum, fed & corporis ab initio, Quod tamen fubjicit, non in facile eam amittis, propterea fane eſt civilis poſſeſſionem, quæ conſtituatur animo & corpore animitur, civilis non item, quia animo ſolo retinetur. Proprium item illud, ut fine poſſeſſione civili ulucapio non procedat. Praterea naturalis poſſeſſio vulgo quidem eſt incubitio corporalis, qua ex re etiam corporalis poſſeſſio dicitur, verum ſicut hereditas, quæ vulgo, inteſtati jus pignoris, jus precarii, jus commodati, jus peculii, jus uſufructus, jus conditionis, vel quafi conſuetudinis, jus ſequeſtri, vel depoſiti, jus dominium imperfecte, non jus dominii. Quæ enim jure dominii poſſidebantur, quæ dominii nomine, cogitatione, judicio, voluntate, affectione, curate, fenſu, conſenſu, intellectu, *ſpiritu, ſenſu, intellectu, memoriave* (ſic varie loquuntur auctores noſtri) ea dominii civilis poſſeſſio eſt jure dominii ſubnixa, & ſine prominentia ſua, ut intelligitur ſumptis mentio ſimpliciter poſſeſſionis ſui, ut illo Livii Rufini loco, *Sine poſſeſſione ſufcipiantur non proceſſere*, & Cornelii Tacitæ, *Proprias res non poſſidere, non remanendas*. Alienas enim non poſſidemus proprie, fed tenemus cum jure & cum titulo aliquo, alieno fcilicet a jure dominii : quæ tamen detentio iuſte poſſeſſio etiam dicitur, cum adjunctione alia tamen, naturalis vel corporalis. Eius vero detentionis, quæ nullo jure utitur, nullus ritio, nullus profpectus habetur a nobis, ac ne naturalis quidem eam appellatione dignamur.

CAP. VIII. *Examinatio an imponer infantibus.*

NIſmen non omnis exaudiatur facit, ſed ea tantum quæ ſit detractis armis, cinctu & fagulis cetteripue infignibus militaribus, l. 2. §. *fed & ſi non*, de *his qui not. infam.* vel qui ſequitur dumtaxat judicio publico, *dicta l.* 2. §. *nulles*, vel etiam ex eo crimine quod judicii publici cauſam non habet, ſi modo quod ex eo etiam nullatur judicium civile dumtaxat infamem faciat, l. *infamem*, de *publ. judic.* Certe proditores & transfugas exaudiatore nec forte capite plexos nomo non dixerit infames fieri. De iis l. 7. de *re milit.* Proditores, transfugæ, inquit, plerumque capite pununtur & exaudiatori torquatur. Jungit transfugas proditoribus, ut & Q. Curtius v. *Audimus & transfugæ in noſtrum nomen reguant* : & Cornelius Tacitus in *Germania*, *Germanos proditores & transfugas adhuc obſervandos*. Et iv. de *Agrippa & proditore ſuo* : *proditor ſuus apud ſuos pacificque ſervitium*. In Baſil. illo loco, *ο προδότης ἢ ὁ αὐτόμολος* & quod ſubjicit, pro hoſte eos non pro milite haberi, ſatem eodem modo in l. Ann. *Non tamen haud minus infamis animia exiſtimabam quam loſtem*. Verum ad rem. Qui ideo exaudiatur quod literis hoſtibus ſcriptis, vel publice adverſetur, ut l. *qui mil. poſſ.* non utique infamis fit, l. 4. §. *exaudiatur*, de *re milit.* nec prohibetur, inquit, lite ſtatu militiæ finitum ſuſtinere, ſed & ſi ſit exaudiatus, qui tamen prohibeterur ſi ex ea cauſa fatis exaudiatorio eum infamis notaret, d. l. 4. §. *ſed temp.* & §. *edoctori* : & Theophilus noſt. §. *ultimo*, de *exc. act.* At ſi quis exaudiatus ſuerit, & quod per id tempus, quo ex ferviture adferebat ſe in libertatem, militiæ nomen dederit, hunc effe infamem, ſatis ſuperque ex forte publicanorum, id eſt, militia removeri & cattri ratione dicitur, l. *qui de libertate*, de *lib. cauſ.* quod vix fit line infamie nota, *Exaudiatus*, inquit, *militia arma*, ut in Virgilio *Exaudiatus* refert aliquando uno edicto pretorianas cohortes (quod & legionibus integris nonnunquam accidit, l. 2. §. *quod ſi*, de *re milit.*) noſſe Tribunis tradere & exaudioratas : nec per cauſa eft ſi quis ideo exaudiatus & dimiſſus fit, quod cvitandorum munerum civilium cauſa militiæ ſe dedit operamve dedit, ut inerueribus obſtringere malitiæ, qui exaudiatur quidem fed citra infamiam, l. 2. §. *ſi*, & *quatenus*, de *his qui not.* Et ſimiliter qui exaudiatus infames fuit, hi fane a militaribus ſtipendiis & pramiis emeritis, quæ Baſilica noſtra *ἀνακλίσεις*, vocant, repellunur, ut Val. Max. ſcribit 11. *cap.* 1v. Alii qui citra militiam exaudiatorium, & privilegia veteranorum, habent & premia emerita five commoda emeritorum, commoda miſſionum, coumoda premiorum, ut loquitur l. *emeritis*, de re *milit.* Jupiter. Premiatum emeritum, l. 3. §. *penult. de re mil.* de ſimpliciter in eadem ſpecie emeritum, l. 3. §. *ſi qui*, *eodem tit.* Imo & in vexillatione militare, non in legionibus,

semestre tantum stipendium in annum decerni apud Tit. Livium XL. vel juberi eum tendere seorsum a ceteris apud Q. Curtium VII. Denique omnis infamia ignominia est, non contra. Censoria nota animadversioque ignominiam importat, non insignem ex edicto prætoris expressam infamiam: nam & notatis accusare & profiteri atque honores petere licet.

CAP. IX. *Aliquando invitum compelli rem suam vendere.*

REgulariter nemo invitus rem suam vendere cogitur ne justo quidem & suo pretio quanti res digna est, *l. 9. Rerum am. l. nec quasi, de rei vind.* At hujus regulæ multa sunt vitia. Fidejussor cogitur pignus quod soluta pecunia a priore creditore emit, vendere posteriori, *l. 2. & 5. de distr. pign.* Creditor cogitur vendere ceterorum nomina uni ex reis qui solidum solvit, *l. fidejussoribus, de fidejuss.* Si servum communem unus tantum ex dominis manumittere velit, alter cogitur partem suam ei vendere, Constitutione Justiniani. Per injuriam emptori nonnunquam frumentum quod de publico emit, aufertur; cui tamen hoc casu pretium quanti emit restitui oportet: quasi igitur coacto vendere eodem pretio, *l. 2. §. grani, de administrat. rerum ad civitatem pert.* Multa quoque vitia attulit olim quandoque & affert numero sæpius publica necessitas, ut quod dicitur synonetionis in Constitut. vel coemptio, multa principum, & potentiorum vis & injuria, ut quod Simeon in Chrisostomo refert solitos Imperatores, quo ex agro alieno fructum decerpsissent, veluti ex vinea uvam, ex viridario pomum, ejus venditionem domino extorquere oblato justo pretio: & quod Cornelius Tacitus *in Agricola*, solitos Brittanniæ legatos, quæ frumenta ex horreis publicis provinciales ultro non coacti emissent, eosdem cogere ad ea deferenda in longinquas regiones, ibique vendenda. Idque Julium Agricolam merito sustulisse: ac primum quidem sic ait, *Frumenti & tributorum exactionem* (sic recte Beatus Rhenanus) *æqualitate munerum mollire*; quod est peræquatione ipsorum tributorum, ut Constitutiones loquuntur, quæ & peræquatores & ἐξισωταὶ in eam rem missos homines vocant, mox subjicit, *per ludibrium adsidere clausis horreis & emere ultro frumenta ac vendere pretio cogebantur*: desit in eo sermone aliquid. Certe enim non nisi pretio vendere cogebantur: alioquin non esset venditio. At quo pretio? nam & id certum esse oportet ut venditio consistat, fuone, an quod dominus fecerit, an quod legatus ipse Britanniæ? sic videtur: & rursus totumne frumentum quod emissent vendere cogebantur nulla portione sibi in usum retenta, quod nemo dixerit, alioquin inutilis eis emptio fuisset: an ex eo quod emissent partem quæ superest deducto eo quod usui proprio satis sit, vel decimam vel vicesimam, puta cujusque modii aliumve certum modum, ut *l. 2. C. ut nem. lic. in coempt. sp.* ut item T. Livius XLIII. scribit, antequam huic rei providisset Senatus, Hispanos de publico frumenta emisse quanti addixisset præses provinciæ, eorumque vicesimas coactos vendere quanti ipse vellet? quod magis est, & placet valde decretum illud Senatus. Nam & æquitate pari Divi fratres constituerunt ordini decurionum non esse jus grani quod invehitur, puto nec quod evehitur pretium statuere, *l. ult. §. penult. ad legem Juliam de an.* In eodem porro Cornelii libro, attrectatio ejus libri facit ut veluti de scammate egrediar & admoneam illo loco, *Admiratione te potius temporalibus laudibus etsi natura suppeditet, militum decoramus*, magnum delictum inesse. Scripserat Cornelius, Admiratione te potius, te mortalibus laudibus, te si Nerva suppeditet, tumulo decorabimus, tumulo scilicet honorario, honoris tumuli.

CAP. X. *Casus quo actio quæ heredi non competit, coheredi competit.*

SI servum meum ab alio mortifere vulneratum liberum & ex asse heredem esse jussero, eique a morte mea protinus facto libero, & heredi, ac deinde ex vulnere defuncto alius quidam heres extiterit, non erit heredi ejus in illum qui letale vulnus inflixit actio legis Aquiliæ, quæ nec ei perducto ad libertatem competere potuit, *l. 13. l. 15. §. ult. & leg. sequen. l. 23. §. 1. ad leg. Aquiliam.* Sed si eum ego liberum & ex parte heredem esse jussero adjecto coherede, sane coheredi actio legis Aquiliæ erit ex persona mea, *l. quacumque, de obligat. & actio. l. 27. §. si homo, de rei vindic. l. 3. §. ult. ad legem Fabiam de plag.* quia quæ ejus servi nomine ex lege Aquilia actio de occiso, quandoquidem tempus illati vulneris morti jungi Juliano placuit, mihi competere cœpit, ea tametsi non potuerit transire in servum cui ex testamento meo libertas simul & pars hereditatis obtigit, transire tamen potest in coheredem, & quidem si solidum, perempti corporis æstimatione facta. Hæc est sententia *l. 36. §. ult. ad legem Aquiliam.* Dixi in solidum, non ut Accursius pro parte hereditaria quia ut Græci interpretes accuratius observaverunt, quod jure hereditario uni ex heredibus adquiri non potest, id in solidum quæritur alteri, exemplo *l. qui bona, §. ult. de adq. rer. dom. l. 12. de auct. tut.*

CAP. XI. *Pro Eum, reponitur Erum in l. 23. Ad legem Aquiliam.*

CApite primo & tertio legis Aquiliæ quod proponitur in *l. 2. & 27. Ad legem Aquiliam* primo scriptum fuisse opinor, *Tantum æs dare ero damnas esto*, eaque re Ulpianum *l. 11. §. legis eodem titulo* adjecisse interpretationem, ubi legis Aquiliæ actio, inquit, ero competit, id est, domino. Erum veteres tenuiter dicebant sine aspiratione, ut Turpilius *apud Nonium*, Erum si forte quas galiolas vini tango, & eritudinem quæ Glossis veterum δεσποτεία, & Placido ericium, dominium, eritudo, dominatio, Festo servitudo, qui hoc potius sensisse videtur sic dici eritudinem, pro dominatione scilicet & proprietate, ut Glossæ ajunt, et servitudinem pro servitute aut servitio. Hinc vero ducor ut putem quod in P. Florentinis proprius vero scriptum est, *posse eum Aquilia agere*, ex eodem Ulpia. *l. 23. §. idem Julianus, 2. ad legem Aquil.* ita emendandum esse, *posse erum Aquilia agere*: namque eum, id est servum pistorem cui pollex præcisus est, causam orare posse quis dixerit?

CAP. XII. *Quæstio §. 1. d. l. 23.*

IN ejusdem *l. 23. §. 1.* recte ponit Accursius servum testamento domini pure liberum & heredem esse jussum occisum vivo testatore. Quo sane casu secundus heres testat. qui servo substitutus est in primum casum vel nullo substit. dato legitimus heres testatoris actione legis Aquiliæ, quæ cœpit a testat. primum quidem hereditatis æstimationem consequi non potest, quæ scilicet hereditas retrorsum servo competere non potuit, quem testator vita superavit. Et in actione legis Aquiliæ ut subjicitur in sequenti §. *retrorsum*, fit æstimatio quanti interfuit servum non occidi, non prorsum, ὀπίσθεν ἐ μὴ ἔμπροσθεν: hæc est proxima ratio cui cohæret & illa, quia non habet quod quæratur substitutus, vel legitimus testatoris heres quasi amissa hereditatis spe, cum cædes potius heredis instituti ad eam ei maturaverit aditum. Nam ut eleganter unus ex Græcis interpretibus ait, Si querantur de occiso servo, mox audient, Atquin nullam in ea re injuriam passi estis, ut *l. 30. §. 1.* cum cædes ea vobis hereditatis commodum attulerit, quod ea cæde non facta quandoque defuncto testatore ad servum cum libertate pervenisset: ἀεὶ γὰρ ἐγκαλέσωσι τὴν ἀναίρεσιν τοῦ οἰκέτου ἀκούσονται ὅτι εἰ μὴ [illegible] ἐλεύθερος ὢν καὶ κληρονόμος, καὶ ὑμεῖς οὐκ ἂν ἐκλήθητε εἰς τὴν κληρονομίαν: Et alter interpres, μᾶλλον γὰρ εὐχαριστεῖν ὤφειλον τῷ φονεύσαντι τὸν δοῦλον; εἰ μὴ γὰρ ἀνεῖλεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ὁ υἱός, ἀλλ' ὁ δοῦλος ἐκληρονόμησεν. Eadem vero ratione nec potest substitutus, vel legitimus heres testatoris lege Aquilia persequi perempti servi æstimationem, quia nihil eorum interest servum occisum non esse. Quandoquidem si non fuisset occisus utroque excluso ipse solus heres extitisset, & si heres, ergo liber, adeo ut nec jam tum agente ipso æstimatio corporis ejus ulla fieri posset, *l. 2. §. placuit, ad legem Rhodiam.* Actio quæ cœpit a defuncto non sequitur heredem si heredis nihil intersit, ut puta si quo major ob eam meliorve hereditas heredi non obveniat, *l. qui fundum, Locat.* Sicut ex diverso non semper etiam actio quæ non cœpit a defuncto non transit in heredem, *l. 43. ad legem Aquiliam.* Recte vero ut dixi, posuit Accursius vivo testatore servum occisum, quia si post mortem testatoris occisus sit, plusquam manifestum est actionem, quæ nec cœpit a testatore, nec a servo ipso jam facto libero ipso jure, in nullius horum heredem legitimum vel testamentarium veluti substitutum transire posse, si forte substitutionis casus extiterit, puta necessario herede non miscente se bonis. Nec enim ἀναίρεσις sola perimit substitutionem vulgarem, sicut nec substitutio vulgaris ἀναίρεσιν.

CAP. XIII. *Juliani a Celso dissensio.*

UT in plerisque aliis causis, sic & in specie *l. ait, ad legem Aquiliam*, Julianus a Celso dissentit, si alius servum mortifere vulneraverit, alius postea examinaverit: Celsus enim posteriorem de occiso ex primo capite legis Aquiliæ teneri putat, priorem de vulnerato ex tertio, *l. 11. §. Celsus, eodem tit.* Julianus utrumque de occiso, Celsus homine mortifere vulnerato, & postea mortuo annum retrorsum computari ex die mortis, Julianus ex die vulneris, *l. 21. §. 1. eod.* Nec sane aliam ob rem in *l. 51.* magnum studium ponit in adserenda sententia sua, quam quod Celsus ab eo dissentiret, quem etiam notat & refellit tacite illo loco dicta *l. 51.* Quod si quis absurde a nobis hæc constitui putaverit, &c.

CAP. XIV. *Peculium servi ipsi servo esse simile, & accipienda uti sit l. 6. de servit. urb. præd.*

PApyrii Frontonis sententia hæc est, peculium homini esse simile, *l. 11. de pecul.* & vera quidem ea non per omnia, sed quatenus peculium variatur per qualitates nascendo, crescendo, decrescendo, moriendo, ut in ea lege declaratur, quibus quidem modis fit, ut peculio perinde ac servo inesse videatur vis sive anima physica & phytica, ut plantis quoque & arboribus quorum tamen exanimum corpus est. Ea vero arborum vis etiam motus naturalis dicitur in *l. quod autem, de servit. urban. prædiorum.* Natura enim moventur arbores, ut Philosophi ajunt, κατὰ τὴν θρεπτικήν, καὶ αὐξητικήν, καὶ γεννητικὴν δύναμιν. Qua ratione & Celsus & Atticus apud Columellam ajunt, tres esse motus in vite naturales; unumque quo germinet, alterum quo floreat, tertium quo maturescat, quæ varietates ut in dicta *l. quod autem* ostenditur, efficiunt ut non usucapiam libertatem altius tollendi ædes meas, quæ vicino debent servitutem altius non ædificandi si in meis ædibus grandem arborem positam habuero, & usucapiam tamen si legitimo tempore ædes meas possedero, simul & ibi parietem altius extructum habuero, quia certus est & continuus parietis status, arboris non item, *l. 4. §. ult. de usurp. & usuca. l. 5. l. si ædes, §. ult. de serv. urban. prædior.* In amittenda autem servitute urbanorum prædiorum per statutum tempus continuo usu libertatis opus est, quo nullus est locus in servitute rusticorum prædiorum. Quapropter solo in usu ejus generis servitutem amitti placuit.

CAP. XV. *In accusatione adulterii receptæ præscriptiones.*

HÆ etiam in accusatione adulterii probatæ & receptæ sunt præscriptiones præter eas quæ proponuntur in *l. 28. C. ad legem Juliam de adulter.* præscriptionem scilicet quinquennii, vel sex mensium, præscriptionem lenocinii, quæ marito accusatori opponi potest, & præscriptionem hujusmodi, si quæ adulterii accusatur in priore matrimonio commissi, jam ante denuntiationem criminis alii nupserit: præscriptio ætatis accusatoris, *l. 15. §. lex, ff. eod.* præscriptio si legem maritus accusator prodidisse dicatur ob hoc quod jam ante aggressus accusationem adulterii ab ea destiterit, *l. 2. §. 1. eod.* Præscriptio quod eodem tempore marem & feminam adulterii accusare non liceat, quæ præscriptio etiam a Græcis interpretibus dicitur in *l. 1. §. atquin idem, ad Senatusconf. Turpill.* improbata autem est præscriptio fori, *l. 14. C. ad legem Juliam de adulter. l. ult. C. Theod. eod.* præscriptio si non præjudicium fiat filio impuberi, *l. miles, §. defuncto, ff. eod.* præscriptio dotis reddendæ, vel debitæ a marito pecuniæ ex alia causa, *l. adulterii, C. eod.* Et generaliter omnis præscriptio captiosa, elusoria, moratoria, quia, ut ait dicta *l. 28.* indignum est ut ultionem pudoris, id est, accusationem adulterii præstigia versuti juris excludant, præstigia, id est, captiones, & versutum jus, ut Horatius, vafrum. Quod autem versutum dici notat Accursius μεταφορικῶς a vestimentis, quasi & vestimenta versuta dicantur, quæ usu detrita interpolantur, & intervertuntur parte interiore reducta ad exteriorem, neque placet neque displicet. Nam & ἐκστρέφειν τρόπους pro mores fingere in novam formam, interpres Aristophanis ait dici ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν [illegible] ἱματίων, καὶ ἐκστρεφομένων, καὶ ἐκστρέφεσθαι ἱμάτιον ἀντὶ τοῦ ἀλλάξαι τὸ πρὸς τὸν ἔσω μέρος, ἔξω (Suidas male πρὸς τὸ σῶμα) quod in idiotismo tornare, aut variare. Porro ad exemplum supradictæ *l. 28.* cui tametsi excipiat tres tantum præscriptiones quas accusationi adulterii objicere liceat, tamen interpretatione jurisperitorum adjiciuntur etiam aliæ. Valde placet, quod ex Oldrado Albericus refert, quamvis in Gottica civitate Montispessulani, sive Montis puellarum a monasterio sic appellati virginum ibi Deo devotarum, rigor juris in exigendis debitoribus, qui se sub sigillo regio obligaverunt servari vulgo dicatur, præterquam si debitores objiciant exceptionem falsi, vel rei judicatæ, vel pacti de non petenda pecunia, nec ullæ aliæ exceptiones adjiciantur. Tamen & per exceptionem solutionis executionem præsentem obligationis, & per aliam quamcumque legitimam exceptionem sustineri aliquando recte judicatum esse. Sic vero Lutetiæ ubi venditorem equi actione redhibitoria teneri vulgo existimatur ex tribus duntaxat causis, si luxatus sit, si profluvio Attico, si suspirio laboret: dicebam & alias addi posse, si podagricus sit, si frequenter corruat & intermoriatur, forte & si per intervalla similiter in rabiem agatur.

CAP. XVI. *De vestis, ornamentorum, mundi muliebris legato quædam.*

ANademata licet partem corporis tegant ornamentis, tamen legatis potius quam vesti cedunt, *l. 26. de aur. & argen. leg.* Et ornamentis quoque potius quam mundo muliebri, quia ad ornatum corporis parantur potius quam ad munditias: nec ἀνάδημα igitur interpres Aristophanis *in Pluto*, ἀνάδεσμος, inquit,

γυναικεῖός κόσμος ὃ καὶ ἀναδέσμη λέγεται, nec interpretes etiam Pindari, Euripidis, Homeri, qui ἄμπυκα scribunt esse, κόσμον τὸν περὶ τὰς γυναικείας κεφαλάς. Contra fasciæ pedules, aut pedula vestis sunt non mundi, vel ornamentorum, *l.25. eod.* quas ut existimo Sudas vocat περίσκελίσι ῥάμματα in voce ipsa περίσκελις, & in ταινίαι, & novissimi dixere φασκίαι, atque inde vulgus Gallicum *jartiere*, quæ tamen appellatio fasciis cruralibus convenit magis: Latinos vero fascias dicere, quas Græci ταινίας. Idem interpres Aristophanis, simul & Eustathius in Dionysium. His & viri utebantur, ut Ganimedes quidam pedulis limbatis apud auctorem illum, qui sub Boetii nomine scripsit de disciplina scholarium, quo in opere displicent multa, & illud maxime quod de discolo, quæ vox neque Latina, neque Græca est, & δυσκόλος longe alius a Boetii illo discolo. Placet tamen satis mensurni pro menstruo usurpatio frequens, cum & Cyprianus dixerit divisiones mensurnas. Imo & Cicero annum, & mensurnum spatium 1. *de Invent.* ut & Priscianus ipse legit illo loco: Meretricem quoque idem Boetius nonariam, ut Persius recte, & nonariam accipe pro puella, æque ac nonnam. At redeo ad supradictam *l. 26.* ut anademata & mitræ tametsi corpus tegant, tamen ornamentis potius quam vesti cedunt, ita contraria ratione ait Paulus in dicta *l. 26.* quædam ex veste, quæ eo præcipue nomine sunt reperta ut corpus tegant, etiamsi magis ornatus quam tegendi corpus causa habeantur, vesti potius quam ornamentis annumerari. Hujusmodi forte sunt Ceæ vestes subtilissimæ, stamine & subtegmine contextæ, quas ut Solinus ex Varrone refert, Ceos insula in ornatum feminarum dedit, quibus tamen nullum neque corpori auxilium, neque pudori, λεπτὰ χλανίδια Dioni, διαφανῆ χιτώνια Aristophani, διαφανῆ λακωνικὰ LXX. interpretibus Esajæ 3. & in Ezechielem, Zachariamque τρίχαπτα, quia ut Hieronymus ait adeo tenues sunt, ut capillorum similes esse videantur. Rallæ aliis, his opposita quæ spissæ, & Phrixianæ Senecæ & Plinio.

CAP. XVII. *Ad l. 4. C. de malef. & mathem.*

DEfigere sortilegorum verbum, quod exposui 21. *capit.* 22. tum non memineram ex codice Theodosiano reponendum etiam esse in *l. 4. C. de malef. & math.* defixisse scilicet pro deflexisse. Quamvis Græcos ignaros & ipsos virtutis & proprietatis verbi, defigere, legisse deflectere vel distrahere satis constet ex Basilicis in quibus ita est, τὸν ἐπιδεξάμενον γοητείαν ἐλκυσθῆναι εἰς ἔρωτα τοὺς σώφρονας λογισμοὺς μηχανησάμενον, &c. & ex interpretatione κατὰ πόδας, quæ sic habet, ἢ ἐκείνων ἀδήπου ἁμαρτήματα καὶ τοῖς αὐστηροτέροις ἀξίως νόμοις ἐκδικητέα, οἵτινες μαγικαῖς περιβεβλημένοι τέχναις, ἢ κατὰ τὴν σωτηρίαν, μηχανησάμενοι, ἢ τοὺς σώφρονας λογισμοὺς πρὸς ἀσέλγειαν ἐπικαμψάντες φανερῶνται. Ea vero pars legis merito placet piis & bonis omnibus; at non certe quæ sequitur qua probantur amuleta, aut carmina contra grandines & calamitates frugum morborumve humanorum genera, quasi extra crimen sit omne quod salutis ferendæ gratia fit, quæ pars etiam abrogatur Leonis *Novel. 65.* & generaliter amuleta omnia quæ & φυλακτήρια dicuntur, & ἀλεξητήρια, & περίαπτα medicorum ἐξ ἰατρικοῦ λόγου, damnantur Laodicenæ Synodi *c. 36.* & Caroli Magni lege his verbis, *lib.6. cap.72.* ut a clericis, vel laicis Phylacteria, vel falsæ inscriptiones, aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus, aut aliis pestibus adjuvare putant, nullo modo fiant, quia magicæ artis insignia sunt. Et præclare igitur etiam interpres Aristophanis in Pluto σκάρνητα γοητευτικὰ appellat, addens in eos qui ea prodesse ægris existimant e collo forte suspensa, multo amplius pendere, aut desipere mentes quam qui eorum remediorum spe nituntur. Quin & sub Alexandro Severo legi apud Spartianum damnatos eos qui remedia quartanis tertianisque collo annexa gestarent, & sub Constantio apud Ammianum Marcellinum XIX. Nec igitur dubitandum, quin sint æque damnandi quales hæc fertur ætas tulisse quosdam, qui gestant annulos, quos Græci φυσικοὺς appellant, & φαρμακίτας, quos tamen eleganter nihil adversus calumniatores potest Aristophanes his verbis, οὐκ ἔνεστι δακτύλιον συκοφάντου δήγματος.

CAP. XVIII. *Ad l. Publia, deposit.*

USuram de qua agitur in *l. Publia, §. 1. depos.* quæ in singulas minas quot mensibus reddit obolos quatuor, constat esse bessem usuram, nimirum quia in singulas minas reddit quotannis drachmas octo, quam esse promissam ait, μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου, ut in *l. Seja, de usur.* donec omnis summa debita solvatur, & in *oratione Æschinis contra Ctesiphontem*, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν, quo articulo plerumque id agunt contrahentes, ut usurarum causa sit individua, quare obsignata parte sortis non ideo minus totius usuræ χωρίων, *l. tutor, §. 1. de usur.* non quidem etiam parte soluta volenti creditori. Et hoc casu igitur obsignatio pro solutione non est. Eam vero usuram, quæ in singulas minas quot mensibus reddit drachmam unam sive obolos sex, & quotannis drachmas XII. & pusillum si quid excurrit, æque constat esse centesimam, dico nec aliud esse ἐπόγδοον τόκον quam centesimam: addit enim quotannis octavam partem sortis. Quas vero ἑκάδας Aristophanes vocat in Nub. eæ videntur esse quinque centesimæ, puta quæ singulis mensibus reddunt vicesimam partem sortis, id est, quinque. Horatius, Quinas hic capiti mercedes exsecat, id est, εἰ κάδας: Vel potius εἰ κάδας δευτέρας intelligit, quæ sunt proximæ ταῖς ἔναις καὶ νέαις, id est, extremis mensium diebus quibus usuræ cedunt, in eadem *l. Publia, §. ult.* Item quos Trophimati X. scribendum, ut sit Trophimas nomen proprium viri cui Sempronii dederint X. in causam depositi.

CAP. XIX. *Cur actio in rem longo tempore adquiratur & amittatur, non actio in personam.*

CUr actio in rem longo tempore, longo inquam tempore cujus finis satis notus omnibus adquiritur & amittitur, non actio in personam? Solvitur, primum quia non tempus quidem proprie ullam actionem perimit, sed usus & usus igitur possessoris adversus dominum, non usus debitoris: qui enim usus debitoris, quo possit perimi actio quæ creditori competit? Et ex diverso quia usus cujus est causa naturalis, & perpetua præbet actionem in rem, qualis nullus excogitari potest qui quemquam ultro creditorem alterius faciat sine conventione. Obligatio nullius temporis usu adquiri potest, quo enim aut cujus rei usu? Dominium vel servitus adquiritur usu longi temporis, si modo is usus sit perpetuus, qui & perpetuus utique est si ex naturali causa consistat; etiamsi non sit adsiduus: Naturæ ordo certus & perpetuus est, naturæ leges certæ & perpetuæ, veluti Solis & Lunæ defectiones statæ, certæ, perpetuæ & immutabiles: quæ hominum fiunt opera, incerta omnia; & mutabilia. Foramen ut Paulus scribit XV. *ad Sabinum*, in imo pariete conclavis, vel triclinii, quod est proluendi pavimenti causa διὰ τὴν κατάκλυσιν, non est jus quod tempore vel usu legitimi temporis adquiri possit, neque jus obligationis scilicet, quia nullus subest usus quo obligatio quæratur, neque jus dominii, quia res nulla est, quæ usu nostra fieri possit. At forte jus servitutis: sed nec hoc quidem, quia etsi diu utar eo foramine, non tamen eo perpetuo utor, vel perpetuo uti videor, & omnes servitutes perpetuam causam habere oportet, quia qualitates sunt prædiis inhærentes: quod autem manu fit perpetuam causam non habet; quod natura fit, etiamsi

non adsidue fiat, perpetuo fieri censetur: Hinc fit ut ex fonte & flumine aqua naturaliter profluente, servitus aquæductus concedi possit, non ex lacu vel stagno vel piscina, aut lama, non ex cisterna. Nam & cisterna, ut Ulpianus ait *ad interdictum de fonte* perpetuam causam non habet: Stillicidii quoque vel fluminis immittendi servitus recte conceditur ejus aquæ nomine quæ de cœlo cadit, aquæ Jovialis, non ejus quæ manu nostra immittitur. Quamobrem etiamsi diu foramen habuero in uno pariete meo quo in ædes tuas effuderim sordes mearum, si quid ex ea re damni senserias, competit tibi in factum actio, & damni non facti stipulatio locum habet Pomponio auctore, *l. 29. de serv. urb.* qui & in alia specie utramque actionem dedit, *l.18. eod.* fortassis & Proculus in illa, si furnum secundum parietem communem vicinus habeat, quamvis nondum mihi damnum dederit. Sic enim de eo Ulpianus scribit. Proculus putat in factum actionem dandam, sed non proponit exustum parietem, sane enim quæri potest si nondum mihi damnum dederit, & ita ignem habeat, ut metuam ne mihi det, æquum ne sit me interim actionem in factum impetrare, fortassis enim & hoc, inquit, senserit Proculus.

CAP. XX. *Cur raptor & fur semper videntur moram facere in re furtiva restituenda: Cur item raptor rei immobilis tenetur in duplum, raptor rei mobilis in quadruplum.*

CUr raptor aut fur semper videtur moram facere in re furtiva restituenda, etiamsi nemo eum interpellet, ut *l.ult. de con. furt.* Solvitur: Quia plusquam mora, mora horum est, plusquam moratores, qui rem alienam pervaserunt aut subripuerunt, *l. penult. de vi & vi arm.* non est mora simplex, sed delictum, ut & si debitor servum quem debuit in fraudem creditoris occiderit: Mora quæ plusquam mora est, puta qua delictum vel crimen contrahitur sine interpretatione, in rem non in personam. Cur vero si res sit mobilis quam quis alii eripuit dolo malo, raptor tenetur in quadruplum, si immobilis in duplum, quadruplo illo scilicet vel duplo non adsumpto extra rem? An quia simplex æstimatio rei immobilis plerumque major & gravior est, quam triplex æstimatio rei mobilis?

CAP. XXI. *Communia quædam Atheniensibus & Romanis in exigendis debitoribus.*

QUod jusjurandum calumniæ nomine initio litis utraque pars præstat, & quod eodem nomine decimam litis publice deponi vel exigi, vel de ea sponsionem fieri, ut olim obtinuit, etiam hodie Justiniano placet: utramque Athenienses servasse indicat ille versus Aristophanis *in Nub.* πρὸς γὰρ σε ζῶντος οἷς ὀφείλων τυγχάνω, θεὶς μοι πρυτανεῖα. Verba sunt debitoris juratos creditores significantis condicere debitam pecuniam, deposita ut interpres docet decima parte litis, quam depositionem & παρακαταβολὴν dixere, & πρυτανεῖα quod in Prytaneo fieret ærario publico. Quod item legimus apud Gajum in Institutionibus, id quod in diem debetur ne eo quidem ipso die peti posse, quia totus is dies arbitrio debitoris permittitur, *§. omnis, Institut. de verborum oblig.* nempe ut eo die secum reputet, & deliberet utrum solvere, aut transigere, an creditori obsistere debeat. Idem ex more Atheniensium Aristophanes *eodem loco*, pridie Kalendas non exigi usuras pecuniæ creditæ, sed Kalendis, ἡ ἔνη τε καὶ νέα, οὐχ ἕνη καὶ νέα, qui dies totus tribuitur arbitrio debitorum, ἵνα χ' ἕτερᾳ ὑστέρᾳ πρὸ μιᾶς ἡ μέρας παραστάντες διαλύσωνται. εἰ δὲ μή, τῇ νουμηνίᾳ διαχάζοιντο. Quæ ratio etiam esse dicitur edendæ actionis, *l. 1. de eden.* Ut, inquit, sciat reus utrum cedere an contendere ultra debeat. Basil. ἀποχωρῆσαι αὐτὸν ἔχειν ἢ διακρίνεσθαι ἢ ἧττον ἐναγῶσαι, cedere & contendere adversa facit, ut Quintilin. 11. Hoc vitium est eorum qui nec cedere volunt, nec possunt contendere.

CAP. XXII. *An interdicto de rivis uti possit qui terrenum rivum quo usus est signinum facere velit.*

IN quæstione proposita pugnare videtur *l.1.§. sed quis, de rivis*, cum *l.3. §. 1.* hæc interdictum permittit, illa denegat. Et Accursii est in ea re nulla quæ satisfacit opera: mihi videtur nihil esse quod facilius expediri possit: lex illa 1. *§. sed si quis*, de eo loquitur qui rivo non indigente ulla refectione, eum ex terreno signinum facere vult, ut quæ sequuntur in ea hæc verba indicant. Non enim reficit qui hoc facit. Contra *l.3.* de eo qui urgente refectione, puta quod terrenus, ut ait, aquam non contineret, signinum vel cæmentitium rivum facere vult: utroque nomine signinum & cæmentitium, lapideum significatur, qui scilicet testa contusa, calce & arena continetur, quæ bacillis subacta fuerint, ut illo Boetii loco *in Top. Ciceronis* Paries fornicatus signinam fabricam sustinens: & Frontini 1. *de aquæduct.* Signino circumjacto continendarum scaturiginum causa. Nomen ductum a Signia oppido Campaniæ, ubi primum ejus generis structura cœpit, a quo & vinum Signinum Corn. Celso *lib.4.* & Aretæo ὀξέων νόσων 11. *cap. 3.* & in *cœna*, quæ extat in *fine Cypriani operum*, vinum austerum comprimendæ alvo utilissimum. Est & ab eodem oppido Signinum pyrum.

CAP. XXIII. *In judiciis bonæ fidei spectari subtilitates juris.*

ULpianus quem merito Modestinus κράτιστον τῶν νομικῶν καὶ σοφώτατον appellavit, in *l. si fidejussor, §. quædam, mand.* eleganter ait, in judicio mandati quod est bonæ fidei, si eo forte experiatur fidejussor repetens quod conventus est stipulari pro debitore solvit non disputari de apicibus juris, sed hoc tantum quæri, debitor is fuerit pro quo solvit, necne: ut si paret debitorem fuisse, protinus damnetur fidejussori reddere quod solvit, nec imputari ei possit quod non traxerit negotium, forte posita exceptione procuratoria vel qua alia moratoria, veluti formulæ non rite conceptæ, quia bona fides exigit ut est proditum in *§. ultim. Instit. de exc.* ne dum de exceptione illa disputatur, principalis actio protelatur, ubi de jure actionis & veritate liquet satis: verba Ulpiani hæc sunt: Non congruere bonæ fidei judicio de apicibus juris disputare: pro quibus Basil. οὐ συνάδει τῇ ἀγαθῇ πίστει τὸ λεπτολογεῖν τοῦ νόμου ζητεῖν, puta non congruere aucupia syllabarum, quas proprie & apices appellamus, non congruere exceptiones moratorias, minutias & juris nimias subtilitates scrupulositatesve, & quæ Comicus ἀκριβῶς λέγει σκινδαλμοὺς, καὶ ἀλινδήθρας, καὶ σκινδαλαμίδας, quæ tamen a judicibus olim in strictis judiciis facile admittebantur. His *l. unica, C. ut act. ab her. & contra her. incip.* opponit latitudinem voluntatis; sic enim est in ea legendum. Ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur: quæ ratio eadem fere est cum illa, quæ proponitur in *d. §. quædam*, & in *d. §. ult.* Placet & in hanc rem valde quod convenienter *l. ultim. ad exhibendum* Menander dixit, eum qui exactius intuetur, & observat verba legum calumniatorem esse, τὸν ὁρῶντα τοὺς νόμους λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται, vel dicito ut eleganter Theophylactus in *act. Apost.* τὸν αἰχμαλωτίζοντα τὸ γράμμα τῶν νόμων, ἢ τὸ ῥητόν.

CAP. XXIV. *De aqu. pluv. arcend.*

ULpianus in *l. 1. §. 1. de aq. & aqu. plu. arcend.* aquam pluviam esse ait quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit. Recte, ut Cicero, quæ de cœlo veniens crescit imbri: Definit enim simplicem aquam plu-

plarium. At mox ex Taborne addite, sive fe quæ cuiuſlibet noceat, ſive eum alia mixta ſit, ut offendat aquam pluviam dici non tantum eam, quæ per ſe *in terra cadit*, & nocet, ſed etiam eam, quæ pluvia creſcit, non tantum ſimplicem aquam cœleſtem, ſed & fontanam vel palluſtrem vel fluvialem vel *mixtam*, quæ cum mixta pluviarilis five exhelis aqua eam ſimplicem & vehementiorem faciat, & generaliter, ut ex Mucio idem Cicero refert, omnem aquam quæ pluendo creſcit, ut dicta *l. 1. §. hoc ſummat.* Ita Publius Tullii locum quod Bocrius ſcribit, ſi locus ex quo aqua pluvia vicino nocet naturaliter ſit, ut excipere aquam, & in vicini aquam deflectere, & ſtagnare poſſit, nimirum quæ loci ingenium & natura magis quam aqua nocitura eſt, creſſe affirmem aquæ pluviæ accendæ verſiſſimum eſt. Nec enim aliter hæc actio vicino competit, quam ſi immiſſa fuſo aqua pluvia vicino nocuiſſet, *d. l. §. hoc autem, & §. idem ajunt, & §. hinc etiam, & §. item ſummat*, niſi ſi quid agri colendi cauſa fiat, non animo deterendi vicino, vel etiam vel id fiat ſcienter & patienter vicino, ut *l. Labeo, eodem*. Qua ratione maxime fretus Tiſias nomine Demoſthenes contendit ob caulam falſi operis agri Pergæi, quod ſcienter & cautevicino vicino ſe ei non teneri actione in ædium, quæ Athenienſium lege conſtituta erat in minas x. in orat. *orat. Nicoſtrat.* Ut falſis operis agri pergæi videtur fuiſſe, qui eos fecit in ſuo, ſi pares fuerunt, ut ex eo opere vicino aqua pluvia noceat, quæ eſt formula actionis aquæ pluviæ arcendæ, *Cujacius, ad d. vicino* tenetur nocte. Nam *l. 1. §. Labeo*, eum teneri ait, ſuperiores autem quodammodo non teneri. At §. *ſiabeo*, non de quibuſlibet ſolet hoc ait, quos ſcienter & patienter ſe colendi cauſa, ſed de his tantum, qui *Varius* appellantur, quod ſcilicet flexuoſi, volubiles, & transverſi ſint, ut loquitur *Columella*, nec ſtant alia lege, quam ut ſalutari ingredi tandi cauſi: his plane contrarii quos *d. l. 1. §. Opilius*, directos vocat, qui recta pergunt in vicini agrum. Diſcretos qui faciunt non modo diverſo *ſtatore ſemine*, qui tortos & transferrios *transverſos*, ut in *l. 5. arb. fact. teſt.* Aliud eſt *ſemen tritico*, aliud *ſecundanum*. Itemque aliud eſt, *ſemen ſiligum*, quod ſit redire incidiose, aliud *inviſum* quod ſit redire dolo malo, ut eorum craſſius videatur.

CAP. XXV. *Ad certum caput legis Aquiliæ.*

D

TErtii capitis legis Aquiliæ hæc verba, Si quis alienum ſervum damnum faxit, quod uſferit, fregerit, rupe rit injuria, *l. 27. §. certio, ad legem Aquil.* non ita exci pienda funt, ac ſi ruptum etiam non ſit quod frathum, vel ulterit eſt, ſed quod ut Ulpian. in *§. 1. supra*, ſolent audores legum, & alii pleryque omnes ſpeciali ter quibuſdam enumeratis generale verbum ſubjicere quo ſpecialis complectantur, quod eſt Græcis, *τὸ ἀμφοτέρων ἐν τῷ γένει ἐνόντων*, quem tamen ordinem verborum non ſervat Pomponius in *l. 30. ad S.C. Trebell.* Imo longe diverſum, *ἐν γένει τὸ λοιπὸν ἐν τῷ κατὰ μέρος* tranſitum faciens, hoc modo ruperit, vel fregerit, vel uſtcrit, & ad hoc ipſum ſane legis Aquiliæ reſpicientes caput ut Tertullianus *lib. de Virg. vel.* aliquantulum generali ſubiici ſpeciale, quia grius eſt. Porro verbum *rupere* E fere omnes veteres ſic intelleXerit ait Ulpianus, corrupterit: qui & in *l. qui tabulas, §. ſallem. de fart.* rupiſſe videre eum qui corrupit. Verum ſcientes nonnulli interpretes *xxii.* tabul. qua parte ſcilic. de damno injuria dato loquuntur. Nam & huic rei fuit *xxii.* tab. ſanctia certa pœna, *l. 1. ad legem Aquil. §. ſem ſine dolo, l. 26. de dolo, & alt.* uſurpato etiam ſimili verbo *rupiſſe* ſcilicet pro damnum dederit, rupiſſe & rupiſſe pro damnum dederit, ut ſubreptio pro ſubripuit, nogotio legerim libenter in *l. 29. de pec. leg.* Quid interreſt conſervum vulneret, an ſcindat aliquid vel frangat vel ſubripiat. Nam & ſic Ambroſius *contra Symmach. Argumenta non deſunt quibus & hæ decreta*

A *confirment, & aliorum ſubripiant (ſic in vet. lib. legi) & labefactent ſcita: & verus lex Attinia, quod ſubripuerit erit, ejus rei æterna auctoritas eſto.* Adjicit idem Ulpianus in *§. eum ex*, vinum effuſum ex acetum factum, vel conſpurcatum etiam rupiſſe appellatione continetur, & vinum ſpurcum non aliter dicit, quam ſpurcum aquam in *l. 3. de aq. pluv. arcend.* Ergo non id tantum quod aqua colluvione infuſcatum eſt, ut Plautus loquitur, ſed etiam quod aqua aut Labeo, quod igne factum eſt, quod mutatum, nondum deformeſtatum eſt, cuique deſtruxit inuchum eſt: dicitur *gravatum*, vel quodcunque aliud ſpurcum vel *vitium*, ut eſt in Baſilicis. & quodcunque aliud *corrupit*, ut interpres ait Arillophanis *in Plut.* Quibus verbis ipſi ertasi apud Sudam *τὸ ἀπολωλὸς καὶ τὸ διεφθαρμένον*. Ita *ἀπολωλὸς* B *καὶ διεφθαρμένον*, pro *συκοφαντία*. Et quem preterea adducit locum Sudas, *ἐν κατασκοπῇ ἀπολωλὸς*, in his verbis interpretatione *Lex.* videtur eſſe in Eſaiam, *c.1.*

CAP. XXVI. *Ad l. 27. §. ſi quis, de fart.*

QUi in *l. 32. §. ſi quis, de fart.* maluit Ulpianus dicere *qui ſpem vendit*, quam radicis, ut vulgo loquimur, vel feminis cauſa vel ut luſtinus loquitur, ad prima fecundinum, non dico fœtus cauſa, quæ nunc locutura eo nomine ſignificatur? An quia *ſtis* non nominis pudor adeſt, quo proprie ſignificatur virius genitale, *ἀποτροπῆς ἕνεκα* nominis, in cum dicunt, *τὸν ἀφανῆ τὸν ἀφανῆ* C *τὸν αἰδοῖον τὸ τῶν γυναικῶν*. &c. Et Lucianus *in meretr. τὸν ἀφανῆ τὸν αἰδοῖον τὸ τῶν γυναικῶν*. Ipſe autem illius ſi quis affinum, vel equum meum cogerit & in equos fuas *ſpem vendit*, ut eſt in Baſilicis, admiſcrit: Ulpian. ut furtum non tenet, nili furandi quæ cauſa habuerit, & Hagiotheodoretus notat redſtillime furandi animum habuiſſe videri eum, qui toto admiſtura idono tempore emptum vel donum alienum detinuit, equum quia generoſum ab equinoctio vernæ ad kalendas, affinum a folſtitio ad æquinoctium autumnale, ita ut dominus non poterat & ipſe ei fabricere equos ſuos, nec aliud hoc caſu furti ſibi argumentum quærendum eſt, nec ſi vero intra admiſture tempus equum dominus vel alium reddiderit, quo ſe in hanc rem uti non invito dominio ſibi putaverit mortus, ut *l. 77. eod.* Conſtitiverat, ita ut domino ſit in integro eram eum equabus ſuis fubjicere: *hrs, quos, τὰ συνεπόμενα καὶ ἐπιφερόμενα λεγόμενα ἐν ἑκάστῃ ἐπιγενήσεσθαι τὰ ἀκόλουθα δυνάμει*. nec ex ea re quidquam danni dominus ſentiat, hoc caſu neque furti actione domino tenetur, qua furandi animum non habuit. Certe nec in fabrum, quia ex eo damnio nihil attulit damni: Si quid eram attulerit, equo forte in cuiu defectu parte virium, aut mortuo, profecto in fabrum actio non denegabitur, furti interpretabitur, *ἐὰν τὸν ἐπιβαλόν*, *qui damnis ex actu ἐξ ἔργου* propter exiſtimationem & ſpem quam habuit non integratam eam rem domino fore.

CAP. XXVII. *Ad l. 33. & 34. de furtorum ſignificatione.*

QUi in titulo *de furtorum ſignificat.* *l. 33. Paulo ad legem Juliam & Papiam*, eum pato non ex tertio eſſe, ſed ex ſecundo, ſicut *l. 134.* Aliquam Triboninus perturbaſſet ordinem librorum, quem ubique alibi obſervare ſervat, præſertim ſemper priores libros Juriſconſultorum, aut quæ ex eis excerpſit poſterioribus. Et hoc quoque ſtadet ipſi de auctoritate ſua vel auctis tredtatio definitionem huiuſmodi, ut non ſtatim qui natus eſt, & factus amicus vivendatur, ſed extremo demum die revolvendis annis, non expleto quidem, ſed & inchoato, quia ut Paulus ait annum civiliter non ad momenta temporum, ſed

A *ſed ad dies numerandus. Ad quem locum quod adnotat Acurſius civiliter, ad eſt, ſecundum conſuetudinem loquendi, maxime probo, quod ſcilicet id ita Paulus ſcripſerit *ἐφ᾽ ὅσον*, ut Ariſtoteles loquitur 3. Polit. cum ſcribit de definitionem civis a quibuſdam conſtitu *constituta*, ut ait, *τὸν πολίτην*, vel *ἐκ γένους* & interpres Ariſtophanis Achernicidis *τοιοῦτον*: loci libros Achariſenſium. Nam & idem Paulus pari ratione fabricit ex ufu loquendi, nimirum annisculum amiti eum, qui extremo anni die moritur, non qui extremo momento anni, ſed qui extremum diem ſuæ vitæ complevit, perinde ac nodum excidit, quia tunc dies extremus computatur, *l. 6. & 7. de obſequ. & obſequ.* Ita ut quod toto illo die civiliter computato contigerit, quamquæ ex XXIV. horæ, pro eo habeatur, ac ſi illius diei extremo momento contigiſſet. Et reſte igitur Cinlerius dixerit, liberi natalem non ſpectare, in his verbis, horis a media nocte ad proximam mediam noctem numerantur. Addit Paulus & ratione eadem hoc ſermone aut diem x. Kalendarum non ſignificari diem undecimum, ſed decimum tantum qui *postridie* ſive more Romano, ut item ait, *Lamare, de feriis*, ante lucem decimum incipit a media nocte, diem pro luce, ut *l. 2. de verborum ſignificat.* Ante diem igitur decimum Kalendarum. i. ante lucem decimum, ſicut *l. 33. de verb. ſignif.* Ante Kalendas *septembres* fuit locuta apud illuſtrem Kalendis proximæ, de ipſo Kalendarum feliciter initio a media nocte ante ſolis ortum. Hoc item ſtatuens, Publium non potuiſſe dicere, quod ſcilicet non ſignificari dies undecim, ſed decimum, vel qui poſt lucem decimam ſequentis noctis media porte ſtuitur, vel qui poſtquam dominus dies decimus a media nocte ſequenti quoque definit media nocte: qua ratione fere & in Evangelio poſt tres dies five poſt tertium diem, non eſt die quarto, ſed tertio, qui ſecundum more Romano a media parte noctis inſequentis diem ſecundum incipit, & quo ineunte Dominus & Sofpiator noſter JESUS CHRISTUS ex lepulchro reſurrexit: Quæ nunc & omnibus annis revocatus tanti beneficii memoriam populus Chriſtianus in eccleſia ſolebat olim die feſto celebrare, & ſolemnia & ſolaris hominis Deum expectans orare & pervigilare in medium ufque noctem, ac tum quaſi capta jam tertia die dominoque reverſo acclamare, Dominus reſurrexit. Sic certus Verbo, poſt dies dies ibidem non tres, ſed duo tantum dies ſignificantur, unus expletus, alter inchoatus, ut poſt duos dies ſit, poſtquam veteres ſecundum dies ſicut poſt tres dies, poſtquam veneris tertius dies.

CAP. XXVIII. *Certis judicialis de perſequendo furto qui eſt in fuga.*

CAutionis de requirendo, perſequendo, reducendo homine, qui eſt in fuga, quam is unde petitur, petitori cavere debet vel de reſtituenda æſtimatione, ſi mortuus ſit *in dr. de reſtit. ſignat. l. 10.* Ita Theophilus, quo ex Græcis talis tamque eruditus interpres neuo, exemplum apponit ex *l. 21. de rei vindic.* de ſervo qui cum per judicem petitorem a bono fide poſſeſſore ſine culpa ejus fugit poſt litem conteſtatam & ufucapius eſt ab eodem poſſeſſore ante rem judicatam, quo ejus abſolvi poſſeſſorem petitori cavetur de ſervo perſequendo & tradendo petitori vel æſtimatione eius, qua eſti eum ufuceperit, tamen adhuc reſtituere & tradere debet, quod verum ſit tempore litis conteſtatæ cum hominem adhuc fuiſſe, *l. 18. eod. tit.* has vero conditiones imponi abſolutioni poſſeſſoris, ideo Theophilus ſuggerit air, ne ſe petitori prorſus inanis & inutilis actio in rem, *ἐπεὶ μάτην ἀνάγκη γίνεται ἡ ἐπὶ τοῖς πράγμασι ἐνέργεια*: Sic ferbendum, ut apud Joſephum in *vita ſua*, *ἄγραι ἀνάγκαι*, agros inſtruftuoſos, & Euripidem in *Hippolyto* *ἀνάγκη* A *τὸ πάντων μάτην, τρόπου ἀνάγκη*, cunderque in *Thoſſo*, *ἀνάγκη ἐπιβάτου τὸ πλοῖον*, *ἀνάγκη τρόπου*. Hoc vero de cautione illa perſequendi ſervi, quod addidit Theophilus ad priorem partem dicit. *l. 21.* etiam ex contrario poſſeſſor pars fuiſſem legis ſatis judicat, dum ait, poſſeſſorem, ſi ſervum noxium ufuceperit abſolvendum eſſe ſine cautione ſuprædicta de perſequenda ea re, & confirmat *l. 21. §. ultimo, de reiſt.* Certum ratione eadem, ne fidiicet actio prorſus *irrita* ſit, cavere reum debere de ea re reſtituenda, ſi quandoque in poteſtatem ejus *reverſus fuerit*, ut *l. 21. §. penult. eod. tit.* Et eam rem dicit, ut *l. 21. eum ſervus, de legat. 1.* pro homine petito, ſicut eam rem, pro nave, *Lamatorio*, pro *ſtamine*, *de pig. act.* & pro poſſeſſione, *Lam. de ſervit.* & Varro, *de re ruſt.* pro meſſatio.

B

CAP. XXIX. *Ad l. 12. de decur.*

EX *l. 12. de decur.* duo petiſſimum notanda ſunt, redibus jus eſſe fuſtum & figillorum in eos tantum qui ut uteniſia negotiantur & vendunt, quæ ſcilicet peregrina, tum ad cultum, tum ad victum curioſum neceſſaria ſunt, ut *l. 2. de mun.* Utenſilia dicit quæ Plato *παρασκευαῖα σκεύη* vel *σκεύη*. Id vero uris erisem Aquinatem teſtatur his verbis, *ex vocabulo συκοφάντου ἐπιγενήσεσθαι τὰ ἀκόλουθα δυνάμει*. Et Suidas *τὸν ἀφανῆ τὸν αἰδοῖον τὸ τῶν γυναικῶν*. Ipſe autem illius ſi quis affinum, vel equum meum cogerit & in equos fuas *ſpem vendit*, ut eſt in Baſilicis, admiſcrit: Ulpian. ut furtum non tenet, nili furandi quæ cauſa habuerit, & Hagiotheodoretus notat redſtillime furandi animum habuiſſe videri eum, qui toto admiſtura idono tempore emptum vel donum alienum detinuit, equum quia generoſum ab equinoctio vernæ ad kalendas, affinum a folſtitio ad æquinoctium autumnale, ita ut dominus non poterat & ipſe ei fabricere equos ſuos, nec aliud hoc caſu furti ſibi argumentum quærendum eſt, nec ſi vero intra admiſture tempus equum dominus vel alium reddiderit, quo ſe in hanc rem uti non invito dominio ſibi putaverit mortus, ut *l. 77. eod.* Conſtitiverat, ita ut domino ſit in integro eram eum equabus ſuis fubjicere: *hrs, quos, τὰ συνεπόμενα καὶ ἐπιφερόμενα λεγόμενα ἐν ἑκάστῃ ἐπιγενήσεσθαι τὰ ἀκόλουθα δυνάμει*. nec ex ea re quidquam danni dominus ſentiat, hoc caſu neque furti actione domino tenetur, qua furandi animum non habuit. Certe nec in fabrum, quia ex eo damnio nihil attulit damni: Si quid eram attulerit, equo forte in cuiu defectu parte virium, aut mortuo, profecto in fabrum actio non denegabitur, furti interpretabitur, *ἐὰν τὸν ἐπιβαλόν*, *qui damnis ex actu ἐξ ἔργου* propter exiſtimationem & ſpem quam habuit non integratam eam rem domino fore.

CAP. XXX. *Effectores & expilatores.*

IN *titulo de effectoribus & expilatoribus*, effectores non hi tantum dicuntur puniuntque qui effringunt carcerem publicum quo inclusi tenebantur: ſed & qui ſcalerata vi aditum aut ad villas alienas, hortorum, cellaria, armarium, arcam fuandi cauſa: Et expilatores non qudem qui expilant hereditates, de quibus eſt titulus, quas hanc proxime ſequitur: ſed qui effringis & expugnatis ædibus, tabernam, aut ville alienæ inde res alienas egeſſerunt, ut plane vix ſint quorum effectores quis & expilatores. Sunt utrique conjunctim *l. penult. ad legem Juliam de vi publ.* & Suetonius dum ait, Neronem conſueviſſe nocta tabernulas effringere & expilare: ubi quod ſubjicit, Quintana domui conſtituta, ubi parte & ad lectionem dividendis prædæ pretium adfumeretur, ſic libenter emendaverim, Quintana domi conſtituta ubi parte & ad lectionem dividendis prædæ pretium adfumeretur, ut ullo T. Livii loco 21. Partitio dividitiſque reliquis prædæ. Sed expilatorum nomine minus certum ſentitur

quentur lanarii, carinatores qui in via noctu vestimentis homines foediant, quos etiam Aristophanes in Pluto jungit, effractarios sive κιμβωτιοῦχους, quasi cognatis contumeliosae. Certe pro expilatores Basilica habent, *si qui subjungunt subditivos*, quos sed verbo alii *κενοβατοῦντας*. Aristophanes in *Ranis*, *κατατίθεται τοῖς ἐσπέρας τὰ σκεύη, qui arcularios suppositos pone*. Quod loco & expilationi jungit vectura, luxuriis & inceris redde, ut Suetonius *Lupanaribus suis* Neronem redeuntes a cena verberare, & repugnantes vulnerare eleganter demergere adsuevisse. Et ne Cicero Upsalam in Italia fecit, magn. ristrum, noctu fulcos tempore nova nupta domum ejus per alium deducta erat redeuntem a cena juxta Tyberim periisse, domesticum forte in Tyberim. Solvet enim ubique in civitatibus ejusmodi homines graffari noctu, & a cena redeuntes obtervare, stupare, nudare, cedere. Plautus *Stichi*, Non ne fas quemquam alienatur homines nobis hic in via. Aristophanes in *Acharnensibus*, *si τις ἐγχρῷ τὸν λίθον τὸν βροντῶν ὑπέρχεται ἐμοὶ κακῶς ἀποκρινόμενος τὸν κεφαλὴν*. Et vero, tempore & Senatoribus Equitibusque Romanis, a cena ita solitos redeuntibus qualibet vestitu uti, quibus interdiu non nisi togatis in publico conspici fas erat, decreto Adriani, ut Spartianus scribit. Porro cena crepusculo vel noctu agitari solebat. Cornelius Tacitus I. *hist.* redeuntem a cena Othonem supra forum, nisi incerta noctis timuisset. Gellius 15. Euripides rediens noctu a cena Archelai regis canibus inanibilis dilaceratus est. Cicero *pro Cluent.* Utrores fuit a cena redeuntes ex ea noctu. Aristophanes in *Vespis*, *ἐπειδὰν ἐκ τοῦ συμποσίου ἀπίωσιν ἐπὶ τὰς οἰκίας*. Idem, *ἀπὸ συμποσίου οἱ μεθύοντες τὸν κεφαλὴν ἀποστρέψαντες ἀπὸ τὸν οἶκον*. Hinc addi velim ad cap. 31. *Obfervant.* 15.

CAP. XXXI. *Ad tit. noct. cauop. ftabul.*

GEneri hominum qui male audiunt omnium maxime propritus titulus datur in Digestis (hi funt nautae, caupones, ftabularii) quo fere omnes duos in eos praetor proponitur actiones. Prior eft in factum de reorpto, ut nifi rem vel mercem, quam ab his quis in navem vel cauponam vel ftabulum intulit, falvam fore & damno omni cuftodiendam receperint, reftituant, damnumve abftinho quanti ea res eft: & hoc judicio quidem, quod ad nautae magiftrum vel cauponem ipfum, qui & exercitor navis five nauta per excellentiam ex fuo contractu, & ex contractu magiftri navis : imo & ex contractu cujuflibet nautae, qui modo publicitus aliquid commicti paffeit : navicularius ipfe vel magifter, cum & ex contractu eorum fi quid fore falvum receperint, qui folent in navis cauponam cuftodiae caufa, quales funt diurarii, quorum fub cura cubicula & cauponas, ubi aere & merces deponuntur (hac funt quae diarae dicuntur in navi non minus quam in domo, ut ex Athenaei 5. intelligere licet) quales etiam, ut Ulpianus ait, *l. 1. navicularii*, qui Sudae *κατάγωγοι τοῦ πλοίου τοῦ πλοίου κατωτέρω*. Quis exercitor vel magifter, qui diurarios vel *receptatores* praeponit, ut ante cum his contrahi permittit, atque adeo teneatur ipfa praepofitione fola ; five non fecerit *χειρόκτωρ*, five fecerit, quod eft ? tradition fibi rem aut mercem illatam non receperit in manum cuftodis aut diurarii, quafi averterea fe cuftodiae periculum, idque omne in illum transferens, & quodammodo lege praedicta, ne ipfe quidem vectori ita receperit. Vulgato nauticorum vox eft *χειρόκτωρ*, ficus meffarum *χειρόκτωρ*, id eft, *βαλάντιον*, teffe Mafchopolo in libro *περὶ σχοίνων*. Et contractu vero auctarum exterorum, remigum puta, vel mefonautarum, exercitor non tenetur. Nec enim debet, inquit Pomponius, per remigem aut mefonautam obligari. Tres funt remigum gradus, *θαλαμῖται*, *ἀμφίτται*, *ζυγῖται* vel *ζευγῖται*. Et hi ftiliotes in medio remos agunt ac funt mefonautae, nec judicio ! generi enim Pomponius fubjicit fpecies item ait, remigem aut mefonautam, A aut certe fuperiori & inferiori remigi adjungit etiam medium, Non probo, quod alii mefodiarium effe *τοῦ τριήρους*, non quod alii mediaftrionum fimiles qui cauponae vel ftabulo deferviunt. Mediaftini funt, mediaftini fine & nauta, de Julianus loquitur *Novell. 89.* veluti atriani, focarii, *l. 1. §. 5. cauponis*, qui ad focum adferunt ligna, qui de balneis prunas, qui cibum coquunt, qui balnea curant domitio, fundunt aquam, lavant, reungunt, diftringunt & expolunt corpora dominorum. Quamobrem & *ὑποχύτται* dicuntur & balnei aquarii, qui aquam plurimum, maxime apud Julium Pirrinum balneatoribus ministrantes, qui 8. 29. 30. 31. Homines, inquit, ftulti balneatores medaftinos & aquarum miniftros. Forum igitur non eft artificium certum, fed miniftrium, *l. 1. de op. pub.* Ab B quod tantum abeft, ut fit vile, ut honorificum plerumque habeatur in civitate ubi eft domus, *l. 5. de mun. nauli.* Sed pro mediaftinis habent *οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν παλαιστάς*. Ab his vero longe diverfi mediaftini. Cetera noctium fylva tituli affio eft etiam quafi ex malefico penalis in duplum actionis natura, congruit fabularios ad legis Aquiliae vel furti actionis exemplum, de damno quod in ea data aut furto, quod in navi, caupona, ftabulo, vectoribus aut viatoribus ftetterint hi quorum opera navem, cauponam, ftabulum exercuerunt, five libri fuerint, five fervi alieni, quia petitio fuo nomine quam utuntur. Et non folum de nauta id fecerunt, fed & fi nauta qui erant fimul & mercatores, vel nauta & vectores, ut qui pro vectura remos ipsharum, *qui navem vocat ad remigium*, *l. navis*, nec C *mediaftini*. Hi enim aut vectores funt aut nautae, non nautae vectores. Ideo autem vectorem five *τοῦ πλοίου* ftatuit & mercatorem, quia polfit quis effe nauta & vector, nec tamen effe mercator. Quamobrem & in leg. Rhodia cap. 22. *navem ſupantur aut vectorem*. Et ita interpretes quidem vendarum, quae *ἐπιβάται*, *ἐπιβάτοι*, *ἐπιβάται*, *ἐπιβάται*, *ἐπιβάται*, *ἐπιβάται*, *ἐπιβάται*, propriae dicitur Barbae & ibi quoque ut puto loci necesse, quae *ἐπιβάται* fuerint, negare fuit meretricum ut apud Homerum fuge aliena vellus navi, *ἐπὶ νῆα πόλιν, τὸν ἐπὶ νῆα ἐπιβάται*, quo nomine iter mpritimum fignificatur. Et ita ftatuit furti quidem auctore Ulpiano de eo qui datae actio in factum praecipue exponitur in *l. 1. fur. adverſ. naut. caupon. ſtabul.* De damno vero in *l. 1. §. navic. caupon. ſtabul.* Et de utroque, D ideo fuo cuique proprio titulo feorfum a generali de furtis & de lege Aquilia : quia longe graviores eft tum de furto & damno in factum oblato, quam de furti & damni injuria utiles actiones quae ex fuflo aliena in eas duntur quorum nulla injuria, nullum maleficium eft, ille quae in generali titulo ex fuflo proprio.

CAP. XXXII. *De interpretione profeſſionis.*

INterruptio profeſſionis cuique temporalis quae ab Harmenopulo definitur, *quod ſpe damnum*, *l. 1. ut qui ne ſpe ſpe ſpe

CAP. XXXV. *Ad leg. venditor de act. empt.*

QUia stipulationem vel cautionem interponere dicitur non tantum qui stipulatur, ut *l. pater, in fine, de dot. praeleg.* sed & qui stipulanti promittit, ut *l. si ad defendendum jud. sol.* quod verbum stipulanti etiam commune fit, ut *l. si non fortem, §. si 10. de cond. ind. l. ult. de adminisl. rer. ad civit. pert. l. 7. de eo quod cert. loco, l. 39. de cont. empt. leg. 5. §. penult. de solut. l. 112. §. ult. de verbor. oblig. l. 4. §. item quaeritur, de dol. except.* vel fatente Isidoro qui *lib.* 10. stipulari ex verbis Jurisconsultorum ait esse promittere (qua ex parte insuftatior ea verbi significatio est) ideo ambigitur damni infecti stipulationem interponere utroversum audiri atque accipi oportet in *l. venditor, de act. empt.* An quod Odofredus opinatus est, ita ut venditor aedium quae vicini aedibus damnosae imminent vicino postulanti promittere debeat damni infecti, ne emptori teneatur, si ob cautionem a venditore non praestitam vicinus missus sit in possessionem aedium venditarum, atque ita culpa venditoris acciderit ne traderet emptori possessionem vacuam, ut *l. 2. §. 1. eodem titulo.* An vero ita, ut post venditionem & ante traditionem aedium venditarum si dolo vel culpa & negligentia sua venditor non exegerit a vicino cujus aedes vitiosae erant, cautionem damni infecti, & forte aedes vicinae in aedes venditas deciderint, damnum omne ad venditorem pertineat, eoque nomine emptori judicio empti teneatur in id quod interest, quod confirmat *l. 18. §. emptor, & l. 38. de damn. infect.*

CAP. XXXVI. *Jus publicum & privatum.*

JUris publici quod Ulpianus consistere ait in sacris, sacerdotibus, magistratibus, partes sunt jus Pontificium, jus feciale, jus augurium, jus flaminium, jus senatorum, jus inquam feciale quo belli aequitas (ut M. Tullius ait) sanctissime perscripta est. Et jus flaminium aeque ac Pontificium cujus utriusque Anchisem & Aenam fuisse peritos Servius Virgilii interpres ait. Jus autem augurium dico ut M. Tullius in Cat. Majore, scientiam juris augurii. Sic habent vetera exemplaria, ut Gellii 1. cap. 12. ex M. Catone, si volo jus augurium optime tenere, & 6. cap. 6. Cum de jure augurio quaereretur, & *ultimi, cap. ult.* Super jure augurio, & pontificio. Jus quoque senatorium partem esse juris publici nominatim Plinius scribit in *epist. ad Aristonem lib. 8.* Privatum autem jus etiam publicum appellari numero saepius fateor, sed diversa profecto ratione, nec enim quod ad statum ipsius Reipublic. popul. Romani potissimum spectat, quod respicit ad utilitatem & statum singulorum, sed quod eo jure in privatis causis & rationibus publice omnis populus utatur, quodve omnibus positum id fit, non privatim singulis, ut jus quod ex conventionibus oritur, vel ex testamentis, vel privilegiis, sicut Aggenus Urbicus privatos agros etiam publicos dici, quod publico tributa & vectigalia pensitant, πρὸς ἀναδοχὴν eorum qui nihil pensitant, etiamsi non sint propria Pop. Romani: idemque eleganter Publicum cum privato esse consortem, quia dum privatus laborat in proprio, & tributum publico, & sibi alimoniam arva excolendo procurat.

CAP. XXXVII. *Ad Justiniani Novel. 106. de usuris nauticis.*

QUemadmodum justi dies qui dantur judicatis (ii erant 30.) si ante rem judicatam in mora debitor non fuerit, immunes sunt a dependendis fructibus & usuris, *l. 3. ff. de usurp. l. 13. C. eod. l. ult. §. penult. C. de usur. rei jud.* quia cum humanitatis causa indulgeantur, *l. si cum militi §. ult., de compensat.* & πρὸς [illegible], ut Graeci ajunt, omnis inhumanitatis expertes eos esse par est: ita vero Justinianus *Novel.* 106. Trajectitia pecunia mutuo data periculo creditoris, & discusso periculo, ut puta nave reversa salva, dies 20. quos debitori indulget conquirendae, & solvendae pecuniae causa, merito vult esse prorsus immunes a dependendis usuris. Post dies autem 20. non solutae pecuniae usuras currere, non quidem nauticas, quia periculum desiit esse creditoris, ut *l. 4. in pr. & l. 6. ff. de naut. foen. l. 1. Cod. eod.* sed communes, id est, besses, quarum finem in aliis quam trajectitiis pecuniis idem Justin. *l. penult. C. de usur.* negotiatores transcendere vetuit. In trajectitiis modo usurarum coarctato ad finem centesimae usurae, quem tamen finem quasi mutata sententia excessit supradicta *Novella 106.* in qua trajectitiae pecuniae permittit usuras longe majores centesimis usu receptas. Nec tamen in ea sententia perseverat; sed quod attinet ad modum nauticae usurae in *Novel.* 110. derogat supradictae Novellae restituta definitione *d. l. penult.* non ut opinor, quod attinet ad dies 20. debitori indultos humanitatis causa: utraque scripta est Joanni PP. verum priori per posteriorem derogatur, non abrogatur; in interpretatione autem prioris veteri citra culpam interpretis obrepserunt duo gravissima errata, in ipso statim principio, duo isti erant; pro docuisti enim, in *§. penult.* & mutare, & mox mutuum in terrenum transponere, pro & mutuare mox mutuum & in terrenum transponere: hic enim est sensus, discusso periculo, transactoque veluti justitio illo 20. dierum, jam mutatitiae pecuniae non currere nauticas; sed mediterraneas tantum usuras, denique verti foenus nauticum in mediterraneum.

CAP. XXXVIII. *De instrumento textorio legato.*

INstrumento textorio legato ex Lucretio dicam contineri laevia quae appellat insibilia, vel insubula, quae Philoxeni Glossae docent Graecos vocare [illegible], textores Galli proculdubio voce Latina proprius *ensouples*, contineri parvos fusos quos iidem τυγανα, id est, tubulos confectos ex arundine quibus subtemen involvunt, eosque medios radiis inserunt simul, & radios acutos, quos Navicellas vulgo, & sonantes scapos quos vocant *les Chasses*. Dicam etiam contineri arundineos pectines & pedes texturae, qui vel duo sunt vel quatuor, & cetera omnia instrumenta de genere eod. imo & textores servos per quos paterfamilias textrinum exercuit, exemplo legati Pistorii, aut Balneatorii instrumenti, quo continentur etiam pistores, *l. 18. §. 1. de instru. vel instrumento.* exemplo item balneatorii quo etiam continentur balneatores, & fornicatores qui balnei caminum succendunt, *l. 13. in fin. & 17. §. ultim. & leg. 14. eod.* ubi fornicator, non fornacator, sicut in *l. 27. ad legem Aquiliam* fornacarius, non fornicarius. Adde etiam exemplum instrumenti piscatorii ex *d. l. 17. §. 1.*

CAP. XXXIX. *Mandatum fieri sine scripto.*

MAndatum dari & suscipi non ex scripto tantum posse; sed etiam sine scripto verum est: Imo & propius mandatum dici, quod ex non scripto fit, quod verbis, ut est apud Salustium in *Cat.* non literis datur, ac proinde separare recte saepius Ciceronem litteras a mandatis. Tua, inquit, mihi mandata diligentissime exposuit & litteras reddidit. Mihi praesto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis: & Justinianum nostrum *Nov.* 112. illo loco, ἀπὸ ἐγγράφων, ἀπὸ διὰ μανδάτων. Nec novum hoc videri debet, nam & per nuntium ab alio aliquid adferentem, vel per epistolam ex scripto scilicet mandatum dari dicatur, *l. 1. mand.* Tamen & epistolam dixerim non male, ut Ruffinus ad Joseph. 7. *de cap. jud.* Mandatum quod sit fide & verbo nuntii solo, non quidem anno solemni (quia hoc negotium nudo contrahitur consensu) sed quocunque verbo precario, rogo puta, vel peto, vel volo, vel mando, si & subsequatur recipio ut *d. l. 1. l. rogatus, eodem, l. quidam, de hered. instit. l. 1. §. excep. quar. rer. act. non detur, l. 24. de fidejuss. l. 16. C. de negot. gest.* & apud Virgilium, Orans, inquit, mandata dabat: quae omnia verba sunt precaria, non directa.

CAP. XL. *Donationem remuneratoriam non indigere insinuatione.*

QUod Bartolus colligit ex *l. penul. §. ult. de donat.* donationem factam remunerationis causa non indigere insinuatione, etiam si ex eo loco male colligat: tamen esse verum vincam ex initio *Novel.* 118. quae ideo ait non esse necessariam insinuationem donationis propter nuptias, quia pensatio est, sive remuneratio, aut scoma dotis, vel ut ait *l. ult. C. de donat. ante nup.* [illegible] potius quam simplex & mera donatio, [illegible] non [illegible]. Qua ratione etiam verum est donationem remuneratoriam non contineri lege Cincia, quae donationibus modum imposuit: lege Cincia, inquam: nam lege Papia ad exemplum dotis contineri non negarem. Porro non teneri etiam donationem propter nuptias existimo constitutione Constantini, quae agnatione liberorum donationem infringi voluit. Donatio autem propter nuptias tametsi ex supradicta *Nov.* 118. insinuatione non egeat, neque ex parte viri, neque ex parte mulieris, tamen ex *Nov.* 127. quae postea secuta est, insinuatione indiget ex parte viri: veum non tam ut valeat quam ut ex monumentorum gestis quasi fide publica probari possit conventio nuptiarum. Quare si aliunde probatio suppetat, tentari potest ex parte viri sine insinuatione factam donationem propter nuptias valere, *argum. l. contrahitur, de pignor.* ut scilicet ex casu prout convenerit lucretur maritus dotem in solidum vel in partem.

JACOBI CUJACII J. C.
OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM
LIBER VIGESIMUS OCTAVUS.

CAPUT PRIMUM.

In Constitutionibus scribendum Nunc sit nostro numini, & fisci viribus: an, nostro nomini, & fisci juribus.

DE primo satis constat esse scribendum nostro numini, quoniam Graeci [illegible]. De altero dubitatur quoniam quibusdam locis legitur viribus, quibusdam juribus, quod aliis compendiis, rationibus, utilitatibus. Invenio autem & *Nov.* 143. *de raptu mulierum, & l. 1. & 2. C. ne fisc. vel priv.* vetera exemplaria semper habere fisci vel Reipub. viribus, imo & veterem translationem *Novel.* 115. qua parte agit de haereticis, & *Nov. de litigiosis*, & Julianum antecessorem *No.* 32. & 107. ut *l. 2. de jud. praturae viribus.*

CAP. II. *Nurus familiae appellatione continetur.*

NUrus quia filiae loco est, *§. adfinitatis, Instit. de nupt.* ut filiam quoque eam socer nuncupat Tiberius, puta Agrippinam, his verbis, Si non dominaris filiola, injuriam te accipere existimas. Ideo constitutum est & familiae appellatione nurum contineri, *l. ult. C. de verborum significat.* cujus constitutionis mentio fit *Novel.* 159. illo loco, [illegible], quae ejus Nov. vetus interpres, qui non idem profecto, qui & ceterarum, cum esset imperitissimus, ita convertit, quas & ipsas in familia [illegible], nostris legibus & nurus hujusmodi verbo promerentibus. Retinuit Graecum verbum, quod ignorabat, ut paulo supra illo loco plenum esse [illegible], & illo ipsorum Hierii gloriosae memoriae filiorum per quos [illegible] Hierii juribus, qui post eos familiae subsistentes &c. sic scripserat. Ceterum quia & hoc perverse & cetera omnia pervertit mirum in modum, quae jam satis per se foeda & maculosa erant, aspersa sunt multo foediore sorditudine ab his, qui nec magis intelligebant quid sibi vellet illa interpretatio, quam interpres ille, quae meus esset Constitutionis, quive sensus Graeci sermonis. At νύμφας supradicto loco, & in ipsa Novellae rubrica, nurus recte, ut *Nov.* 117. §. *pen.* Julianus etiam recte νύμφη nurum non sponsam, sicut illo loco *Nov.* 115. εἰ ὁ πατὴρ τῇ ἰδίᾳ νύμφῃ συμμιγῇ.

Hactenus habuit autographum.

F I N I S.

EMUNDI MERILLII J.C. DISSERTATIO IN LIBROS TRES EX CUJACIO

AD LECTOREM.

De Operis hujusce instituto.

CAPUT PRIMUM.

QUAM veniam sibi deprecatur Gregorius Nyssenus in præfatione ad Canticum canticorum quod de eadem re post Origenem scriberet; eandem mihi veniam deprecari volo, quod de eadem re post Cujacium, & ex ipso Cujacio scripserim. Erat magna Origenis auctoritas in Theologicis, ut fitis esset cuique ad tuendam opinionem suam, Origenem auctorem protulisse: Nec minor apud nos Cujacii in Nomicis, ut post Cujacium nihil juris scientiæ adjici posse, nec quidquam aliud a Cujacio dicendum videatur. Verum ut Gregorius Nissenus profiteatur, non esse compotium fenmonem suum ad obtrectationem: *quod si & apis scribacio sit contemnendus à pavone, mihi autem non ad ostentationem est compositus sermo.* Id ipsum quoque profiteri volo, ad obtrectationem non scripsisse, sed ut eorum operam, quibus Cujacii doctrina cordi est, aliqua ex parte sublevarem: cum variantes ipsius interpretationes occurrerent. Mihi juris civilis studium meunti occurrerant, & sæpe ancipitem habuerunt; & cum plures deprehenditem, eandem obtinuisse concertationibus, disputationibus, & repetitis prælectionibus judicio, placuit variantes istas interpretationes expendere, & potiorem, uti explorata judicii ratione videretur, eligere. Ita tamen ut nulla præjudicium unponatur, quominus & aliam eligant. Utcumlibet sumpserint, auctorem habebunt Cujacium. Id filtem a nobis comprendii fecerint, quod variantes interpretationes indicaverimus, quæ forte illos fefellissent, & non leves ad hanc vel illam interpretationem firmandam, rationes attulerimus. Neque forte suscenseant attulisse; periude enim est, ac si quis locorum gnarus peregrinantem in aliquo viarum divergio dubium, & cunctantem moneret, hac, vel illac potius iri oportere. Et me post quadraginta quinque annorum cum discendo, tum docendo juge studium comiter magis, quam audentes fecisse putaverint.

Cur inscripti sint libri ex Cujacio.

CAPUT II.

QUO exemplo juris Auctores ex aliis scripserunt, *Javolenus Priscus ex Cassio, Salvius Julianus ex Minicio Natali*, ejusdem fere scholæ Auctoribus: non ut eos reprehenderent, quorum ipsi doctrinam establirent; sed ut supplerent, illustrarent, & aliquid de suo adjicerent: Eo exemplo libros istos inscripsi *ex Cujacio*, non ut reprehenderem. Quanam enim ista esset vesinia, hominis opinionissimi post eot annos funeli, summam constantem velle aliqua reprehensione detexi, aut ex ea propriam augescere: Non adeo mens nobis læva est; a puero Cujacium magna semper veneratione sum prosecutus: siquidem partem mihi habuisse contigit Cujacii studiosum, qui cum VV. CC. Petro, & Francisco Pithœis, popularibus suis, in Bituricensem Academiam studiorum gratia profectionem susceperat; & cum noti illi essent Cujacio, per eos Cujacium facile adiveras: perque annos plures (ut forebant tempora) sub eo profecerat. Contigit quoque, ab eodem genitore nostro, silentibus tum Galliarum Academiis propter partes, quæ exarserant, & bella civilia excitarant, me prima Juris civilis elementa accepisse: quæ dum traderet, Cujacium præceptorem suum perhonorifice (ut par est) elogiis memorabat; tantumque

ipsius mihi venerationem subiderat, quintam parer fi-
lio inulere potuit: hocque postremum incentivo ad ip-
ius studium hortabatur, cujus non mediocrem cognitio-
nem fuerat affecutus. Atque ita effecit, ut Cujacii
scripta teererem jam a primis pubertatis, utque Antece-
ssor renunciatus eum mihi prz ceteris interpretibus ju-
ris imitandum fumpferim: & ex alia Academia migra-
verim, cique cathedræ infidere primo anno in qua ple-
rique doctrinæ fuæ monumenta tradidiffet. Inscripti
autem funt *libri ex Cujacio, non ad Cujacium*: quam-
quam juris Auctores nullum ab hoc studiorum ordine con-
ftituiffe, five ex aliis, five ad aliios fcriberent. Quos
enim Javolenus libros *ex Plautio* inscripserat, iidem
etiam ad *Plautium* inscripsit Labeo. Verumtamen
qui ad alios scripserunt, videntur quendam animum
reprehendisse habuisse: ut cum Servius Sulpitius Q.
Mucium Scævolam notavit, *Libros eum fe. pro fuis,*
l. 3. §. 6. ff. de penu legat. Gellius *lib. 6. cap. 1.* ut
cum Ulpiue Marcellus notas scripfit ad libros Digefto-
rum Salvii Juliani, textumque quæstuarie ratione emenda-
vit, ut Cujacius oftendit *lib. 14. Obfervat. cap. 35.* ut
cum Ulpianus & Paulus notas ad Papinianum fcrip-
ferunt, quas ideo forte Imper. Theodof. & Valent.
fuftulerunt, *l. unic. C. Theodof. de refponf. prudent.* Ju-
rare non potuit ex Cujacio, quam ex *Conjectura*, libros in-
ferihere voluimus: atque hic omnino reprehendendis
fufpicionem amoliri. Cujacii hoqori ducendum eft,
quod eum veluti aliquem ex prifcis auctoribus juris
fumpferimus; ex quo fcriberemus, & cui oportuit de-
remus. Strabo *lib. 1. Geographiæ*, ὁ γὰρ συλλογισμὸς τοῦ
ἀναγινώσκοντος ἀρχὴ τοῦ γράφειν, ὁ δὲ γράφων ἐκ τοῦ ἀναγι-
νώσκειν ἄρχει· *inimo Et Interpr.* ὁ γὰρ τοῦ ἀναγινώσκον-
τος συμβουλίου ἄρχει· *inimo Et Interpr.* ὁ δὲ τοῦ ἀναγινώσκον-
τος συμβουλίου ἄρχων· *ideo ab opere Strabonis transcripto hæc.*
Neque enim propofitum eft auctoribus adverare; fed pla-
cuiffe miffa facere, quæ fequi non deceat: illius vero fudi-
cere, quos in plerifque eum laude egiffe monumenta quædoqui-
dem non in omnes fcriptores ftudii cernere dignum eft. At-
que ut reprehendendi animo libros ifios ex Cujacio
non inftituimus, ita nec animo captandæ gloriæ. Id
faciant juvenculi, quibus aut ætas aut levis mens eft:
ætate fumus jam ingravefcente, quæ juveniles iftas
jactantias repfuit, quoque jam ob operibus poft mor-
tem, non opufculis in vita ufum, ut monebat pri
literas non rita pridem ex Sidonio Apollinari R. P.
Nicolaus Cruffinus: *poft mortem profitanda eft opera non*
opufcula: Cujus fcriptoris elegantiffimi memoriæ per-
placet, quia nos & partis, & cognatio, & amici-
tia, ideoque feribendi ftudium, & tempore conjun-
xerint.

De iis, qui Cujacium notarunt.

CAPUT III.

CUM profeffi fuerimus, iftos libros *ex Cujacio* nul-
mo reprehendendi non inferipfiffe, fatis, opinor,
invidiæ linitum eft, cujus merita feliciter cumvis in-
genii fruftum folet apperere, ut brucbus gemmas ai-
borum lanius fe explicantes depafcitur. At non defue-
runt, qui Cujacium dum verere, & poftulatis vitra
exceffit, notando acriter infectati funt. Unus e foro
Joannes Bodinus, qui Toloffæ Ludovico comiti agenti a
partibus Stephani Forcatuli fteterat, earumque partium
dux lucrat: & tam efficaciter, ut repulfo a cathedra Cu-
jacio prælatus fuerit Forcatulus. Nec deffitit poftea Bo-
dinus Cujacium fcripfis incefſere: quod quam contu-
meliofe fecerit, poftertor ætas videt. Ita olim Caffius
declamator ajebat, Mr. Tullium *literate infcitiæ*, quod
M. Senecam *in fludoria*. Ita Rhemnius Palæmo Gram-
maticus M. Varronem *parcum* appellabat, apud Sueto-
nium *lib. de Illuftribus Grammaticis cap.* 23. Plures e
fchola habuit Cujacius æmulos & obtrectatores, bi
rurigis Franciſcum Duarenum, Aurelia Joannem
Robertum, in Germania Franciſcum Hotomannum, &
Hugonem Donellum, cum Academia Biturigum ex-
celluerit: qui Cujacii famam increbrefcentem, pra in-
vidia non potentant: *ut mendacium pro nimo, cui Cupidum non obfcurat. Non eft alienæ fere crifis, nifi eft Ombrifius fine umbra*, ait Eutrapius in *Ombrio*,
ex parœmia. Sed & vivo Cujacio ftudioli quidam,
qui fub ejus profeceranf, fcripta præceptoris fui aver-
fati funt, ut Henricus a Suetia, Antonius Fabet,
Marcellus Frehetius, & alii, de quibus fcribit Antonius
Offreratorius. ap. Sim. Bouet. Cujacium Redivivum
Aurelianenfium intelligit, fefe enim invitem de vicini-
tate Academiarum celebrabant) *familiæ fuæ libros ad-*
tellit non, quibus fequela reponeret in tempore quod de-
bet. Tuti fi funt diræ tetas in legendis juffere, nec ea
alio tempore fequuti, & quod neceffarium, neglexerunt
quæ neceffe mente, nihil temere quod hortantem, dene-
Plures etiam poft exceffum Cujacii exiterunt, qui
fcripta illius vellicarunt: fe fcribendo & docendo:
alii infeienter, alii inepeobe. Inficiuter, cum aliquem
interpretationem notarent, quam alio in loco aliter
tradidiffe fuffe reficiunt: inepeobe, cum id fecerunt
fed diffimularent; & aliquam exiftimationis neceffi-
tem futuram fibi crederent, fi Cujacium reprehendif-
fent. Hos autem adverfus poftillimum variantes
ipfius interpretationes protulimus, ut poffea oftende-
mus.

Cur variantes Cujacii interpretationes fuerint
obfervatæ.

CAPUT IV.

CUJACIUS non modo ceteros juris interpretes (fi
quis juris Auctores æquavit, ne dicam etiam fuperavit.
Etenim facile erat juris Auctoribus jus ferre, in quo
verbofiores, cum haberent quæ propofitiones formularent,
ordinem judicium, cunque habreent integros ICto-
rum antecceffrum fororum libros. At deffito ufu juris,
& immutata morbis, & mortalis libris; imagnum vim
ingenii illius effe oportuit, qui ifta omnia carie tem-
ftatis obfita, in aperturam reducere potuit. Eum fcien-
tiam ICtorum tantum habere oportuit, qui eorum
omnium eft affecutus. De Cujacio igitur dicere poffes,
quod Plautinus Epidicus *act.* 3. *Scen.* 4. v. 85.

Me mortuum ne fuppreffum, ne fepultum dicito
. . . . Legum, atque patrum fcitor, confitor diuet.

Quod Manilius de Servio Sulpicio *lib.* 4. Aftronomicon.

Ille leges patrias, populis, jura reddit avitæ.

Sed dicerem præterea, quod Ecclyfius poeta apud
Athenæum, *lib.* 8. *Deipnofoph.* fuas tragœdias effe
fruftu ait: Ὅτου μὴ γνώμαι ἔνεισιν, οὐ γράφει ἔμοιγε ποι-
ὴς ; Quod Alexander fophifta, cum Antiochum Hero-
dem Attieum dicentem audiffet apud Philoftratum *lib.*
2. *de vit. Sophift.* τοσοῦτον ἐν τοῖς ἐπιδείξεσι τὸν ἀκροατὴν ἐποίει ἑαυ-
τοῦ, ὅσον καὶ τὰ ἐκείνου ἐπαινεῖν· *tot ipfum in auditorio*
Suffecit nunc omnium hos ftudiofos ad eruditionem. Ait
præterea, cum eruditiffimum haberi, qui Baſilii libros
intelligat, quique eos poffit exponere, & auditoribus
fuis intelligendos dare. De Cujacio ifta omnia, fed qui
tamen homo, & a qua alienum non fuit, ut variare
virtutefque interpretationes reliniqueret. Quas in ope-
ribus Cujacii obfervari oportuit, ne fi quis in illum,
ftanve interpretationem incidiffet, eam fine delecta
propter auctoritatem feribentis fequeretur. Equus ex poli-
ticis, feu civilibus, & in fore agentibus viris tantum habet
otii, ut cum aliquam Cujacii enterpretium nadus fuerit, ab
alia inquirenda cogitet? Eam, quam primum invenit-
rit, ampiectetur. Nec fi quid contra dicatur, ab ea
fe abduci facile patietur: quia probarum auctorum ha-
berat: nifi aliam cuidam auctoris fententiam adhære-
ris, ut jam non tibi, fed auctori fuo fidem habeat.
Ita fæpe

Pro fecere bibi mentem libenti fibent.

Id ingenioſe oftendit Ruſticus adverſus fturram di-
grunniens apud Phædrum *lib.* 5. *Fabul.* 86. Nam omnes
autem Cujacii variantes interpretationes obfervavimus?
Poffunt & alio occurere, quæ noftram fugerunt, &
acriorem aliorum expectant diligentiam. Id timen
feimus, non fabricira nos, fed frequenti meditatio-
ne, nec a qualibet, fed ab homine in terendis juris
auctoribus, & fcripta Cujacii exercitato, explorati poſ-
fe. Eas igitur explorandas relinquimus, ut non indilli-
gens paterfamilias vinitor botros ad racemationem reli-
querit.

Non tantum veriantes apud Cujacium interpretationes
quærendæ, fed & alibi in libris juris
quærendæ fuppoſitæ.

CAPUT V.

VUlgo jactarum fcio, juris libros Cujacii expoſitio-
nibus adeo exculos eſſe, ut ſtudius in ſcholia
hodie Antecceſſores adeantur: fruſtraque eos auctores
habeant, qui nihil aliud a Cujacio proferant. Id etiam
quibuſdam Antecceſſoribus perſuaſum fcio, ut non fint
contempni; ſi nihil a prigna induſtria prodeat. Quod
turpe eſt interire voluerunt. Neque enim eſſent eſt
nitura, *ut nihil fit impoſſe*, ut JCtum parit: ſi fub
ſignis libre, & Manilio credimus *lib.* 4. *Aſtronomicon*, ra-
reuter ſere nafcitur, ſed orebrius, quam Phœnix, quin-
gentefimo quoque ſeculo. Ex antiquis juris Auctoribus
Servius Sulpicius præſtiterat: cum quo M. Tullius di-
cit, neminem eorum, quorum antea ſtarrant, quem-
ve fua ætate erant, eſſe comparandum. Poſtea fuccef-
fit Antiſtius Labeo, qui ſete in omnes diſciplinas pe-
netravenit, ut de eo Gellius. Non multo poſt fuit Sal-
vius Julianus, qui Edictum perpetuum compoſuit. Poſt
Julianum fuit Æmilius Papinianus, fublimiſſimi vir in-
genii, quem alio loco *imperatoriffimæ* exiſtimavit. Haud
igitur verum eſt, poſt Cujacium, nihil ad juris ſcien-
tiam excolendam adjici poſſe. Ille quidem ingenii pre-
ſtantia, arti diligentia, & longa interatione, effice-
re potuit ut primus eſſet interpretum: Sed non potuit ef-
ficere, ut ſolus eſſet. Potuit alius anterre, ſed non potuit
abolere, ne alii ſequerentur. Ut in mechanicis artibus
ſemper aliquid inveniendum. Athenæus vafa unguen-
torum. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς τοιούτοις ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐπὶ τῶν
ἔργων, ἀεὶ τοῦ εὑρεῖν τι καινὸν ἐφιεμένων καὶ τοῦ ἐπὶ τοῖς εὑρεθεῖσιν
ἐπιμένειν ἐστὶ· *Non ſolum ea, quæ ab aliis publice in-*
venta, ſunt aperta; ſed eſt quidam ſui animus, & ipſum
gratiorem inventis aperire. Ita in ſcientiis Philo Judæus
in *lib. de opi. Mof.* τοῖς γὰρ ἐν μετρίοις χρόνοις πλείονα
ἐπιδοῦναι τῶν εἰς τὸν ἀνύτερον. Multa magnæ mentes commodare ce-
ea ſcientiæ. Plutarchus *lib.* 6. *Symopſiac.* qu. 8. οὐ γὰρ
τὰ ἐπιδεχόμενα ἐπιγίγνεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα, καὶ ἀφανῆ ἐν τοῖς ἔμπρο-
σθεν ἐποίησε· *Antegreſſorum argumenta, ſua ratione, ſequentes aperiunt ipſidem, & magna tulifi exercuere, & reſpexi, fed ſtudioſi, & literarum amatoribus principium dant commodum, & fabricam ad graviora dem & inveſtigandam veritatem.* Uſus fuerat Cujacius libris ſuo tempore edi-
tis, a quibus lucem libris juris mutuatus eſt: poſt ex-
ceſſum ipſius plures prodierunt, & quotidie prodeunt,
quibus in eamdem rem uti poſſumus.

Ex Cujacio ad Lectorem.

An Cujacius multiplex variantes interpretationes,
fententiafque reliquerit.

CAPUT VI.

POtuit Cujacius conſulto variantes ſententias reli-
quere ad ingenii oftentationem, ut oſtenderet ſe
poſſe hinc vel illam tueri ſententiam. Quomodo &
primo auctores ita tradere maverunt, M. Tullius pro
Muræna: *Sin quod quærere reſpondere, idem reſpondiſſe*
videare, quod Scævæ: Sin altera, altera fit contrarium
noſſe, & tueri non poſſe. M. Fabius in JCtos *lib.* 12.
Inſtitut. orat. cap. 2. *Non magnopere contendimus, ſi quis*
ad eo confufus diffentiat; cum ipſis illis diverſis uno
& optimo fine pugnet. Quintilianus *loc. cit.* Non
femper dogmatis fui ſeſtæ inſiſterunt, ut oſtendi-
mus lib. 1. *obſervat. cap.* 4. & *lib.* 6. *obſervat. cap.* 18. Eo
igitur animo Cujacius diverſas interpretationes reli-
quere potuit, ut eam, quam probaret, quibus cæte-
ris. Ars illa varie de quaque re diſſerendi ab Homero
ro tradita:

. . . . Ἔπεσσι πτερόεσσι προσῆδα, οἷσι τέτυκται
. . . . *Verborum ambra fua lidet, & mode.*

Sed Cujacius ab ea arte abſtinus fuit, quæ certam
doctrinam profiteatur. Una eſt veritas, nec contraria
de ea ſcientium ſimul vera ſunt. Gregorius Nyſſenus,
Orat. 1. contra Eunomianos: οὐ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀναγκαῖον
τὸν ἀληθῆ καὶ τὸν ψευδῆ λόγον τίθεσθαι, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑτέροις· *Quod præter ve-*
ritatem dicitur, non ſemper eſt pernitioſum, & non tuendum.
Potuit etiam Cujacius alio animo varias interpretatio-
nes conſulto reliquere, cum tum prime tradidiſ-
fet, & alia multa placuiſſent, quæ non reprehendi ef-
fet, ut profiteatur *lib.* 2. *tempſorum* fuera, *obſervat.*
cap. 40. *Si quis tale aliquid mihi contigerit, facile me tuteri pa-*
tiar: tum enim, quod plerumque fortium, ſe tradiderunt
mutt quafi victoriæ ſuæ ſpolia, ſe temporum fuera, obſervat.
cap. 5. *Nec enim quod ita ex ſpolitione ad eum Pauli* ſententiam *ſcripſerim, & poſtea ſi ab al-*
terius veritate pertinere videam, & poſtea ſi ab al-
terius ſententia *ſcripſerim

lib. 10. Institut. Orat. cap. 1. Neque id flatim legenti à perfunctum fit, animi quoque adfectus discretè, utique quæ fit perfecta: nam & lectoribus aliquando, & coæti cedunt, & indulgent ingenuorum fumum voluptate, nec tempore cunctantem animum: cum Ciceroni dormitare interdum Demosthenes, Homero verò etiam Homerus ipse videatur. Summus enim sunt, homines tamen. Accedimque ici, qui quicquid apud illos reperierunt, damnare pectore pastos, ut dominos inveniunt; (id enim est facilius) ac se abunde de fossiles putant, si visis magnorum conspexerint. Ita Cassio tenuissimo potuit per vitium videri, ut alias interpretationes traderet, cum alias traditas parum mutuisset. Quod Chrysippo Stoico fape contigisse observat Plutarch. in lib. suo Περὶ ἀνωμαλιῶν & Diogenes Laertius in Chrysippo. Didymo Grammatico. Athenæus lib. 4. Πανυργον. Qui tam multis scripserat, tria millia libiorum, & quingentos; qui tam magnorum librorum esse immemor: qui & ideo Βιβλιολαθᾶς, id. immemor librorum dicebatur. Eunapius in Porphyrio: ait, cum multa in libris suis pugnantia invenisset, qui in aliam tertationem afferre posse, quam quod propresta tatio sententiam mutaverit. Et quidem de Cujacio idem sentiendum est; ut plerisque ipse judicavit. Lucius Seneca, lib. 3. de benefic. cap. 38. Non sibi levatas a cognito & damnato errare discedere, & ingenio fatendum est, aliud putare, aliud scribere. Ita vero Superbe fludiose perfectionem esti, quod senuit diu, qualecunque est, fanum rotumque fit. Ita Cujacius monet alios juris interpretes lib. 2. observat. cap. 37. Cum quis aut tempore sua mutuum interpretantur, / Responsum invitati, quæ vel falsa, vel inepte aliquando & perperam, & scripserat, in ea genere retractare; non ea est, contra quam potest reformare, tam obstinate, tamque obstrenate animo (uti faciunt) pugnaverat.

Variationes Cujacii qualem tectæ, qualem expressæ.

CAPUT VIII.

UBI Cujacius retractat quod scripserat, sunt variationes expressæ. Ex lib. 1. observat. cap. 1. Ubi Petri Pithœi judicio acquiescit, cum antea Harmenopuli interpretationem probaverit in *L. ex quibus de S. nem cum quidem*, 3. *ff. Soluto*. Sed & frustratum Pithœi adhuc probavit lib. 8. *observat. cap.* 31. & in 9. *recitat. ad tit. C. de locat. & conduct.* & ad *lib.* 11. *C. tit. 34. de fundament. mil. Conflent.* Quod scripserat lib. 3. *Observat. cap.* 5. retractat lib. 6. *cap.* 16. ad *l. si vero. ff. ad leg. Jul. de adulter.* Quod eod. lib. 3. *observat. cap.* 9. retractat lib. 6. *cap.* 17. ad *l. Lucius, ff. de ultimob. empt.* Quod lib. 5. *observat. cap.* 28. retractat lib. 19. *observat. cap.* 27. ad *l. solutum*, 5. *ff. in fortem, ff. de pign. act.* & eodem lib. 5. *observat. cap.* 38. quod alias scripserat ad *l.* 4. 5. *pro aperit*, *ff. de manum. servor. lib.* 6. *observat. cap.* 37. retractat quod scripserat in notis ad *lib. fing. regul. Cujac. tit.* 19. in verb. *exspectat*. Quod scripserat notis *lib. C. observat. cap.* 13. ad *l. transfigere. C. de transactionib.* retractat. *lib.* 19. *observat. cap.* 30. *In tit. de heredit. instituend. ad l. qui non militabat* 78. probabiliter sententiam mutavit. *lib.* 1. *Paradox. cap.* 4. & Duareni lib. 2. *disputat. cap.* 10. ad *l. in quartam* 91. *ff. ad leg. Falcid.* quam retinet lib. 8. *observat. cap.* 4. Negationem fusibilem, *lib.* 13. *observat. cap.* 39. ex l. 1. *C. de heredit. tutor. & curat.* quam postea retinet lib. 21. *observat. cap.* 2. Quod scripserat in *not. priorib. Inflit. ad tit. de fociorum*, in V. *quod non caperunt*, retractat. *lib.* 16. *observat. cap.* 11. circa captatorium institutionem. Quod scripserat eodem *lib.* 16. *observat.* & ad *Novell.* 19. in fine, dolum abesse debere a contractu venditionis, non fecudum, retractat. *lib.* 23. *observat. cap.* 32. Quod scripserat *lib. fingul. de profcript. & verbis*. Theodosium fenioren esse auctorem l. 3. *C. de profcript. reipius. vel quadrag.* retractat *lib.* 18. *observat. cap.* 16. Retractatio quædam est ad l. 7. *C. ad leg. Jul. de adulter. lib.* 20. *observat. cap.* 16. & in l. *si infulam*. 84. *ff. de verb. oblig.* Sed & in pollerioribus operibus quædam retractavit, quæ in priioribus scripserat : quod eodem loco referat ad *tit. de pact. in l. si unus* 27. utrum ex correis stipulandi novatæ posse, retractat *lib.* 3. *Pauli ad edict. Prætor. in d. l. unus*. *Non recedet mihi hujus fragmenti vitandi cauſa, quod alias ſcripſi obiter in hunc locum: fed num fuſſiem eſſi conſilio, nisi diſſimulando : & ingenue confitear*, ubi quid invenit Cujacius, quo ſe argumentari, vel veteres ſtipulandi, novari vetarem obligationem poſſe : Retractatio quædam eſt in *recitationib. ad tit. de poſtlim. & jure. in l. 3. §. hujus ſtudii*, *ff. de poſtlim. reſpec. in quo errant plerique, errare etiam ipſe aliquando*. At quod magis mirere, id quod diverſi in recitationibus ſuis, aliquoties retractabant ; ad fin. in *Quæſt. Papin. in l. Mævius* 66. §. *in fundo*, *ff. de legat. 2. Hæc ſtemma applicatio non ſatisfacit oculis, nec certe mihi ; & retrospicienti non ſatisfecit. Ita Cujacius ſæpe retractavit. lib.* 2. ad *lib.* 27. *Quæſt. Papin. in l. ſi tutorem* 29. §. *ult. ff. de fidejuſſorib. & mandatoribus. Eſt quod animadvertiſſe velim eorum quæ dixi lib.* 6. *obſervat. cap.* 16. *(ſi legendum) de fidejuſſorib.* & poſtea : *Eap nobis hic diſſimulare, & mirus quod nemo hoc animadverſum & regredienti eſt*. Retractationes illæ ſunt expreſſæ variationes : at quædam ſunt tectæ, ut quæ indicavimus *lib.* 1. & 7. *ex Cujacio* : ubi pauca ſunt retractationis, ubi variæ interpretationes, quas aut conſulto, aut per oblivionem relinquit, & quidem illæ conſultæ tectæ retractationes dici poſſunt, ſive expreſſim, ſive diſſimulanter, a priore ſententia recedere voluerit, at per oblivionem, feu incogitantiam relictæ, ſunt potius variationes, quam retractationes.

Nonnullas variantes interpretationes reliquiſſe Cujacium, quod novas latuliſſem, & Graecorum interpretationes, tamquam interpretationi adverſas, cum alias ante proviſſet.

CAPUT IX.

USUS fuerat Cujacius primum Glofſis Accurſii & Bartoli, quæ Latinis interpretibus aliquando perſea abſtinuit, cum pontiret, eorum commentaria legentis tempus male inſumpſiſſe, ut ſcribit *lib.* 24. *obſervat. cap.* 37. Poſtea tamen artem ſuam etiam quibuſdam Latinis interpretibus uſus eſt, veluti Odofredo, Alberico, Fulgodo ; quibus & ſe familiariter non nonnumquam profitus. Atque ea quidem fuit peritus, ut eum in aliis interpretes inciditſſet, alias ſententias nactus fuerit, eaſque magis probare voluerit. Verum cum Graeci interpretes proſtiterint, Theophilus, Harmenopulus, ſynopſis Baſilicon & Baſilicon ipſa reperiſſet, & ſchotia Graecorum interpretum : eorum novitate perculſus a traditionibus Latinorum recedit, & Graecorum interpretationibus ſe applicat. Graecorum gratia & lenitatis : & ita effectum, ut nonnullas variantes interpretationes reliquerit, dum Graecis adverſas Latinos ſecuta eſt. Ita & in aliis interpretes inciditſſe, &

tates; quas Nicellus quidam ad trecentas & viginti colligit, & contrarietates vocavit: indignus earum conciliator, sed qui offenderit Bartolum, *Lucerna juris*, (ut nonnulli vocitant) plerumque fuisse nubilum, & obscuratum. Bartolum quidem acuti & praeflantis ingenii virum, & ad juris scientiam accommodati fuisse non est diffitendum, sed temporum, quibus visit, in summa rerum omnium ignorantione, aliam nobis Jurisprudentiam tradidit, quam juris auctores tradidere: cum Summarists legibus praeponit: & ex specie non stas exspecta, & quae propriam habet rationem, certam & generalem definitionem constituere volvit. Cujacius *lib. 22. obſervat.* 12. Bartolum, inquit, quas Bartolo quidam tribuunt, potius fubjicit: *Sed nos ego facile, neque crebrius illis: nam neque si nonnunquam dissentio, juris degravandae causa, neque ut tribus comparationem, & Accessionem longe magis contendam: a qua quidquam abesse Bartolus, varia testimonia, & ego ſumma videmur ſtatuiſſe.* Et Claudio Seyssellus virum eximium agnoſcimus: fed poſterior eras fellicior multa pervidit in libris juris, in quibus plane caecutiebat. An quisquis ille fuerit, plures variationes reliquit, quam Cujacius; nam Bartoli trecentae & viginti numerantur: ex Cujacio in libris Digeſtorum & Codicis ſexaginta & nonnullae reperiuntur: vix eſt, ut alius totidem obſervare poſſit. Ita igitur appono: Auctores juris, & Principes, & Interpretes variaſſe. An non & hoc in Cujacio plurimis tribuamus variare? Non modo in diverſis tribunalibus, fed etiam in eadem decuria aliter atque aliter lege noſtrum referunt, adeo ut nihil nobis tam incertum ſit, quam nisi auctoritate rei judicatae. Narrantem memini virum amplißimum, & juris ſtudioſiſſimum, Nicolaum Verdunum, Senatorii ordinis dum a ſecundarum nuptiarum in convivio, ad quod Pariſiis forte accesserat, pro ea humanitate, quam erga Antecessores semper habuit, me vocaverit: quodque unici qui aderant, ſilentium magis quam reportia eſſe videremur; narrantem, inquam, meminit, ſe in Senatu Pariſiensi foleanter pronunciaſſe, omnia eruditam vicennii praeſcriptionem excludi: & poſtea in Senatu Tolloſano, non excludi. Secundum variam interpretationem, quam patitur, *l. quarta* 22. *C. ad leg. Cornel. de falſis.*

An poſterioribus interpretantibus Cujacii ſtandum ſit, & quinnam diſcuſſis poſſint, & quamdiu falſa poſteritas ejusdem latere debeat.

CAPUT XII.

IN variationibus Cujacii expreſſis, ſeu retractationibus, quas ſupra indicavimus, & aliis, quae poſſunt occurrere; videretur poſſe dubitari, utrum ſtari oporteret, quidi ſecunda cogitationes ſint ſapientiores, ut noſtrianus ajebam. Tum quia Cujacius eo animo poſteriorem interpretationem tradere videtur, ut a priore recederet. Sed in variationibus tacitis, ubi deprehenditur non poſſe, an conſulto, an per incogitantiam fecerit, poſteriorem ſententiam ſemper amplecti, non ſatis rutum eſſet: quia poſteriorem ita tradere potuit, ut alius non meminiſſet. Et ideo priorem ſententiam adhuc poſſe probari, ſi ſit ſecundum *l. 1. tutricem interpretes, capp. 3. 4. 5. 6. & 7.* Nam prima ſcripſerat ad id. *ann. pall.* anno 1559. quam poſtea Codice tamen 1566. *cap. 9.* nam prima ſcripſerat ad *tit. de Codic. anno* 1567. quam ad *Papinianum* 1578. *capit.* 15. nam prima ſcripſerat *parentis. Digeſt.* quam ad *edictum Paulo & Ulp. lib.* 18. *obſerv. cap.* 17. nam prima ſcripſerat ad *Africanum* anno 1565. quam ad *Julianum*, extrema fere aetate *cap.* 19. nam prima ſcripſerat ad *tit. de poſtu.*, quam ad *Africanum cap.* 23. nam prima ſcripſerat ad *tit. de verbor. obligationib.* 1564. quam ad *Afri-*

A *canum.* 1565. *cap.* 25. ubi probamus mutaſſe, quod ſcripſerat *lib.* 2. *obſervationum*, quam quod poſtea ſcripſit *lib.* 14. *obſervat. cap.* 18. Idque & in aliis capitibus libri primi & ſecundi Variationum interpretationum, ſimiliter obſervari putem: nos priorem ſententiam adverſus poſteriorem magis probabile. Ex fubſcriptione epiſtolarum deprehenditur poſterior ſententia: ſed cum epiſtolas operibus praeponere deſiit, ut profiteur in *epiſtola ad ſtilum*, praepoſita *tractatui 6. ad obſervat.* anno 1577. nunc ſub poſteriori ſententia deprehendi poſſit. Verum ſtudioſe in ordinem recitationum inquiſitoribus per ſeriem viginti fere annorum: europe a VV. Cl. Joanne Pacio, Franciſco Pithoeo, Antonio Augustino, qui libros Emendationum & obſervationum inferipſerit, nonnullis ſcripſerunt, & de variis *Cujacii obſervat. cap.* 18. *Placet valde opinio Fratr. Pithoei ut non utriuſque eruditionis quam publicatis paciſci, nihil non perſpicuum.* Et Claudius Seyſſellus virum eximium agnoſcimus: fed poſterior eras fellicior multa pervidit in libris juris, in quibus plane caecutiebat. An quisquis ille fuerit, plures variationes reliquit, quam Cujacius; nam Bartoli trecentae & viginti numerantur: ex Cujacio in libris Digeſtorum & Codicis ſexaginta & nonnullae reperiuntur: vix eſt, ut alius totidem obſervare poſſit. Ita igitur appono: Auctores juris, & Principes, & Interpretes variaſſe. An non & hoc in Cujacio plurimis tribuamus variare? Non modo in diverſis tribunalibus, fed etiam in eadem decuria aliter atque aliter lege noſtrum referunt, adeo ut nihil nobis tam incertum ſit, quam nisi auctoritate rei judicatae. Narrantem memini virum amplißimum, & juris ſtudioſiſſimum, Nicolaum Verdunum, Senatorii ordinis dum a ſecundarum nuptiarum in convivio, ad quod Pariſiis forte accesserat, pro ea humanitate, quam erga Antecessores semper habuit, me vocaverit; quodque unici qui aderant, ſilentium magis quam reportia eſſe videremur; narrantem, inquam, meminit, ſe in Senatu Pariſiensi foleanter pronunciaſſe, omnia eruditam vicennii praeſcriptione excludi: & poſtea in Senatu Tolloſano, non excludi. Secundum variam interpretationem, quam patitur, *l. quarta* 22. *C. ad leg. Cornel. de falſis.*

B

C

D

De Florentina lectione defenſa.

CAPUT XIII.

MIrum quanta fuerit in omnibus codicibus mutandis improbitas atque audacia. Judas in pona libris veteribus lectionem mutavit, Augustinus *lib.* 15. *de Civit. Dei, cap.* 11. *Judaei enim nobis invidentes, quod les, & Prophetae interpretando ad eas conferrent, mutarunt quaedam in exemplaribus ſuis, ne noſtra intelligentia veritas.* Haereticos in novis codicibus facris lectionem mutaſſe queruntur Patres, ut Irenaeus *lib.* 3. *adverſ. haeref.* Quod etiam apud Homerum Critici tentarunt! ut Strabo *lib.* 1. *Geograph.* Arbenenus *lib.* 4. *Iatromath.* referunt. Diogenes Laertius in *Timone*. Apud Hieronymum, Gelenus in *lib.* 6. *epiſt. ad Galat.* Libros antiquos fuiderorum, & legum ex frequenti tranſcriptione aliquid mutaſſe, ait Marius Victorinus *lib.* 1. *Artis Grammaticae*, *cap. de Orthographia*. Et Imp. in *l. uniC. Theodoſ. de reſp. ſpud. volunt*, *Citonem libros cadicum collatione ſtrenare*: quia & frequenti tranſcriptione aliquid mutaverunt. Atque illud maxime lectionis cauſa nonnunquam in codicibus illuſtrium eſt. Et in extraordinali. *Cod. ad tit. de donationib.* In *Paulellis Florentin. quae nobis debent eſſe ſpectatiſſ.* Quod quidem Cujacii judicium quibuſvis facile ſum amplexus, ut lectionem Florentinam defenderem. Idque omnes, quotquot ſumus juris interpretes, praeſtare debemus, ut nihilnam

E

F

ſtionem Florentinam cerniorem eſſe agnoſcimus, & a A juris ſcientiam habeamus, quam mutatis, & interpolatis cujuſque arbitrio verbis nullam proſus eruditi haberemus.

Elogia de non mutandis lectionibus.

CAPUT XIV.

PAtres Eccleſiae, quod haereſici ſacros codices in ſuos ſeatentius mutarent, lectionem non eſſe mutandam plerique contendunt. Irenaeus *lib.* 3. *adverſ. haereſ. cap.* 20. *Et propter eadem eadem dicentes eſſe, & contrarium verietate, & quod non ſit quod arbitrati, poſſe deinde apparere, vel aſſerentes de ſcripturis putare non modicum ſese, in quibus invidiam metuiſſe eſt eum, qui ſit talis.*

Baſilius in ſerm. *trig. virginit.* Θεοῦ ἐντολὴν ἀλλοιοῦν, καὶ τὸν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ἀκριβῆ τῶν ἀποστολικῶν λόγων ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀκροατηρίοις ἀναγινωσκόμενον τρόπον ἐν ἑτέρῳ μεταποιεῖν. Θεοῦ ἐντολὴν ἀλλοιοῦν, καὶ τὸν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ἀκριβῆ τῶν ἀποστολικῶν λόγων ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀκροατηρίοις ἀναγινωσκόμενον τρόπον ἐν ἑτέρῳ μεταποιεῖν. *Manifeſtum infidelitatis & ſpiritualis argumentum, vel ſolitarium aliquid mutare quae ſcripta ſunt, vel introducere ſenſum qui non ſcripſit.*

Gregorius Nyſſenus in *Pſalmos*, cap. 10.

Ἱερὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας ἔθος ἐστὶ τὸ μηδὲν ἐξαλλάττειν τῶν ἐν τοῖς ἁγίοις γράμμασι κειμένων, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἐν τοῖς ἀκροατηρίοις ἀναγινώσκεσθαι, καὶ ἀκούεσθαι, intelligit *cap.* ult. ſub finem, *Conventio aute anales habent in Appendice Sanctis poſtrum locum*

C *Ecclesiae obſervare ſimpliciterque divinis, per additionem, vel ſubtractionem.* Idem Gregorius Nyſſenus *oratione prima contra Eunomium*. Τὰ δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐκφωνήματα ἀκριβῶς φυλάττειν ἀναγκαῖον ἡγούμεθα, καὶ μηδὲν ἐξαλλάττειν. *Ea eorum pronunciamenta ſpiritus ſanctus, exactiſſime obſervare neceſſarium arbitramur, neque quidquam immutare.* Quod ſuadebant in tres ſpiritus ſanctus ſectatores, nullo modo haereſes evertere, ut poſt 22 ſubjicit. Sed & alii ſcriptores extrarii ſimiliter contendunt, Hieronymus lectionem noſtri mutatam adverſus Criticos.

Syneſius in *Dione* hanc ex Philoſophis lectam refert, quam & Pythagoricus tribuit *lib.* 1. *de vita Pythagorae*, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μηδὲν τῶν ἐκ τοῦ παλαιοῦ λόγων ἐξαλλάττειν ἢ ἐγχειρεῖν. *Ne vir bonus quidquam veterum ſermonum immutare, aut attentare velit.* Et Cicero *pro Cluentio*: *Legum denique ſententiam ſemper eandem manere; ut neceſſitate naturae immutabilem, ſic voluntate civium, quae ſemper optimae putantur.*

Strabo *lib.* 1. *Geographiae de Homerica lectione*: τὸν μὲν γὰρ ποιητὴν ἀκίνητον νομοθετικὸν δεῖ νομίζειν. *Scriptorum non neceſſe eſt mutare, quos autoritas eſt.*

Plutarchus tacete *lib.* 2. *Symposiacon quaeſt. 6.* Μὴ ἐπιτρέπειν ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσι ἐξαλλάττειν τὰ ἀρχαῖα, καὶ μὴ ἐκκόπτειν τὰ ὁρία, ταῖς πατρίοις, ἐκκόπτειν ἔθεσιν. *Non illis eſſe facile mutare, quae ſtituit ab antiquis, ac tollere, ultimos horos.*

Galenus in *Prolatione libri primi in ſententiam Hippocratis* τὸ σπάνιον ἐπιτηδεύειν ἐν τέχνῃ, interpretans Hippocratem ibidem iſtum ſextum arbitrio ſuo immutaverint; & ideo ſe antiquitatem ſerpiorum conquiſiſſe, & commentaria ecorum, quae penitus abſumta ſunt, reſtituiſſe. Deinde ſubjicit, Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τοῦτο ἀνάγκαιον ἐποιησάμεθα, τὸ τὰς ἀρχαίας γνώμας ἐν τοῖς ἀρχαίοις ὑπομνήμασι ζητεῖν, καὶ μὴ συνάπτειν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις ἐξηγήμασι τὰ τῶν ἀρχαίων ἐξηγητῶν, μηδαμῶν ἀλλοιοῦντες ἐκείνων τοῦτο τὸ σπάνιον. *Nobis autem iſtum neceſſe fuerit antiquas ſententias in antiquis monumentis quaerere, & antiquorum interpretum ſententias non conjungere inſcriptis, qui nullam omnino mutantes eorum ſententiam.* Et in extraordinali. *Cod. ad tit. de donationib. In Paulellis Florentin. quae nobis debent eſſe ſpectatiſſ.* Quod quidem Cujacii judicium quibuſvis facile ſum amplexus, ut lectionem Florentinam defenderem. Idque omnes, quotquot ſumus juris interpretes, praeſtare debemus, ut nihilnam

D

E

F

voluisse; & a Ptolomæo Philadelpho ob hanc præcipuam aliquando. Eique Ptolomæum ingenioso fane commento offendisse, non sine fraude cuique assurarum, & ipsi Solbio, & trajectione, adjectione, aut detractione verborum scripturam licerat immutare. Cum igitur Patres Ecclesiæ, & scriptores extrarii, mutandam non esse lectionem contendant, cujus illi successerat, qui in libris juris lectionem Florentinam, ut antiquam, ab immutatione vindicarit?

De Hujusce operis usuitate.

CAPUT XV.

PRima hujusce operis utilitas fuerit, variationes indicasse, quæ apud Cujacium occurrere poterant, & studiosos fallere: rationes attulisse, quibus potior sententia eligi, & inferior rejici possit; cum alioqui varia interpretatio studiosis alternantes moraretur. Utilitas alia fuerit, nonnullorum calumniam detexisse, qui cum aliquam Cujacii sententiam minus forte probabilem reperissent, eam decoado, scribendoque infestari sunt; dissimulantes, quod alibi aliam proculisset. Simul & quorundam ignorantiam arguisse, qui nullam apud Cujacium contrariam sententiam reperiri posse, perviacciter tuebantur. In quos homines meditasse aliquando memini, qui unum Cujacium auditoribus suis prædicant, ad invidiam superstitum; quique cum a propria aliqua juris scientia commendationem quærere non possint, totam sibi a Cujacio quæsitam excogitarunt. Præterea torpens studiosorum solertia excitabitur, ut alias Cujacii Variationes investigent, investigatas expendant, & assensionem sustineant, donec potioris sententiæ lumen affulserit. Atque etiam ut lectionem Florentinam multis in locis vexatam & conturbatam, ab immutatione vindicent: omnique animi contentione mentem juris auctorum exquirant, antequam emendationi acquiescant. Neque adhuc torpeant studiosi, quod nullum bodie ex studiis exoletæ jurisprudentiæ fructum sint relaturi, quodque improborum, & nequam hominum calumniam, protertiarem unquis, quam proborum gratiam, laudemve sint inituri. Æquius forte judicium posteriori ætas feret, & agnoscet non ingenia temporibus, sed tempora ingeniis defuisse.

EMUNDI MERILLII J.C. EX CUJACIO LIBER PRIMUS,

Seu Variantium interpretationum CUJACII ex Libris Digestorum.

Quid sit jus, quod necessitas constituit, in L. penult. ff. de legibus.

CAPUT PRIMUM.

MODESTINUS *lib. 1. Regularum, in l. penult. ff. de legibus, Senatusque Cons.*



RGO omne jus aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo.

CUJACIUS in Parætit. Digestor. ad titul. de legibus.

Ergo omne jus aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo. Jus enim quod expressus consensus populi B *plebisve fecit, lex est*: Quod necessitas constituit, Senatusconsultum, *l. 2. §. deinde quia difficile, fin. tit. proximo.*

Idem CUJACIUS *lib. 14. Observat. cap. 16.*

Breviter scripsisse videtur Modestinus hanc juris partitionem, ex hac Menandri loco: τριῶν γὰρ ὄντων τῶν δικαίων, δι᾽ ἀνάγκην γίγνεται, ἢ κατὰ νόμον, ἢ κατὰ συνήθειαν, ἃ γὰρ τοῦτο τὸν τρόπον ἐστὶ δίκαια. Tria enim sunt justissimum, per quæ omnia fiunt; aut ferendum leges, aut necessitatem, aut denique consuetudinem aliquam. Non jus omne tantum, sed & omnia aut leges efficere, aut necessitatem, aut consuetudinem.

MERILLIUS) Jus, quod *consensus fecit*, est jus civile scriptum; puta, leges, rogationes, plebiscita, quæ populi, aut plebis consensus fecit, *l. de quibus 32. sup. hoc tit.* Jus, quod *firmavit consuetudo*, est jus civile non scriptum, quod fluxit ex interpretatione Prudentum ad *leges 12. tabular.* & fuit non scriptum, *l. 2. §. 2. & §. necessitate 6. ff. de orig. jur.* & longa utendi consuetudine fuit comprobatum, *d. l. 32. sup. hu. tit.* ut fubstitutio pupillaris moribus fuit introducta, *l. 2. ff. de vulg. & pupill. subjic.* feu jure civili, *l. ea facta 23. ff. eod.* Donationes inter virum & uxorem moribus prohibitæ, *l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.* seu jure civili, *l. 4. ff. de pact. dotalib.* In legibus ferendis expressus fuit populi consensus; in moribus introducendis tacitus, seu *silentium*, ut Gellius *lib. 11. cap. 13.* Et hoc quidem satis constat, quid sit jus, quod consensus fecit, aut quod firmavit consuetudo; at non satis constat, quid sit jus quod *necessitas constituit*, in *d. l. penult. ff. de legib.* Cujacius in *Parætit. Digestor. ad* B *tit. de legib.* dixit, *SCta esse jus, quod necessitas constituit, cum populus universus in tanta hominum multitudine facile convenire posset, & necessitas ipsa rerum Resp. ad Senatum deduxisset, d. l. 2. §. deinde quia difficile, ff. de orig. jur.* At *lib. 14. observat. cap. 16.* ait, quod necessitas constituit, interpretatur jus gentium; quia *ipsa exigente, & humanis necessitatibus* gentes quædam jura sibi constituerunt, *§. jus autem, Inst. de jur. nat. gent. &c.* puta, commercia, venditiones, locationes, bella, captivitates. Et ibi quidem Cujacius attigit utramque interpretationem, ut jus, quod necessitas constituit, referri possit ad SCta, vel ad jus gentium. Magis tamen probarem, referendum esse ad jus gentium; nam & verum est, Modestinum respexisse ad verba Menandri; & si eadem mens fuit Modestini, C quæ Menandri (ut probabile est) non cogitabat Menander de SCtis Romanorum, quæ longo tempore antecesse: igitur cogitavit de jure gentium, quod necessitatibus humanis ita postulantibus fuit constitutum.

de Præfectis, qui jus gladii habuerunt, aliis coercitionem habentibus, vel non.

CAPUT II.

ULPIANUS *in l. 6. 9. qui universas §. ff. de offic. Præfect.*

QUI universas provincias regunt, jus gladii habent; & in metallum dandi potestas eis permissa est.

CUJACIUS *in Parerit. Digestor. ad tit. de offic. Præfect. prætor.*

Præter hanc, vel Vicarium ejus, nullus magistratus habet plenissimum imperium merum, nisi forte tantum aliquas habens ut Consul jus gladii, sed non jus relegandi: ac similiter Præfes jus gladii, & jus damnandi in metallum; non jus deportandi, vel constituendi. Præterea quæ sententiam mutat Cujacius non expedit. *vix. de imperio, supr. & vivis. sect. seq.*

Sed aliter scripsit *lib. 21. observat. cap. 30. Per eminentiam, gladii potestas, summa pars meri imperii: nam & omnem alium facinorum graviorem coercitionem, veluti damnationem in metallum, deportationem, publicationem bonorum, & judicii publici executionem lege delatam, *imperium merum complectitur*, i. *folet*, *ff. de offic. Proconsul.* & *leget. 1. 1. ff. de offic. eius cui mandat. est jurisdict. li. aliud*, in fine, *ff. de senatus. consultum.*

MERILLIUS) Ea eo quod Ulpianus in hac *l. 6.* ait, Præfides, qui universas provincias regunt, jus gladii habere, ubique potestatem in metallum dandi permissam esse; plerique inferunt, Præfides provinciarum non habuisse alias omnes potestates, quas jus deportandi: aut etiam leviores, puta, jus constituendi. Et in eis sententia fuit Cuiacius in *parerit. Digest. ad tit. de offic. Præfect. prætor. lib. 21. observat. cap. 30. Imperium, vapp. ad l. 6. in 9. ejus*, qui *deportatur*. Quæ quidem his rationibus juvari potuit, quod ea, quæ funt imperii meri, specialiter concedantur, *l. 1. §. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict. l. folent 6. ff. de offic. Proconf. & leget. l. 1. §. 2. ff. de leget. 3. l. aliud. 121.* in fin. *ff. de verbor. signif.* Concedatur autem quidpiá, cui alter animadvertendi fpeciáliter concedi debuit. Tum quia Præfides, licet jus gladii habuerint, non potuerunt concedere liberum mortis beneficium, nec habuerunt jus veneno necandi, *l. aut damnatos 8. §. 1. ff. de pœnis*, nec jus deportandi, *l. mos pænas 6. ff. de interd. & relegat.* nec jus conficiendi, *l. unic. C. No plus juli. Princip. cert. Judicib. licet confitcare*. Verum tamen videtur, eos omnes, qui jus gladii habuerunt, aliq; etiam coercitiones, feu graviores, feu leviores habuiffe: nam gladius fuit fymbolum hujufce fummæ potestatis: quem propterea Imp. in urbe geftabant, ut de Vitellio *Tacitus lib. 3. hiftoriar.* & Præfectu Prætorio, Philoftratus *lib. 4. de vit. Apollonii*: & Sejus Solgæ, ut obfervat Herodianus *lib. 3.* fcilicet ad differentiam Præfecti urbi, cui licet jus gladii non quidem ab initio, fed poftea conceffum fuerit: nam gladium non gestabat in urbe non geftabat. Præfides in provinciis, feu legati Cæfaris gladium in provincia etiam geftabant, fymbolum fuæ potestatis: D. Paul. *ad Neron. rep.* 13. jure autem gladii conceffo, vel Præfectis Prætorio, vel Præfecto urbi, vel Proconfuli, vel legato Proconfulis, vel legatis Cæfaris, vel alii Provinciarum reftoribus, omnimodam coercitionem habuiffe videntur, Et hanc fententiam tandem probavit Cuiacius *lib. 21. observat. cap. 30.* ubi ait, gladii potestatem, fummam effe partem imperii meri; & compleći omnem alium feuiorum gravioremen coercitionem, veluti *damnum in metallum, deportationem, publicationem bonorum, & judicii publici exercitionem lege delatam*. Nec defunt hanc fententiæ tuendæ rationes, quia cum populus liberæ Rep. Imperatores, aut Procofules cum exercitu in provincias mitteret, eis dabat fummum imperium, atque omnimodam coercitionem. Salluftius *in conjurat. Catilin. Ex provinciis fere omnibus Romano maximo permittitur*, Exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis focios, atque cives, denique *militiæque fummum imperium, atque judicium fummum habere*. Eo exemplo Auguftus rerum potitus, Legatos mifit in provincias omnium pacatas cum exercitu, & jus gladii eis conceffit, Dio *lib. 53.* non tantum, ut haberent jus necandi militis, *l. de militibus 3. ff. de cuftod. & exhibit. reor.* fed etiam, ut provinciales forte tumultuantes coercerent, & modo omnibus coercerent. Ideo Præfides in pœnis quemque afficere poffunt, quæ aut vitam adimunt, aut fervitutem imponunt, aut civitatem auferunt, aut exilium, aut coercitionem coercere continentur, *l. 6. §. ult. ff. de pœnis.* Idque deprehenditur ex variis pœnis, quibus Præfides provinciarum Chriftianos afficerunt: quorum enim tam variæ pœnæ a Præfidibus, nifi ipfis jus gladii cum ceffo animadvertendi coercitionem habuerunt? Ita Præfes provinciæ unitarus Baffus, quæ funt fuæ poteftatis, *Eusebius Cæsariensis Ecclesiæ Historiar. lib. 8. cap. 14.* Sententiam Prætor Publius Vitalius, ut complacentibus pœnis fontes corrocent. Et cum varia fint criminum genera, quæ aliam atque aliam pœnam mereantur, ut modo genitorem, modo fratrem, hujufmodi effet ut pœna gladii omnes punirentur. Nec minus abfurdum effet, ut ei cui veniam gladio adimere licuiffet, ei non etiam *id, quod minus eft, deportare*, conficere; fiquidem *non debet, cui plus licet, quod minus eft non licere, ff. de reg. jur.* Verum tamen quæ in contrarium dicuntur funt, quibus nonnulli Præfectum fententiam addunt poffunt: quod ehim dicitur partes imperii meri fpeciáliter conceffas fuiffe, *i. puta*, ut Præfectus aut damni jus deportandi, aliis exercitum judicii publici, aliis jus conficiendi, id verum eft. Sed & Principe omne imperium merum generaliter concedere potuit: veluti cum Præfectum Prætorio aut legatum fuum, aut proconfulem, aut legatum Proconfulis, aliumve provincias Præfidem gladio cingeret, eique poteftatem daret ad animadvertendum miltes & Provinciarum homines, *l. 6. ff. de jurisdict.* Generalis ifta conceffio imperii meri, fpeciales alias partes continebat; ut generalis hypotheca continet fpecialem, *l. 9. §. qui pœnis. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Perezius *de l. 6. ff. de pœnis*, ita debet intelligi, ut fi Præfes provinciæ aliquem noxium pœna gladii affici juberet, non poffit deinde pœnam remittere, fententiam ejus mutare vita Isqueo, vel veneno, vel fuffe, vel alio genere mortis admittere. Denique non movet, quod Ulpianus in hac *l. 6.* de Provinciarum rectoribus loqui, ubi de metallum dandi tantum concefferis: quafi non habuerint jus deportandi, nec jus conficiendi, nec aliam imperium animadvertendi. Etenim Cæfar Auguft. temporis Ulpiani divifis fuiffe provincias, quæ a primordio univerfæ regebantur, ut obfervat Dio Ulpiani æquales *lib. 53.* Qui univerfas provincias regunt, femper jus gladii habuerunt: atque alias etiam coercitiones, quod hic fignare voluit Ulpianus. At Præfides aliarum provinciæ divifæ plerumque nec jus gladii habuerunt, nec jus deportandi, *l. 2. D. de pœnis*, nec jus conficiendi, *l. unic. C. No plus juli. princip. Cir.* nec aliam majorem animadverfionem, *l. C. de haret. & emancip. pueri*, jus mancipandi tantum, coercendi, atrociter verberandi, *l. 8. §. ult ff. de offic. Proconsul.* Sobrarge alarum diftinctio, veluti Præfidi Prætorio, *l. 4. 4. C. de locat. & conduct.* aut Proconfuli, aut alio Rectori

Reftoris, qui univerfam provinciam regebat: quique jus gladii habebat, & omnimodam aliam coercitionem.

An omnis jurisdictio sit cum imperio, vel quadam sit jurisdictio simplex, & cum imperio.

CAPUT III.

ULPIANUS *lib. 2. de officio Quæstoris, In l. 3. D. de Jurisdict.*

IMperium aut merum eft, aut mixtum eft. Merum eft imperium, habere gladii poteftatem ad animadvertendum facinorofos homines: quod etiam poteftas appellatur *Cujacius in Paratitl. ad tit. de offic. Præfect. urbi*, quod in danda bonorum poffeffione conftitit. Jurisdictio eft etiam judicis dandi licentia.

CUJACIUS, *lib. 21. observationum, cap. 30.*

Duo in ea lege proponuntur simplicis generis; duo ejus in ea termini tantum, merum imperium, & mixtum imperium; nec tres, ut plerique opinantur; merum, & mixtum imperium, & jurisdictio simplex; quæ nihil ad imperium pertinet. Nam jurisdictio simplex, vel nuda; nulla sine imperio, cujus ea ad effectum perducitur: quod ex hac etiam sententia, ejus præfectus, qui jurisdictionem exercuerit eft, mixtum appellatur.

Idem CUJACIUS alibi in prima expofitione *Tit. D. de jurisdict. ad l. 3. principium.*

Hæ funt majoris cujuflam poteftatis, quam fit jurisdictio fimplex, quidam habet Magiftratus municipalis: nam fimplicem tantum jurisdictionem habet; *Et ita recte Gezi ad d. l.* ea quæ, *etsint, Magistratus municipales non habere ea, quæ fuge majoris potestatis, jurisdictionem fimplicem habere.*

Idem CUJACIUS ad *l. Duumviros* 53. C. de *Decurionibus*; Duumviri imperium non habent, *jurisdictionem habent.*

MERILIUS) Cum Ulpianus in hac *l. 3.* mixto imperio mefte jurifdictionem dixerit; hæc verba variam interpretationem patiuntur. Quidam ex Latinis Interpretibus, & primis iuris civilis Glofiographis, exiftimarunt, jurifdictionem in mefte imperio, aut jurisdictio ab imperio nullo modo feiparari poffit; quia & jurisdictio inlit imperio, & imperium jurisdictioni conhæret, *l. 1. in fine, D. de o. fic. eius, cui mandat. eft jurisdict.* Hanc fententiam probavit Cuiacius *lib. 21. observ. cap. 30.* & ita rationibus ftirmari potest: quod mandata mefte jurifdictionem complectuntur, quod modica coercitio fit imperii mixti, & jurisdictio nulla fit abfque modica coercitione, *l. ult. D. de offic. ejus, cui mandat. eft jurisdict.* Perezius, & alia effet jurisdictio abfque imperio, maxime Magiftratuum municipalium, qui funt minores magiftratus: At magiftratus municipales ex facere poffunt, quæ funt imperii mixti; nam pignus capere poffunt, *l. quamdiu enim 20. §. Magistratus, D. ad legem Aquil.* & pignoris capio eft imperii, *l. 1. ult. ff. de offic. ejus, cui mandata, eft jurisdict.* Habent mulctæ diftionem, *l. aliud. ff 123. ff. de verb. sign.* & mulctæ dictio eft imperii, *d. l. o. ff. ad l. Jul. peculat

An in mixto imperio quodam sint magis imperii, quam jurisdictionis; & magis in l. 4. ff. de jurisdictione, posterior, vel comparative simul debeat.

CAPUT IV.

ULPIANUS *in l. 4. ff. de Jurisdictione.*

JUbere caveri praetoris stipulatione, & in possessionem mittere, imperii magis est, quam jurisdictionis.

CUJACIUS in secundo explicatione Tit. *ff. de jurisd. ad l. 4.*

Observandum tum hoc, tum illo loco, magis, *excipi exceptionaliter*, & *esse in comparando*; *quamvis nihil est mixti imperii, quod non sit & jurisdictionis; & hoc etiam ipsa*, jubere caveri, *nominatim jurisdictionis esse dicitur in d. l. 1. & l. 4. ff. de damno. infect. & vice mutua, nihil est jurisdictionis, quod non sit etiam mixti imperii: sed in hac mixtura est tamen aliquid, quod eminet, & excellit.*

Idem CUJACIUS ad lib. 1. Pauli ad Edictum, *in l. ea qua 26. ff. ad municipalem.*

Constituamus, Magistratus municipales jurisdictionem, atque adeo mixtum imperium habere, sed ea, quae sunt mixti imperii, & majoris cujusdam potestatis, quam magistratibus nudae, magistratum municipalem non habere.

Idem CUJACIUS sliter in prima expositi. Tit. *ff. de jurisdict. ad leg. primam.*

Hae sunt majoris cujusdam potestatis, quam sit jurisdictio simplex, qualem habet magistratus municipalis: eum simplicem tantum jurisdictionem habet: & eae recte Gracis ad l. 2. quae, apud, magistratus municipales non habere ea, quae sunt majoris potestatis, jurisdictionem simplicem habere.

MERILLIUS.) Quod ait Ulpianus in hac *l. 4. Jubere caveri, & in possessionem mittere, magis est imperii, quam jurisdictionis*; *magis est*, ad eft *comparative*, vel *superlative*, id eft, *positive* tamen *potest*. Quam diversam acceptionem Pyrrho indicavit in Diogenes Laertius in *Pyrrhone*, & ex eo Suidas in verbo, *ἀπὸ σκοπῶν*. *Magis* ita comparative fumitur, veluti cum dicimus, fanitatem magis optandam esse, quam divitias: utrumque optandum esse dicimus, fed fit comparatio fanitatis ad divitias; & utriufque comparationis facta, alterum magis optandum esse dicimus. *Magis* autem politive, feu negative, ita fumitur: veluti cum dicimus virtutem magis laudandam esse, quam vitium; utrumque laudandum esse non dicimus, fed ita virtutem laudandam esse affirmamus, ut vitium laudandum negemus. Ita Juftinianus in §. 2. *Inftit. quib. mod. re contrah. obligat.* Indebitum *magis esse ex difficultate, quam ex contractu*. Latini Interpretes *difficilius*. *Ut ea quae 26. ff. ad municip. magis* comparative acceperunt: Accurfius, & Odofredus Accurfio antiquior: quafi cautio, quae ex imperii maxi ad invicem; & alterum dicitur effe majus imperii, quam jurisdictionis: non negatur effe jurisdictionis; fed dicitur magis effe imperii. Cujacius Latinorum Interpretum fententiam fecutus eft in *fecunda expofit. tit. ff. de jurisdict. ad leg. 1. & Inft. de Pauli ad edictum*, in d. l. 26. *ff. ad municipal.* Graeci Interpretes *magis* in d.l.26. *poftrive* acceperunt: quorum fententiam refert, & probat Cujacius in *prima expofit. tit. de jurisdict. ad l. 1.* ita igitur intelligunt, mittere in poffeffionem, reftituere in integrum, effe majoris cujufdam poteftatis, puta, imperii mixti, quam jurisdictionis fimplicis, puta, quae eft fine imperio: atque ita effe imperii *magis* admittunt, ut negent effe jurisdictionis. Qui nullam jurisdictionem fimpliciem admittunt, fed omnem jurisdictionem cum imperio effe exiftimant; fed omnem poteftatem comparative fumere. hanc *l. 4. &* comparationem facere inter eos, quae funt imperii mixti: quorum alia funt magis imperii, quam jurisdictionis; & alia magis jurisdictionis, quam imperii. Sed Graeci, qui jurisdictionem fimpliciem adminiftrantum, ut in magiftratibus municipalibus, *poftrive* fumunt: quafi Ulpianus dixerit, jubere caveri praetoria ftipulationem, & in poffeffionem mittere, magis pertinere ad Praefidem, qui habet imperium mixtum, quam magiftratum municipalem, qui jurisdictionem habet fimpliciem. Et ita verba hujufce *leg. 4. poftrive* fumenda fuadet interpretio, juncta l. 2. & *l. 1. ff. de decurion.* & *l. ult. ff. ad Municipal. ex libris Pauli, & Ulp. ad edictum*: ubi quaerebatur, an magiftratus municipales poffent exigere cautionem damni infecti, quae fit in poffeffionem mittere. Ulp. ait, *id magis effe imperii, quam jurisdictionis*, id eft, magis pertinere ad praefidem provinciae, qui imperium mixtum habet, quam ad magiftratus municipales, qui jurisdictionem habent fine imperio. Imperium hic de imperio mixto debet intelligi, ut in *l. jurisperitum* 7. §. *fi paciscor, ff. de pact.* l. *cum praetor* 12. & l. *judicium* 38. *ff. de judic.* l. *manu* 6. 5. *navem*, *ff. de tutel.* l. *quod fuffit* 14. *ff. de ea judicat.* l. *poffeffis* 215. *ff. de verbor. fignificat.* Jurisdictio vero hic debet intelligi de jurisdictione fimplici non cum imperio mixtum, ut in l. *ult. ff. de jurisdict.* & in d. l. 6. *ff. de tutel. tenet. dationem neque effe imperii, neque effe jurisdictionis*: id eft, non competere ius magiftratus, five praetoris, five tutoris, aut Praetor; five jurisdictionem tantum habeat, ut magiftratus municipalis. Quanquam ita facile conftare poteft de vera interpretatione hujufce *leg. 4.* quae ratio ex inferiptione, ut *poftrive* fumi debeat; apertius tamen conftabit, fi oftendamus, non poffe fumi comparative. Quicunque funt imperii mixti, funt quae imperii, & jurisdictionis; funt tam imperii, quam jurisdictionis; & tam jurisdictionis, quam imperii: veluti reftituere in integrum, eft imperii, & *l. 32. ff. ad municipalem*: fed eft etiam jurisdictionis, *l. 3. §. ult. ff. de minor.* & *apud quem reftitut. in integr.* Imperium magiftratus in eo verfatur, quod refcindit id, quod fecit. Cum eft, quafi fuftum non effet. Jurisdictio magiftratus in eo eft, quod cognofcit, an reftituere debeat, *l. in caufa* 16. 5. *ult. ff. de minorib.* Utrunque facit magiftratus pro imperio, imperio, qui inefl jurisdictioni, *l. 3. §. ff. de jurisdict.* vel quod coharet jurisdictioni, *l. ult. ff. de offic. ejus cui mandat. eft jurisdict.* Cum cognofcit magiftratus, an reftituere debeat, hoc cognitio non eft magis jurisdictionis, quam imperii; cum reftituit in integrum, hoc reftitutio non eft magis imperii, quam jurisdictionis: utrumque eft imperii mixti: utrumque facit magiftratus pro imperio, & jurisdictione fui magiftratus. Ita judicis facito eft imperii, d. l. cum *Praetor* 12. *ff. de judiciis*: fed eft etiam jurisdictionis, *l. 2. §. ff. de jurisdict.* Jubere caveri Praetoria ftipulatione, eft imperii, hac *l. 4.* fed eft etiam jurisdictionis, *l. 3. ff. de verbor. obligat. l. 1. in fin. ff. de ftipulat. praetor.* Mittere in poffeffionem, imperii eft, hac *l. 4.* & *d. l. 26. ff. ad municipal.* fed eft etiam jurisdictionis, *l. 1. & l. 4. ff. de damn. infect.* & *de damn. infect. l. 1. §. ult. ff. de bonor. poffeff.* Imperium Praetoris exercetur in novi operis nuntiatione, *d. l. 7. §. fi paciscor, ff. de pact.* fed & jurisdictio quoque verfatur, *l. 1. §. & poft. de oper. novi nuntiat.* Quicunque igitur funt imperii mixti, funt atque imperii, & jurisdictionis: quodcunque facit magiftratus, facit jure fui magiftratus, *l. 1. §. ff. de offic. ejus, cui mandat. eft jurisdict.* At jure magiftratus habet imperium, quod fequitur ipfum magiftratum; & habet apud Dionyfium Halicarnaff. *origines*, & in d. *l. portatis* 215. *ff. de verb. fign.* id eft, imperium mixtum, five imperium & jurisdictionem: non alio jure habet imperium, alio jure jurisdictionem. Quodcunque igitur facit, five reftituit in integrum, five det judicem, five mittat in poffeffionem; five det bonorum poffeffionem: facit pro imperio & jurisdictione: ita ut nihil magis imperii, quam jurisdictionis; & nihil magis jurisdictionis, quam imperii dici poffit. Si quidquam eft magis jurisdictionis, quam imperii, eft judicis dandi facultia, *d. l. 3. §. ff. de jurisdict.* fed in judicis datione imperium Praetoris verfatur, cum jubet, aut vetat judicare, *d. l. 1. §. ff. de offic. ejus cui mand. eft jur. & l. ea qua* 74. *ff. eod.* cum imponit neceffitatem judicandi, *l. ult. ff. de pactis*, & *de remotis & damnis*, atque ita judicis datio non eft magis jurisdictionis, quam imperii. Si quidquam eft magis imperii, quam jurisdictionis, illud eft, cum magiftratus jubet in carcerem duci, *l. 2. ff. de ea qua conjunct. ejus*, & *l. 3. §. ff. de offic. ejus cui mand. eft jurisdict.* & *l. 3. cum ea, ff. ad leg. Jul. peculat.* At illud facit magiftratus ad tuendam jurisdictionem fuam, *l. 1. §. 1. & §. quod ergo, ff. de offic. mand. turis.* Et ita non minus eft jurisdictio quam imperii. Denique in mixto imperio nihil eft quod magis imperii, quam jurisdictionis, aut magis jurisdictionis, quam imperii dici poffit.

An magiftratus in jurisdictione voluntaria poffit fe fubjicere alii magiftratui aequali, vel inferioris poteftatis.

CAPUT V.

ULPIANUS *in l. 1. ff. recipient.* 14. *ff. de jurisdict.*

EX receptum, eoque jure utimur, ut fi quis major, vel aequalis fubiciatur in jurisdictioni alterius, poffit ei, & adverfus eum jus dici.

CUJACIUS in fecunda expofitione tit. *ff. de jurisdict. ad l. 14.*

Voluerunt jurisdictionem magiftratus, nec in magiftratum voluerunt, qui par, aut major fit, exercere poteft: *ut poteft Praetor Praetorem*, *Proconsul Proconsulem adjungere, vel evocare apud collegam; qui effet Praetor voluerit, & exercuerit inter eum qui vult nominatus*, & *eum qui vult nominatum*, *Proconsul Proconsulem evocare*, *adjungere vel evocare apud collegam*; *qui effet Praetor voluerit, & exercuerit inter eum qui vult nominatus*, & *eum qui vult nominatum*, *Proconsul Proconsulem evocare*, *adjungere vel evocare apud collegam*; *qui effet Praetor voluerit, adjungere vel evocare apud collegam*. *Denique hac fuit voluntaria jurisdictionis*, *& tamen hoc Praetor apud collegam adjungere vel evocare*, *l. apud Julium*, 9. *ff. de jurisdict. vindict.* & *ratio eft*, *quia apud Julium fuit hac exfequi poteft*, *quod fuiffet formula nominatus*, *aut filium nominare*, *quod fuiffet formula nominatus*, *aut filium nominare*, *quod fuiffet formula nominatus*, *aut filium nominare

dicetur, vel actori, an inter actorem, & adiorem partieda fit. Cujacius in *secunda expositione hujus legis*, ait, utrique partiendam esse, id est, inter actorem, & fiscum esse dividendam, vel totam esse cogendam in fiscum. Et *lib. 24. observat. cap. 25.* in fin. dubitanter ait, partiendam esse, vel inter fiscum, & adiorem, vel inter actorem, id est, eum, qui rem populari adiones & eum, cui res restituta non est. At vero in *prima expositione*, ait dari posnam adversario in adversarium: pura, adiori in reum, vel reo in adiorem, & non dari fisco. Quam interpretationem magis admitterem: quia in *ff. adv. hujusce leg.* poena mera utilitati adiori opponitur, quali adiori non utiliorem, ita id, quod interest, fed poenam meram ita adione consequeatur. Praterea, ut in pecuali judicio, quod datur adversus libertum, qui absque venia patronum in jus vocaverit, poena quinquaginta aureorum patrono datur, *l. si libertus 12. ff. de in jus vocand.* Ita ex hoc edicto poena ei dari debet, cui res restituta est reftituta ut enim poena ei datur, qui in poffeffionem admiffus non fuerit, *l. 1. §. ult. ff. ne vis fiat ei qui in poffeff.* Denique ubi poena edicto definita non eft, eam adior acftimat, feu quanti ea res eft, *l. penult. ff. ne quid eum, qui in jus vocavit.* At quorfum adio poenam adiimatet, nifi ipfi inferatur? Potius ergo dicendum videtur, poenam, quæ hoc edicto proponitur, adversario effe inferendam, quam fifco, aut inter utramque effe partiendam. Non movet quod in popularibus adionibus poena quandoque fifco vindicatur, aut inter adiorem, & fiscum dividitur: Nam adio quæ hoc edicto proponitur, non eft popularis, ut nec poenale judicium in fcdum, quod datur adverfus libertum, qui patronum in jus vocaverit, *d. l. 12. de in jus vocand.* In popularibus adionibus, cuivis e populo agere permittitur, at illi adio datur tantum adversus adversarium, ut hac *l. ante.* §. *penult.* Non movet etiam, quod ut adio albi corrupti popularis eft, qui vindicatur contempta dignitas Magiftratus, *l. 6 quis. ff. de jurisd.* Ita & adio, quæ hoc edicto proponitur, popularis effe videatur: quia & humiinodi adione contempta Magiftratus dignitas violatur. Etenim adio albi corrupti popularis eft, quia publice interefit, non corrumpi album Pratoris, ex quo Pretor jus cuique dicere debet: at non ita in publice interefl, quod pecunia non reftituta, ut popularis adio detur adversus eum, qui non reftituerit.

An pactum fit genus, vel fpecies conventionis.

CAPUT VII.

ULPIANUS *in l. 1. §. conventionis, ff. de pact.*

CConventionis verbum generale eft, ad omnia pertinens tinens, de quibus negotii contrahendi, tranfigendique caufa conftituuntur, quod inter fe agunt.

CUJACIUS *in paratis. ff. ad tit. de pact.*

Tranfactio eft fpecies, pactum *autem*, *cujus definitio eft, ut fit dictorum, placitorumve in idem placitum conjenfus, id eft, nihil nifi conjenfus: ut in definitione legati, Donatio teftamento relicta, id eft, non nifi teftamento.*

Idem CUJACIUS alibi *ad tit. D. de pact. in l. 1. §. conventionis.*

Pacti igitur nomine expofita; reliqua erat conventi expofitio: & pactum quidem (ut divimus) fpecies eft, conventum genus: Nam & pactio, & contractus, conventio, fpes nominibus funt.

MERILLIUS) Probarem magis, pactum dici debere fpecies conventionis; quam genus. Conventionis nomen generale eft, quod continet contractus nominatos, & innominatos. *l. jurisperitus 7. in prin.* *ff. de pact.* atque etiam pacta nuda continet, quæ fine tantummodo pacta, & remanent in nomine conventionis, & placiti, fine ftabi. *l. fi tibi 27. C. de tranf. & conduct.* Pactum ut eft pactum nudum, eft fpecies conventionis; non eft genus: nec tranfactio eft fpecies pacti, fed contractus innominati, *l. cum notas 6. C. de tranfactionib.* & pactum nudum non eft, cum aliquid datur, *l. legem 10. C. de pact.* cum fubeft aliqua cauf dationis, vel fedi, *d. l. 7. ff. de pact.* fed eft contractus innominatus.

An pacta inconvenienti oppofita contractibus ftricti juris, infint etiam ex parte adioris.

CAPUT VIII.

ULPIANUS *in l. Jurisperitum 7. §. quinimo, ff. de pact.*

QUinimo interdum format ipfum adionem, ut in bonæ fidei judiciis; fubeatur enim decere, pacta conventa inefle bonæ fidei judicio:

CUJACIUS *lib. 10. obfervationum cap. 24.*

Decii in l. Jurisgentium, §. quinimo, ff. de pact. male expofitum colligere ex i. petens, C. eod. tit. pactum ex contrariori adiectione ftipulationi, ineffe in parte adioris, quod ftipulator). petens, *de ftipulatione adiecta pacti, non a conventa, de pacto adiecto ftipulationi: & rette, ipfa pactatio enim, adiecta pacto obligat, pactum adiectum ftipulationi non obligat. Et hoc ita in diftat ftipulationi nemine a conventu bona fides; pactum enim exceptum adionem ex contractu obligat*, i. *verbi gratia, commodati adionem. & fi obligat, ex eo etiam competit actio, ut ait. l. in bona fides, C. de pact. non quidem propria actio quidem, fed actio empti venditi; format enim & pactum actionem efficax ad petendum, vel ex empto, vel ex vendito, prout quem pactum est vocare.*

Idem CUJACIUS aliter in prima expofitione *l. in fide ff. de reb. credit.*

Poffemus eatio hoc eft, quia etiamfi concedamus illi; dicamus, pactum, quod ille exiftimabat, pactum fuerit fine actione ftipulationis: pactum tantum obligare ad exceptionem, & ipfo jure prima perfona non fobata fentem tuam pro poffe: etiamfi hoc demus, quod tamen non obtinet; pactum tamen ipfo jure pactum inefl ftipulationi, & ftipulationem tranformet ftatim.

MERILLIUS) Conventiones conſiderantur, vel ut funt contractus, vel ut apponuntur in ipfis contractibus; vel ut apponuntur aute, vel ftatim poft contractum, vel ut interponuntur ex intervallo poft contractum. Siquidem apponantur contractibus bonæ fidei, parcem facient contractus, & pariunt actionem ex contractu, cui infunt, *l. vendidor 13. ff. aut. pradiis. l. contractus 23. ff. de regul. jur.* Idem eft, fi ante, vel ftatim poft contractum, feu incontinenti apponitur contractibus bonæ fidei, *d. l. in bona fides 13. C. de pact.* & hac *l. 7. §. quinimo*. Sed ex hoc, quod Ulpianus dixerit, pacta incontinenti appofita bonæ fidei judicio ineffe ex parte adioris, feu poffere ea adionem; plerique aliter aiunt ipfi in contractibus ftricti juris, veluti mutuo, & ſtipulatione. Stephanus Grecus interpres ad *l. ingreſſi 71. §. ſi tibi decem, ff. de reb. credit.* ſcripſit pacta in contractibus ſtricti juris inconvenienter appoſita, ineſſe tantum ex parte rei, non ex parte adioris; id eſt, poſſidere tantum ad exceptionem; non etiam ad adionem. Cuiacius hanc Graci Interpretis ſententiam ſecutus eſt in *expoſit. hujus tit. ad l. 7. §. quinimo, & lib. 20. obſervationum cap. 22.* quæ Cuiacius rationibus juvari poteſt. Prima eſt, quam Cuiacius colligit ex *d. l. 11. ff. de reb. credit.* ſi tibi decem fuerint, ut indecim dobras ſimplius quam decem ante poſſe:

Ex Cujacio Liber Primus. 818

poſſe: ſcilicet, quia pactum mutuo adjectum non inſit ex parte adioris: ſi tibi decem dedero, ut novem debeas, non nifi novem peti poſſe: ſcilicet, quia pactum inſit ex parte rei. Alia ratio petitur ex verbis Ulpiani in *hypotheſi*: cum enim ait, pacta incontinenti adjecta bonæ fidei judicio ineſſe ex parte adioris, ſibi videtur conſtituere in contractibus ſtricti juris: ut pacta ipſis adjecta incontinenti non inſint ex parte adioris: veluti alias ſuæ judicorum bonæ fidei inſunt ex interpretatione, judicia ſtricti juris excludantur, *l. inter 32. §. in bona fides, ff. de rejud. & l. in ſtipulationibus C. de contrah. & committ. ſtipul.* Ita ergo, in *Hypotheſi* ait, ex *d. l. 71.* pacta incontinenti adjecta mutuo ineſſe ex parte rei, ut exceptio ejus rei ſit; non etiam ex parte adioris, ut agere poſſit. Latini Interpretes Haloander & Accurſius ad hanc *§. quinimo*, aliter ſentiunt; pacta incontinenti apposita mutuo bonæ fidei, & illius contractibus, circa poſſeſſionem, ineſſe ex parte adioris, & ex parte rei, conſumque ſententiam Cujacius ſecutus videtur in *prima expoſitione d. l. in fide ff. de reb. credit.* ubi ait, pactum incontinenti ſtipulationi adjectum *ipſo jure vocet ſtipulationem, & ſtipulationem transformare conſtitum.* Quod ſi verum eſt, pactum incontinenti ſtipulationi adjectum inerit etiam ex parte adioris: & hoc magis admiterem. Et probatur manifeſto ex *l. potest 37. C. de pact.* ex ſtipulatione agi poſſe, hoc interdicto pactum, ſive poſſeſſionem ſecutum eſt. Propter pactum datur adio, quod ſtipulationem ſecutum eſt, quafi ſtipulatio ini inde; Igitur pactum, quod incontinenti ſtipulationi adjectum eſt, etiam ex parte adioris ineſt. Si quæ dubitatio eſt, cur pactum ſtipulationi adjectum non ineſſe ex parte adioris, eſt, quod non conſtituerit verbis ſtipulationis, & ſequutur ſtipulationem: ut nihilominus pars adionem, *d. l. 37. C. de pact.* Praterea, ſententia Pauli recepta eſt in *l. 11. §. ſi. ff. de reb. credit.* qui dicebat, pactum incontinenti ſtipulationi adjectum ineſſe ſtipulationi; at ſi ineſt, non minus ineſt ex parte adioris, ac ex parte rei: Nam idem eſt pactum ineſſe contractui, & contractu contineri, hac *l. 7. §. aiso, & l. pactis 71. ff. de contrahend. emption.* Sed nemo dixerit, conſtitui contractum, ex agi poteſt, *d. §. aiso*: igitur ſi pactum inſit ſtipulationi, inerit etiam ex parte adioris. Et quorum eſſet ratio diverſitatis, pactum ineſſe ex parte adioris, & impedirei adionem, & non ineſſe ex parte adioris, ut adionem pareat? At in *d. l. 20.* debitor propter pactum incontinenti adjectum ſtipulationi, tantæ fuit exceptionis ipſo jure; ita ut creditoris adionem impediret. Si pactum ita transformat ſtipulationem, ut adionem impediat; ita etiam transformare debet, ut adionem pariat: ſi ineſt ex parte adioris, ut adionem non habeat, inet etiam ex parte adioris, ut ad adionem proficiat. Denique in *d. l. 20. ff. de reb. credit.* dicitur, pactum incontinenti ſtipulationi adjectum, perinde valere, ac ſi P. Mævius ſtipulatus eſſet: ſed ſi P. Mævius ſtipulatus eſſet, ex ſtipulatione agere poteſſet: igitur ex pacto incontinenti adjecto agere poteſtuit. Finge, P. Mævius ſtipulatus eſſet a Titio quindecim milia reddi poſt annum; pactus incontinenti pactum ſtipulationi adjectum eſt, ut Titius quindecim milia Kalendis proximis redderet: Ex hoc pacto Mævius advertus Titium agere poterit, & quidecim milia Kalendis proximis petere; quia pactum incontinenti adjectum perinde eſt, ac ſtipulatio: ita pactum incontinenti adjectum mutuo parit actionem, *l. frumenti 12. C. de uſur.* Nec quidquam intereſt, ſi in ipſa datione fruſtum acceſſionis pactum conveniat; an ſtatim poſt dationem. Igitur ſive pacta incontinenti ſtipulationi adjecta ſint, ſive mutuo, etiam ex parte adioris inſunt. Non movet ea conſtructam ſententiam ratio Stephani Graci Interpretis.

Tom. III. Prom. Fff

An procurator ex re domini ſibi ſtipulanda dnaires acquirat actionem.

CAPUT IX.

PAPINIANUS *in l. quod procurator 68. ff. de procuratoribus.*

QUod procurator ex re domini, mandato non refragante ſtipulatur, invito domino acquirere domino petere poteſt.

CUJACIUS *ad lib. 7. Reſponſor. Papiniani, in l. quod procurator 68. ff. de procuratoriis.*

Apparet hoc Papinianum de procuratore, qui ſibi ſtipulatus eſt ex re domini, aliquin non poſſet cedere actionem; & ceſſionis ſignificatio ineſt illic verbis, invito procuratore: atque ita ſentiunt Interpretes Papinianus de procuratore, qui dominio ſtipulatur. Et poſtea. Tota quæſtio eſt de procuratore, non qui domino ſtipulatur, ſed qui ſibi ſtipulatur.

Idem CUJACIUS *aliter in tit. de verbor. obligat. ad l. 8. procuratori 79.*

Et liberum perſonem nonnumquam vitiis affiones parantur nobis, ſi quid ſtipulatus procurator proſtitit ſtipulatur. quod ita intelligendum eſt, ſi ex re, & ex negotio domini ſtipulatus eſt procurator, quando quidem procurator dominus eſt, domino proſectus; nullum ei parabit adionem, nec etiam ex re procuratorie quidquam habet commoda cum re domini, & ad id vel eſſe nobis videtur a quibuſdam accepta de procuratore profectio, i. quod procurator, ſup. de procuratoriis.

Idem ſcripſit in not. Digeſtor. ad *l. 68. ff. de procuratoriis.*

MERILLIUS) Graci Interpretes hanc *l. 68.* intelligunt de procuratore, qui ex re domini, ſibi non domino dari ſtipulatur. Finge: Titius procurator Mævii petuniam feneravit Sempronio, & adeptus eſt pecuniæ

A fera juris civilis interpretum poſt Accurſium in *l.C. fac. tir.* atque etiam juris Pontificii interpretum, pul gloſſam in *cap. penult. de empt. & vendit.* apud Greg. Qui omnes in hoc conſentiunt, ut emptor deceptus ultra dimidium partem juſti pretii, non minus, quam venditor, hujuſce l. beneficio uti poſſit. Quæ ſententia pluribus rationibus defendi poteſt: quod in contractu venditionis ſint mutuæ præſtationes, *l. in contractibus 43. ff. de poſt. h. ex empto* 11. ſ. 2. *ff. de eſt. emp. l. 1. ff. de rer. permut.* atque ideo par ratio venditoris, & emptoris eſſet debeat. Tum quia reſpicio, hanc fidei contractûs, inæqualitatem pati non debet, *l. ſ. C. communia. utrique judic. famil. erciſc. & fin. regund.* Et interpretatus eſſet, ſi emptoris non conſentiret in reſcindendam ejus *leg.* 2. quod venditori conceditur. Præterea, quod B leges fraudem, ſeu mendacium venditoris puniunt, & emptoris prohibent, ſuadet ex *Theophrafto in ſuis Moralibus. in Proœmio vbi agenda*, 2. *in fine*: & non minus *Ventius emptorem fugere affuetis circumvenire patuli*, ut eſt apud Arnulphum Lexovienſem epiſt. 35. quem ejunem venditorem. Idem tamen Cujacius *lib. 16. obſervat. cap. 18. & lib. 23. obſervat. cap. 23.* ait, hanc l. 2. id emptorem non pertinere, quod ſit primum indictale poſitum d. *cap.* 18. ſub finem. Nec defunt rationes, quibus & iſta poſterior ſententia juvari poſſit: quod in hac l. 2. & d. l. *Cbe tit.* agatur tantum de vendicionem agitur ad emptorem porrigi debet: & ſi hoc beneficium Impp. emptori concedere voluiſſent, ſi tus conſtitutionibus expreſſiſſent: cum non expreſſerint, C dicendi tantum concedi debet. Tum quia in *Novella in diem: & parit actionem*, *l. 9. & ubi*, *ff. de poſt. l. C. vendit.* 4. *ff. Gregor.* agitur tantum de venditore, quod ſit venditori tantum, non etiam emptori concedi debeat. Denique Impp. in hac l. 2. humanitatis ratione id ſe venditori concedere profiteatur, qui plerumque neceſſitate res familiares cogitur ad vendionem res ſua, *l.ita ne 26. ſ. 1. ff. mandat. l. non etiam emptori ultro accedenti ad emptionem prædii, ſuppe fraudando cenſus, & pleruque emendi animo pretio inopinato, & immodico affectione oppreſſentur, vel ſuccurrere, vel cedi.* Et poſtea. *Inde etiam leges cavere*, l. 2. & l. 8. C. de reſcind. vendit. & l. 2. C. ſi major fuſt. allenet. &c. & ſupra. *Quum enim ſit ſatis perſpicuum, ſi emptor elegerit, quod deeſt juſto pretio ſupplere vendit.* venditori tantum fraudulto ſupra dimidium juſti pretii, dant neceſſitatem, ut ſcribe quitarint, *emptori minuit 15. annis, qui fraudem iniquiſſima pretio emit.*

MERILLIUS) Impp. ajunt in hac l.1. venditorem decipere, ultra dimidium partem juſti pretii poſſe venditionem revocare: nihi emptor, quod deeſt juſto pretio ſupplere malit. Juſtum pretium, eſt averum pretium, & quanti res communiter æſtimatur vendi poſſet, *l. penult. ſ. ſi ad leg. Falcid.* Jure gentium quidem, & naturaliter licet contrahentibus fefe invicem decipere. Arifoteles *lib. 5. Ethicorum. cap. 2.* in fine ait, eo nomine ab auctores retuleruntt, Ulpianus *l. in cauſa 16. ſ. ult. ff. de minorib.* Paulus *l. item 22. ff. ſi. ff. locat. & ſequentes.* Leo magnus *epiſt. 80. ait: Difficile eſt inter ementem, vendentemque conſtetium, non intervenire peccatum.* Neo propter modicum deceptionem, feu lationem revocatricidem emptio, *l. ept bona ff. de contrah. emptio.* Sed Imp. humanitatis ratione venditori immodice decepto ſuccurrere voluerunt, puta, ſi deceptus fuerit ultra dimidium partem juſti pretii. Verum, quia in hac l. 2. tamen agitur de venditore; Quæſtium eſt, an Senatuſcum reſcindendi venditionis, quod huc vendentibus competebat, etiam competat ſit emptori. Cujacius in *recitationibus ejus. de minorib. ad d. l. in cauſa 16. ſ. Idem Pomponius. in verſ. Cedere* ad hanc l. 2. ait, non licere, etiam tribi debere emptorem, & emptore fraudato vel bona dimidium juſti pretii, quod venditorem petit debere reſcindere vendationem, vel reddere id, quod juſtum pretium eſt. Et hanc ſuam ſententiam confirmat. Hactenus qui ex Cujacio, *lib. 3. Epitom. ejus. ad Codicem.*

quandocunque, vel intra certa tempora obtulerit, reA & Imp. utrique ſolvere ſententiam conjungere voluiſſe. Et ita Cujacius *tract. 2. ad Africanum*, in *l. filiofamilias 23. ff. de mort. cauſ. donationis.* exiſtimat, conjunctam fuiſſe utriuſque ſolvit ſententiam, ſub certitur condictio ob rem dati, vel utilis in rem actio ad revocandam donationem, ſi donatorem poeniteriſſe. Tum quia actio præſcripti verbis poteſt concurrere cum actione ex vendito, *l. Labeo 80. ff. de contrah. empt. & cum alia actione*, *l. ſi convenit 27. ff. comm. divid.* Non mover in contrarium *d. l. 2. ff. de præſcript. verb.* quia non datur actio præſcripti verbis, cum certa & tuta actio competit: at cum dubius eſt eventus, dubitationis tollendæ gratia, *l. ſi gratuitum 17. l. ſi apud 18. C. l. apud 20. ſ. ff. mandati.* Non movet etiam *d.l.9. ff. de leg. commiſſ.* quæ ita debet intelligi, ut præter actionem præſcripti verbis, etiam ex vendito agi poſſit. Et ita actione ædio datur in *l. 13. ff. comm. divid.* quæ fundamenta eſt cum *d.l.4. ff. de leg. commiſſ.* ex cod. *ad edictum.*

Ao tutor levem, vel leciſſimam tantum culpam præſtare debet.

CAPUT VII.

IMPP. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS, *in l.7. C. arbitr. tutel.*

QUicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut levi, feu curatoris minores anniſerint; vel cum poſſent, non acquiſierint: id ſuo nomine præſtare, & reſtituere geſtorum utile judicium venire, non eſt incerti juris.

CUJACIUS in recitationib. ad *tit. de reg. jur. in Lenoreſtitut 23.*

Nunc ſic ſtatuamus: in totale, mandato, ſocio, commodato, leviſſimam culpam venire: nunc exigitur exactiſſima diligentia, l. 9. l. 11. 13. C. mandat. ſ. 1. Inſt. de obligat. ex quaſi ex contract.

Idem CUJACIUS aliter in partitt. C. ad *tit. arbitr. tutel.*

Tunc ſunt ſcripta de actione tutelæ, tributore ad utilem actionem negotiorum geſtorum, quia competit adminiſtrationis, universitas. Et poſtea: *Quicquid dolo, vel lata culpa, aut levi culpa, non acquiſierint, vel non acquiſierunt, dat.*

MERILLIUS) Alia culpa eſt lata, feu magna, alia levis, alia leviſſima. Lata culpa eſt diſſoluta negligentia, *l. 3. ff. fulcipſiſſe 29. ff. mandati.* manifeſta negligentia, *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris.* magna culpa dolo comparatur, *l. 1. ſ. 1. ff. ſi mens. fal. modus dotis* eſt proxima, *l. quæſtum eſt 8. ſ. 3. ff. de receptis.* Imo & dolus eſt, *l. magna 226. ff. de verbor. ſignificat.* Late culpæ exemplum eſt, ſi quis talem rebus alienis diligentiam non adhibeat, quam ſuis rebus adhibere ſolet, *l. quod Nerva 32. ff. depoſit.* Non dico, quod omnes ſolent, vel intelligunt, *Hotm 22. ſ. ff. de verbor. ſignificat.* Levis culpa eſt, non facere, quod bonus paterfamilias facturus eſt, non adhibere diligentiam, qualem ceteri rebus ſuis adhibere ſolent; ſeu id eum nodum, quem natura hominibus dederat, *d. l. 32. ff. depoſit.* & cum dicimus, aliquem culpa levem, levi culpa deber intelligi. Leviſſima culpa eſt, non facere, quod diligentiſſimus paterfamilias faceret, *l. 6 novus 25. ſ. qui rationibus. ff. locat.* Is, qui tantum de lata culpa teneatur; tantum præſtare debet dolum, non diligentiam: ſi, qui de levi culpa tenetur, præſtare debet diligentiam: is, qui de leviſſima culpa teneatur, præſtare debet exactam, feu exactiſſimam diligentiam. Ex natura autem contractuum, aliter atque aliter culpa præſtari debet. In

tantum culpa, seu dolus præstatur, l. 7. §. *illud*, ff. de *pactis*, l. 1. §. *illud*, ff. *depositi*. & in precario, d. l. 8. §. ff. de *precar.* Levis culpa præstatur in contractibus, qui gratia utriusque fiunt, dantis, & accipientis: in quibus utriusque utilitas vertitur, ut in commodato, pignore, emptione, locatione, dote, d. l. 5. §. 2. ff. *commodati*. Modestinus lib. 2. *differentiarum*, in *collat. legis Mosaïc.* tit. 10. in ceteris partibus hanc regulam exhibuit ait, Levissima culpa præstari debet in commodato, quod fit tantum gratia accipientis, l. 5. §. 2. ff. l. in *rebus* 18. ff. *commodat.* & in mandato, & in negotiorum gestione: nam procurator omnem culpam præstare debet, id est, latem, & leviſſimam, l. 2. *procurator* 13. C. *mandat.* & negotiorum gestor exactam diligentiam. Paulus lib. 1. *sententiarum*, 31. 4. vel exactiſſimam, l. 2. *Iuſtinian. de obligat. quæ quaſi ex contractu*. Sed quæritur, an tutor pupilli, vel curator adoleſcentis, de levi tantum culpa teneatur, vel etiam de leviſſima. Cujacius in *recitationib. ad tit. de negot. geſt. lat.* ait, tutorem de leviſſima culpa teneri, ut contendamentum, negotiorum geſtorem; nec tamen probat. Fortaſſe movebatur, quod tutor ſit veluti procurator pupilli, & curator veluti negotiorum geſtor: ideo eſt teneatur de leviſſima culpa. Idem vero Cujacius in *paratit. C. ad lunæ tit. arbit. testal.* ait, tutorem tantum de levi culpa teneri, quod probat ex hac l. 7. ff. *curatorib.* & tutorem tantum de levi culpa teneri, & curatorem: quia tutor, & curator talem rebus pupilli, & adultiſ diligentiam adhibere debent, qualem rebus ſuis ſolent: l. 4. *tutoribus* 35. ff. *de adminiſtrat. & periculi. tutor.* l. 1. in principi. ff. *de tutel. & curatoriis. diffinebant.* Sofficit tutori talem diligentiam rebus pupillorum adhibere, qualem ipſe, vel diligens paterfamilias rebus ſuis adhibet. Licet autem procurator, & negotiorum geſtor de leviſſima culpa teneantur; non tamen tenebuntur tutor, & tutorem, & curatorem pariter teneri: quod mandatarius, ſeu procurator, & negotiorum geſtor, ſpontè ſuſcipiunt negotiorum geſtionem; at tutores, & curatoribus invitis adminiſtrationis officium imponitur, l. *tutori* 20. C. *de negot. geſt.* Quod ſi tutor ſponte ſit adminiſtrationi dedicatus, & tutor fuerit, ſatis diligens eſſet tutoris: dici poſſet tutor, & curator non præſtare debet, l. *qui tutorem* 53. §. 2. ff. *de furt.* Igitur tutores & curatores eo caſu de leviſſima culpa teneri-buntur.

An uſura legatorum, vel fideicommiſſorum ex mora, aut lite conteſtata debeantur.

CAPUT VIII.

IMPERATOR GORDIANUS in l. ult. C. *de uſur. & fructib. legator. ſeu fideicommiſſ.*

IN legatis, & fideicommiſſis, fructus poſt litis conteſtationem, non ex die mortis conſequuntur; ſi-ve in rem, ſive in perſonam agatur.

CUJACIUS ad lib. 6. Quæſtionum Papiniani, in l. 2. ff. *de uſur. & fructib.*

An, dicet, fructus legatorum, vel fideicommiſſorum percipiendi ex die mortis ante mortem Mævius ſolvendi legatorum, & fideicommiſſorum, ita & fructus præſtandi tantum ex mora, hoc eſt, ex lite conteſtatione: non ex quare, ſi quæ adjecerit lite conteſtationem, ut oſtendat l. 3. hoc tit. l. ult. C. de uſur. & fructib. legator.

Idem CUJACIUS aliter in parrit. C. ad *tit. de uſur. & fructib. legator. ſeu fideicommiſſ.*

Non tamen inficior, quin & ſi verba nonnulla congrui poſſit ex mora conventionis inferri, atque exigendi, antequam ad judicium veniatur, & ita apud eum interpretor; ex eo tempore ſit habenda ratio uſurarum, & fructuum. Nam si

An

A *in SCto Adriano, quod ſcripſum eſt de lite conteſtata, ſcilicet trahitur ad motam controverſiam*, l. ſed & ſi *ſeg.*, §. ſi aute, ff. de petit. hered. *Ita conſtitutiones hujus rei, quæ loquuntur de lite conteſtata, trahi concedo ad controverſiam motam: ut ita conſtitui, ex lite conteſtata, vel controverſia mota, legatarius, aut fideicommiſſarius nomen ſuum.*

Et in nor. Cod. hunc tit.

Mora ſit, & ante litem conteſtatam per interpellationem, l. 36. §. ult. ff. *de uſur.* l. 1. §. ff. *de uſur.*

Idem CUJACIUS lib. ſingul. de præſcriptionibus, cap. 18.

Reliquorum legatorum uſuræ, & fructus ex tempore natæ obligationis, ſi fuerint per damnationem: vel ex tempore additionis, ſi per vindicationem; non ex tempore mortis teſtatoris, l. ult. C. de uſur. legator.

MERILLIUS) Teſtator fundum legavit Titio; Titius petit fundum à Mævio hered. ejus heredi: petit, & ſecum litem conteſtati paſſus eſt. Quæritur an Mævius heres fundi fructus reſtituere debeat. Cujacius ad *lib. 6. Quæſt. Papiniani*, in l. 2. ff. *de uſur.* tit. 1. uſuras, & fructus legatorum, & fideicommiſſorum præſtari tantum ex mora, hoc eſt, ex litis conteſtatione, non ex mora, quæ antecedentis litis conteſtationem. Quod probat ex hac l. ult. & l. 2. ff. *de uſur.* & adhuc probari poteſt ex *l. quæſtum* ff. 91. §. *ſi ſeg. de leg.* 1. Tum quia actiones ex teſtamento ſunt ſtricti juris, & in ſtricto juris judicio non venitur tantum poſt litem conteſtatam, *Inſtitutionis* 38. §. *ſi* 1. *quem* 4. ff. *de offic.* Idem Cujacius in *paratit. Cod. & ad tunc tit.* 28. uſuras, & fructus in legatis, & fideicommiſſis venire non tantum a lite conteſtata, fed a controverſia mota, quæ præcedit litis conteſtationem, l. *ſed & ſi* 15. §. *ſi autem* 3. ff. *de petit. hered. & in ſtricto* C. ad l. *Jul. ait*, venire poſt motam. Idem Cujacius in lib. *ſingul. de præſcrip. & termin. cap.* 18. diſtinctionem adhibet inter legatum ſimplex, quidem, & determinatum; ut legatum in legato vindicationis à die aditæ hereditatis; & in legato damnationis, ex die moræ. Quam diſtinctionem non probat, quæ ſatis ſuperque ſit legatum vindicationis poſſe petere actione in rem, vel actione in perſonam, *liquet legatur* 38. §. *de fideicommiſſariis* 84. §. *ult. ff. de legat.* 1. legatum constitutum tantum actione in perſonam, l. *duos* 14. ff. *de uſu. ſolut.*

D *& redit. lega.* At nulla differentia conſtituitur in hoc l. *ult.* five in rem, five in perſonam actum fuerit. Veritas autem exiſtimo, uſuras, & fructus in legatis, & fideicommiſſis venire ex mora: & probari poteſt ex l. *cum ſervo* 30. §. *fructus*, ff. *de legat.* 2. *Cor. Titius* 87. §. *uſuras*, ff. *de legat.* 2. *Paulo lib. 3. ſententiar. tit. ult. add leg. Falcid.* Licet enim actionem legatorum, & fideicommiſſorum ſint ſtricti juris, tamen quoad uſuras, & fructus venire, bonæ fidei judicia comparantur, *Inſtitut.* 28. ff. *de uſur. lin. interrum* 5. C. *in quib. cauſ. in integ. reſtit.* Quod vero dicitur, uſuras, & fructus in legatis, & fideicommiſſis tantum venire ex lite conteſtata, l. 1. & *l. ult. hoc tit.* ideo dicitur, quia lite conteſtata certus mora facta deprehenditur. Diſertim Paulus ait, venire ex mora? *d. tit. ult. ad leg. Falcid.* At mora præcedit litis conteſtationem in judicio, l. 3. ff. *de uſur.* & ff. ſatisfactio legati petendi facta ſit ad legatarium ſeu heredem extra judicium interpellavit. Atque ita verius eſt, uſuras, & fructus venire in legatis, & fideicommiſſis ex die moræ, quam ex lite conteſtata, aut controverſia mota.

An

An here præterea ſuppleri Falcidiam, aute conſtitutionem Juſtinianæ, in l. ult. Cod. ad legem Falcid.

CAPUT IX.

JUSTINIANUS *in l. ult. C. ad leg. Falcid.*

CUm certum ſit, heredem, qui plenam fidem teſtatoris exhibet, in ſolidum legata dependentem, non poſſe poſtea rationem legis Falcidiæ prætendentem, repetitione uti; quia videtur voluntatem teſtatoris ſequi; jubemus hoc ſtatuti modo ferendum habere, etſi cautionem ſuper integra legatorum ſolutione fecerit: quod veteribus legibus in ambiguitatem deductum eſt: In B utroque autem casu, id eſt, ſive ſolverit, ſive ſuper hoc cautionem fecerit; æquitatis ratio ſimilia ſuadere videtur.

CUJACIUS in expoſit. *Novellæ prima.*

Poſt mortem teſtatoris non conſtabat ejus, ſed factis conſtat, ex conſtitutione Juſtiniani volente correctionem, ne heres Falcidiæ uteatur.

Idem CUJACIUS Conſultat. 59.

Dixi, non valere conventionem, quæ exponat jus publicum; & partium, quæ legibus, aut moribus defenſorum, nulla cautione eventet poſſe, l. 11 partium, in principi. ff. de donationib. Quod obſervatum eſt, ut heres poſſet cautione quartam legis Falcidiæ remittere, & cavere ſe lege Falcidia non uſurum. Et hoc ut magis receptum Juſtinianus probavit, ut in præſtanda aliis deciſionibus. Et C quidem ſi heres potuit adverſus legem Falcidiam integra legata ſolvere, ita potuit Falcidiam cautione remittere: eadem enim ratio ſolutionis, & remiſſionis.

Quæ ſint differentia legatorum ſublata, quorum a Juſtiniano.

CAPUT X.

JUSTINIANUS in l. unic. §. ult. C. de *cadue. tollend.*

D

NOs autem omnimodo repellimus, unum omnibus naturam legatis, & fideicommiſſis imponentes; & antiquam diſſonantiam in unam trahentes concordiam.

CUJACIUS in parat. C. ad l. unic. C. de *cadue. tollend. ſub finem.*

Pars quoque collegatarii collegatario acceſſit, ſi ſibi juvenis fuerint, ex hac conſtitutione, ſublata hac in re veteri differentia legatorum per damnationem, & per vindicationem. Itemque ſi conjunctis fuerint per vindicationem, l. 6. dubour, §. ult. l. legatum, §. 1. l. plane, §. 6. dubour. ff. de legat. 3. & ſi ſervo, §. de ſtanguilbert. *An non etiam ſi conjunctis fuerint per damnationem*, E l. 7. ff. de legat. 2. l. 6 dubour, in princ. l. burſonius, §. 1. ff. Titio. l. Titio. l. ſolonius, §. 6. conjunctim, ff. de legat. 1. Quam differentiam ſegregatim non invenio effe ſublatam.

Idem CUJACIUS aliter in not. ad Ulpianum *t. 24. de legat.* in verbo, *A pon. damnationem*.

Illinc vero opponet, l. conjunctim, de legat. 3. *de legata vindicationis*, l. plane, §. 6. conjunctim, de legat. 1. *de legata damnationis accipiendum eſſe. Sed hoc adeo in vix loqui ſuppoſitum eſt*, quod jam ſublatæ eſſent a Juſtiniano legatorum differentiæ. *Non tamen ita ab his locis ſublatæ ſunt, ut hæc manifeſto non ſuperſint jus diſſimulate conſiglie.*

MERILLIUS) Inter diverſa genera legatorum erant complures differentiæ, ex quibus unam Juſtinia-

nus attigit in hoc §. *ubi autem* 11. *l. unic. C. de caduc. tol.* A *lend.* puta, si duobus eadem res per vindicationem legata fuisset, concursu partes faciebant, *l. 1. §. interdum, & l. 3. ff. de usufr. accrej. l. coheredi 11. §. ubcrej, ff. de vulg. & pupill. substitut.* solidum cuique ab initio relictum esse intelligebatur: altero concurrente, deindebatur inter eos legatum; non concurrente, pars collegatario, feu conjuncto accrescebat. Sic duobus eadem res disjunctim per damnationem legata fuisset, in hoc legato non concurrebant; neque deficiente altero inter eos fuit ius accrescendi; fed cuique totum debitum erat: eique res debebatur, qui primus legatum petere occupabat; alii debebatur aestimatio rei.. Quas in *frequenti Institut. lib. 2. tit. 20. §. 13.* de vulgari & *Libro 14. ff. de vf. ufruct. & reditu. legat. l. Titio 36. §. ult. & l. fi fundus 124. §. ult. ff. de legat. 1.* & Juftinianus in hoc §. *ubi autem* litem differentiam, quae inter legata vindicationis, & damnationis, intelligit. Plures alias differentias inter hujufmodi legata alibi obfervavimus. Sed quatenus, an omnes illae differentiae legatorum hodie fubfitare fuerint conftit. Juftiniani in *l. 2. C. Com. de legat.* & in hoc §. *ubi autem*. Cujacius in *paratit. C. ad h. tit.* fub finem ait, non effe fubfitare differentiam, quae erat circa jus accrefcendi, in legato vindicationis, & damnationis: neque alias differentias, quae inducentur ex voluntate teftatoris. Sed quamvis Juftinianus illas differentias tollere voluiffet, tamen manifefta rerum veftigia in Pandectis non reliquiffet: fiquidem in legato per vindicationem perfecto conjunctio nondum fubfitare fuerint conftit. Juftiniani in *l. 2. C. Com. de legat.* & in hoc §. *ubi autem*. Cujacius in *paratit. C. ad h. tit.* fub finem ait, non effe fubfitare differentiam, quae erat circa jus accrefcendi, in legato vindicationis, & damnationis: neque alias differentias, quae inducentur ex voluntate teftatoris. Sed quamvis Juftinianus illas differentias tollere voluiffet, tamen manifefta rerum veftigia in Pandectis non reliquiffet: fiquidem in legato per vindicationem perfecto conjunctio accrefcit, *d. l. 16.* in principio. *ff. de legat. 1. d. l. 2. §. fi conjunctim. eod. l. 1. ff. Titio 61. ff. de legat. 2.* Idem Cujacius in *not. ad Ulpianum, tit. 24. de legat. 2.* ait, fubfitare fuiffe a Juftinianio differentiam in libris juris remanfiffe, non idco remanfiffe, quafi hodie obtinere debeant; fed B quia Pandectarum compofitores teftimantium agentes, veftigia omnia juris antiqui, quod Juftinianus immutavit, interdelere non potuerunt.

An Sextus Aelius, vel Sextus Caecilius omnes retinuit. Badias. in l. 1. C. de comm. fervi. manumiff.

CAPUT XI.

JUSTINIANUS *in l. 1. in principio. C. de comm. fervi. manumiff.*

SEcundum ea, quae & Ulpianus *lib. 6. fideicommiff.* C *ferum*, & Paulus *lib. 3. fideicommiffarium* refert: ubi & hoc relatum eft, quod de Sextus Aelius jure antiquo conftituta definitur, ferium per Praetorem compellis partem fuam vendere.

CUJACIUS lib. 7. obferrat. cap. 14.

Extrepitus Ulpianum, meus Eruditorum voces, Juftinianus Sextum Caecilium, l. 1. C. de comm. ferv. manumiff.

Idem CUJACIUS aliter legit in paratit. C. *ad tit. de comm. ferv. manumiff.*

Idemque Sextum Aelium antiquum iure respexit XII. tabular. refert fcripfiffe ex Ulpiani & C Paulli fi. fideicommiffarium. Et in Recitationib. ad *tit. C. de comm. ferv. manumiff.*

Scribit etiam, idem fenfiffe Sextum Aelium *antiquum interpretem XII. tab. ut facies invitus fuos manumittendi vendat partem fuam: & hanc Aelii fententiam refert Ulpianus* 6. fideicommiffor.

MERILLIUS) Si unus ex dominis communem ferD vium manumittaret Latina libertate, puta inter amicos per epiftolam, nihil agebat: Ulpian. *lib. fing. Reg. in.* 1. fed fi vindicta, aut teftamento manumitteret; dubitatum fuit, an fervus maneret, vel ei libertas competeret. Sabinus, & ex eis fchola auctores, volebant in ea fuiffe fententia, ut fervus maneret: & ratio illorum fuit, quod unus ex dominis, invito focio, in re communi nihil poterat gerere, *l. 1. in fin. & l. 28. de communi. praedior. inferior. l. Sabinus* 28. *ff. communi. divid.* Et fodius, qui in re communi vult aliquid facere invito focio, jus focii magis ad fe percipit, *l. ea una* 11. *ff. fi fervit. vindicet.* Cum igitur unus ex fociis, invito focio, fervum manumittit, jus focii ad fe praecipit, & properans fervo manumiffa libertas non competit. Et quia fervus pro parte liber effe non potefl, & pro parte fervus, *l. alieno, ff. de fideicommiff. libertat.* pars focii manumittentis, fecundum illorum fententiam, focio non acrefcit, *§. ult. tripli. de donationib.* & hac *l.* 1. in principio. Proculejani videntur fuiffe, ut fervus ab uno ex dominis manumiffus liber fuerit, & alter tas ad fe non pertinere fervitutem. Ratio illorum fuit, quod E fi libertas fervo non competeret, melior effet conditio fervitoris, quam domini mittentis: at favor libertatis hoc non patitur. Proculejani, & ex eis fchola auctores, fecundum Stoicorum dogmata, maxime favebant libertati, ut alius oftendimus. *Aequius* igitur effe aiebant, ut fervus liber effet, & tamen indemnitas alteri domino praeftaretur; puta, dimidium aeftimationis. Cujus fententiae veftigium eft in *l. duobus* 39. *ff. de libertat. caus.* ubi Scaevola ait, *quaero ex quo tempore non poterit fervus videri communis*, & quam poterioremfententiam Juftinianus hic probare maluit: exemplo confimilis auctoritate plurium]Crorum, & Sextus Caecilius, qui Sextum Aelium fecutus fuit, Ipfe Sextus Caecilius; puta, Sextus Caecilius, qui paffim laudatur in Pandectis, cujus, & elegantiffima eft definitio cum Pitonaeo Philofopho in Scholis XII. Tabul. apud F Gellium *lib. 20. cap. 1.* Idem Cujacius in *paratit. C. ad h. tit.* & in *recitationib. ad eundem tit.* legit, *Sextus Aelius*; quod magis probarem, quia ita legitur in omnibus codicibus editis, & manufcriptis: Tum quia Sextus Aelius fuit ex antiquiffimis]Cris, quem & Ennius verfibus fuis laudaverat, ut refert Pomponius in *l. 1. §. Aelius ff. de orig. jur.* & verfus Ennii erat apud Varronem *lib. 6. de ling. Lat.*

Aelius Sextus

Id eft, acutus, ut ille interpretatur. Atque etiam Sexti Aelii fit mentio in *l. fi venditor* 38. *ff. de action. empt.* itaut Sexti Aelii nomen in *d. l. 1. C. de com. ferv. manumiff.* retinendum videatur.

Ab lex 3. C. de praefcript. trigint. annor. Thodofio feniori, vel junioris fit tribuenda.

CAPUT XII.

IMPP. HONORIUS, & THEODOSIUS AA. AS- CLEPIODOTO PP. *in l. 3. C. de praefcript. trigint. vel quadragint. annor.*

SEcut in rem fpeciales, ita de univerfitate, ac perG fonales actiones ulnea triginta annorum partium minime protendandae. Sed fi qua res, vel jus alicui quod poffideatur, vel perfona quilicunque adjuncta, vel perfecutione pulferat: nihilominus erit agenti-bus

Ex Cujacio Liber Secundus. 906

F ginta annorum praefcriptio metuenda. Eodem etiam jure in eas perfonas valente, qui pignus, vel hypotecam non a fuo debitore, fed ab alio per longum tempus poffidente, retinur vindicare. Quae ergo antea non more funt actiones, triginta annorum tuji filentio, ex quo competere coeperunt, vivendi ulterius non habeant facultatem. Nec fufficiat praedius obtatio fpeciale quoddam (licet per annotationem) promeruiffe refpondum, vel etiam in judicialis allegaffe: nifi allegato facto refcripto, aut in judicio pollulatione depofita, fuper ea re ftatuta gefta contentio: non fexus fragilitate, non abfentia, non militia contra hanc legem defendenda: fed pupilli atate duntaxat quatenus fe tutelae defenfione tueantur, huic eximenda functioni. Nam cum ad eos annos pervenerint, qui ad folliciudinem permittent curatoris; neceffario vel ipfi minores aetate praefcripta triginta intervalla fervanda funt. Hic autem actiones annis triginta continuae extinguantur, quae perpetuae videbantur: non illae, quae antiquis temporibus limitabantur. Poft hanc vero temporis definitionem, nulli movendi ulterius ftudiorem patere cenfemus; etiam fis fe legis ignorantia excufare tentaverit . Dat. VIII. Kalend. Decembb. Conftantinop. Victore, & Siunnacho Conff.

CUJACIUS lib. fing. de praefcriptionib. cap. 30.

Ab primum quidem Theodofius tribuit, ut in praedicta, exemplo Alfonni in Hifpania, ut actiones noffcrorum perfonales : non tamen decem, aut viginti annis, fed triginta, ut]Cus, Clerus praefcript. 30. annor. Cujus refcripti valis ifle dubet: Theodofius. A. Vult Theodofius. Et quis hujus praefcriptionis auctor, *vel junioris tribe* . Novell. de 30. annor. praefcript.

Idem CUJACIUS aliter, lib. 18. obferrat. cap. 26.

An fane cum Theodofio magni conftitutionum non habemus. Num l. 3. C. de praefcript. 30. annor. Theodofii junioris eft, non fenioris. *Quae tamen ratio, vel caufa legula: & fimilitor tricennio fuberatur pupillorum aetatem domini, vel creditoris* . Et ut hodie malim fuiffe Theodofium juniori illam l. 3. *ff. de praefcript. 30. annor. Cujus fcripfit ad Afclepiadotum* ; *cui fulum poffius alios lego : Theodofianum fuae conftitutiones derigere* ; & *folum Valentinianum fuae fcripfiffe.*

MERILIUS) Triginta annorum praefcriptio hac *l. 3.* indicata, quae tantum caufis opponitur, & certat in *l. unic. C. Theodof. de affenfis. cert. temp. finiend.* in quemadmodum actiones in rem praefcriptione decennii antea tollebantur, *l. 2. C. de adverf. creditor. l. 1. C. de praefcript. long. temper.* Ita & actiones perfonales triceninio rollantur; qua & fpatium illud triginta annorum quodam *fpecialem* habitus eft, ut ait Servius ad *l. 8. Aeneid.* Seculo longiore, puta, ceptum annis vita hominum definita eft , *Imperatorum 76. ff. de judic. l. an ufufructus 56. ff. de ufufr. & ufufruct. & quod* Seculo brevius, puta, triginta annis actionum vita finita eft . Sed non fatis conftat, an hoc conftitutio Theodofio magno, feu feniori, an junori tribuenda. Cujacius *lib. fing. de praefcriptionib. cap. 30.* Theodofio magno tribuit; quam Theodofius junior intelligit, & partem fuum vocat , *Novell. de 30. annor. praefcript. annals. conf. opponend.* Idem tamen Cujacius *lib. 8. obfervat. cap. 26.* ait , Theodofium quidem magnum tuiiffe legem de praefcriptione triginta annorum, ut omnes actiones perfonales (fubtractis atate pupillari) triginta annorum praefcriptione tollerentur: non tamen effe hanc *l. 3.* fed delideratri, & non extare. Hanc vero *l. 3.* adfcribit Theodofio juniori : idque probat ex *d. l. uni. de affenfis. cert. temp. finiend. in Cod. Theodof. ad Afclepiadotum*, ubi quem Theodofius junior plerifque aliis conftitutionibus fuis fcripfit: quod quia Cujacio magis placuit, facile admitterem. Quidam tamen exiftimant , nullam fuiffe conftitutionem Theodofii feniotis de praefcriptione triA ginta annorum, fed tantum triginta annorum : quae & debet intelligi in *Novella de praefcript. triginta annor. omnib. caufpopponend. & in Novell. Valentiniani Epifcopat. jubic.* quod ex verbis hujus *l. 3.* videatur Theodofius junior eam tritinatis annorum praefcriptionem primus induxiffe, qua infanes perfonales tolluntur : exemplo dudto a praefcriptione decennii , quo actiones in rem antea tollebantur , *d. l. 2. C. de praefcript. long. temp. decenn , vel triginta annor.*

Ut verba quadam in l. 3. C. de annal. excepr. accipi debeant.

B

CAPUT XIII.

JUSTINIANUS *in l. 3. C. de annal. excepr.*

SI ex multis caufis quidam obnoxiam habent, & C minores ex fimilibus quantitatibus ; in unius quidem caufe rationem libellum conventionis compofuerit , eaufam tamen non expreferit ; apud veteres agitabatur, an videatur omnes caufas in judicium deduxiffe , an verufiffimum unam earum, aut omnium nihil fecifle ; cum ejus fenfus incertus effe apparebat . Sed & in judiciis tales interactiones ventilatas invenimus , & maxime propter longi temporis interruptionem . Si enim petitionis forte fuerat mota actio , hypothecariae autem actionis nulla mentio proceffabat : quidam putabant , perfonalem quidem effe temporis interruptionem perpetuam ; hypothecariam autem evanefcere , tacitumitate fopitam . Et fi quis generaliter diceret obnoxium fibi aliquem conftiturum, nec dubitationem enuntiabat, fi omnes ei competentes actiones hujufmodi narratio- D nis contextu conftituat ; an vero quod filentio circa eas habito , tempore expirare , nullo ex interim libelli confectione admonicio ei acquifito . Sancimus itaque , nullum in judicio in pofterum locum habere talem confufio. nem : fed qui obnoxium fuum in judicium claxaverit , & libellum conventionis ei tranfmiferit , liet generaliter nullius caufe mentionem habentem , vel unius quidem fpecialitas ; tamen omnes earum perfonales actiones , vel hypothecariae continuetem , nihilominus vifas effe , tempore in judicium deductis , & effe interruptas temporum curricula : cum contra ju- E dex hoeuunes, & fui puris contemptores , odiofe excepriones oppofite fuer . Datum Conftantinop. poft Conful. Lampadii , & Oreftis VV. CC.

CUJACIUS in paratit. C. ad hunc *tit. de annal. except. Quod ait in principio*, & maxime ex fimilibus caufis, *fic accipitur , ut minima idem fit ex* diffimilibus caufis . Idem CUJACIUS aliter in recitatiouib. ad hanc l. 3. *Quod ait in prima parte , ex fimilibus quantitatibus , fic accipitur*, ut minime idem fit ex diffimilibus quantitatibus .

MERILIUS) Tritus debebat centum Mavio ex caufa legati, centum ex caufa mutui, & centum ex caufa venditionis . Mavius autem Titium, & ali- F centum generaliter petit , nulla caufa debiti expreffa in libello conventionis . Quaeritur , an Mavius omnes caufas debiti in judicium deduxiffe videretur, vel veruttiorem tantum caufam debiti, vel nullam potius: & hoc quaerebatur, ad interruptionem praefcriptionis , quae fit fola conventione . In ea quaftione tres fententiae fe offerunt fuiffe videntur . Quidam exiftimabant , omnes caufas debiti in judicium deductas fuiffe , cum nulla caufa expreffa fuiffet : ut cum quis in libello appellationis nullam caufam expreffierit , ex omnibus caufis poteft appellationem perfequi , *l. 2. §. quid ergo 1. & l. appellenti 23. ff. de appellationib.* Ita quo non expreffit caufam debiti in libello conventionis , ex omnibus caufis debitorem fuum conveniffe intelligitur . Alii

A Alii dicebant, non omnes obligationes, sed vetustissimam earum in judicium deductam; veluti debitor ex pluribus causis, si non expresserit ex qua causa solverit, in antiquiorem causam solvisse existimatur, *l.5.& l.cum ex pluribus 97. §.ult. ff. de solut. & liberat.* Tertia fuit opinio eorum, qui dicerent, cum Mævius in libello conventionis nullam causam expressisset, nihil in judicium deductum esse; eo quod incertum est, quod petitur, *l. inter 83. §.1. ff. de verb. oblig.* veluti & alias incerta actio nulla est, *l. 5. in fin. ff. de rei vindicat.* incerta stipulatio nulla, *l.9. 10. 11. ff. de stipulat. servor.* incertum legatum nullum, *l.4. C. de verbor. signific.* & ita incerta conventio, non expressa causa, nulla esse debeat. Justinianus quæstionem istam ita dirimit; ut si Mævius generaliter libellum conventionis
B Titio transmiserit, nulla causa expressa, puta, si centum petierit; omnes causas in judicium deduxisse videatur, & ex causa legati, & ex causa mutui, & ex causa venditionis: atque ita interrumpi præscriptionem. Subjicit Justinianus, ut si unius causæ specialiter facta sit mentio in libello conventionis; puta, si actor expresserit causam personalis actionis, vel causam hypothecariæ actionis, omne jus suum in judicium deduxisse videatur: quod ex causa personalis, vel ex causa hypothecariæ actionis, personali actione expressa, hypothecaria interrumpitur: hypothecaria actione expressa, personalis interrumpitur. Verum dubitari potest, an hæc verba, quæ sunt in principio hujus *l. 3. & maxime ex similibus quantitatibus*, intelligi debeant etiam de causis, seu actionibus similibus. Cu-
C jacius in *paratit. Cod. ad hunc tit.* ait, *ex similibus causis*, sic accipite, ut minime idem sit ex dissimilibus causis: & ita confundit quantitates, & causas. Idem Cujacius in *recit. Cod. ad hanc l.3.* Quod ait in prima parte, *ex similibus quantitatibus*, sic accipite, ut minime idem sit ex dissimilibus quantitatibus. Et hoc magis probarem; quia distingui debent in hac *l.3.* quantitates, & causæ. *Quantitates*, id est, summæ debitæ: *Causæ*, id est, actiones, ex quibus summæ debentur. Et ex hac constitutione, qui quantitatem unam in judicio deduxerit, alias similes quantitates in judicium videtur deduxisse, non tamen dissimiles quantitates. Sed qui unam actionem moverit, ex unave causa egerit, ex alia dissimili egisse intelligitur: puta, cum moverit personalem actionem, videtur movisse hypothecariam, ut utriusque fiat interruptio. Ceterum hoc
D mendum scripturæ potius, quam interpretationis, in *paratit. Cod.* deprehendit ante nos V.C. Franciscus Raguellus in commentariis suis ad constitutiones Justiniani, & ad hanc *l.3.*

An idem sit edictum D. Hadriani, cujus fit mentio in l. 5. C. de ædific. privat. & Constitutio D. Marci, quæ refertur in l. cum duobus 62. §.8. ff. pro socio; vel distingui debeat.

CAPUT XIV.

E IMPP. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS, *in l.5.C.de ædific.privat.*

SI is, contra quem preces fundis, sciens, prudensque soli partem ad se pertinere, non quasi socius, vel collega, communis operis sollicitudine solidam balneorum extructionem ea mente, ut sumptus pro portione tua non reciperet, aggressus est; sed ut totius loci dominium usurparet, & collapsum balneum refabricare enisus est: cum ædificia, quæ alieno loco imponuntur, solo cedant; nec impensæ his, qui improbe id fecerint, restitui debeant: antiquato D. Hadriani edicto, Præses provinciæ memor juris publici, in dirimenda disceptatione, legum placita custodiet.

CUJACIUS in recitationibus Cod. ad *tit. de ædific. privat. in l.5.*

Dicam hodie de alio edicto D. Hadriani, juxta l.5. hujus tit. quod etiam D. Marco tribuitur in l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro socio.

Ita etiam confundit nomen Hadriani, & Marci in not. Codicis, ad eundem *tit. de ædific. privat. in l.5. D. Hadriani, id est D. Marci.*

Sed aliter lib. 19. observat. cap. 20.

Vespasianus, & Hadrianus dominium dederunt instauratori statim; D. Marcus dominio dando interposuit quatuor menses.

MERILLIUS) Titius, & Mævius habebant ædes communes: ædes dirutæ, vel exustæ sunt. Titius, Mævio nolente sumptus inferre ad restitutionem ædium, eas solus restituit. Antiquo jure ex constitutione Vespasiani, quam refert Suetonius, dominium ædium restitutarum Titio quærebatur; & ex edicto D. Hadriani, cujus fit mentio in hac *l.5.* quia publice interest, ne civitates depositis ædificiis deformentur, *l. 25. hoc tit.* Et ideo curator reipub. adversus dominos ædium, ut dirutæ domus in civitatibus ab iis extruantur, agere potest, *l. ad curatorem 46. §. 1. ff. de damn. infect.* Cum id ita esset constitutum, ut cessantibus dominis ædificia diruta restituere, aliis restituentibus dominium eorum quæreretur; D. Marcus postea quatuor menses dedit, intra quos dominus ædificii restituti posset sumptus factos restituere cum usuris, *l. cum duobus 52. §. idem respondit 8. ff. pro socio*: id est cum usuris centesimis, quæ sunt maximæ. Quod si dominus post quatuor menses cessaret sumptus in restitutionem factos cum usuris reddere; post illud tempus D. Marcus dominium dedit, d. *l. 52. §. 8. ff. pro socio*: id est, voluit eum, qui ædes restituisset, earum habere dominium: eademque constitutione D. Marci, restitutori ædium datum fuisse videtur jus taciti hypothecæ, ut in sumptibus ad restitutionem ædium factis, præferretur anterioribus creditoribus, *l. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit.* Aliud est igitur edictum D. Hadriani, cujus fit mentio in hac *l. 5.* & constitutio D. Marci, in d. *l. 52. ff. pro socio.* Cujacius in *not. Cod. ad hunc tit.* confundit nomen Hadriani, & D. Marci, quasi una, eademque fuerit constitutio; & nomen Hadriani etiam D. Marco tributum fuerit, quia D. Marcus ab Hadriano adoptatus nomen ipsius præferebat. Idem etiam censuit in *not. ad lib. sing. Regul. Ulpiani, tit.24. de legat.* ubi quod auctore Hadriano constitutum esse dicitur, id D. Marco tribuit. Verum idem Cujacius *lib. 19. observat. cap. 20.* distinxit edictum D. Hadriani, cujus fit mentio in hac *l.5.* a constitutione D. Marci, quæ refertur in d. *l. 52. pro socio*; quia Hadrianus restitutori ædium statim earum dominium dederat: D. Marcus autem quatuor menses ad sumptum solutionem præstituerat; & nisi soluti essent, dominium dederat. Et hoc quidem verius est, atque etiam Senatusconsultum, cujus meminit Ulpianus *d. tit. 24. de legat.* distinguendum esse ab alio SCto temporibus D. Marci facto, ut alias ostendimus. Quod autem diximus de restitutis ædibus, id est, repositis, seu reædificatis, non idem forte dici potest de refectis ædibus, quia non sic publice interest, ædes ruinosas refici, ut dirutas restitui.

An l. 1. C. de fidejussorib. & mandat. intelligenda sit de debitore deportato vel relegato.

CAPUT XV.

IMPP. SEVERUS, & ANTONINUS *in l. 1. C. de fidejussorib. & mandat.*

SI Lysias adempta parte bonorum exulare jussus est, non nisi pro parte, quam retinuit, creditoribus

A ribus obligatus est. Verum qui pro eo fidem suam adstrinxerunt, jure pristino conveniri possunt.

CUJACIUS ad lib. 9. quæst. Papiniani, in *l. si debitori 47. ff. de fidejussorib. & mand.*

Possunt bona publicari sine capitis diminutione, si quis relegetur in insulam, & specialiter ei adimatur magna pars bonorum, ac redigatur in fiscum. Pro ea parte bonorum relegatus liberatur, *quasi pro ea parte videatur fiscum habere successorem, & semivivus esse. Pro ea parte, quæ publicata est, pro mortuo habetur; pro ea parte, quam retinet, non videtur mortuus: atque ita quodammodo partim successorem habet, partim non habet*, l. 1. C. de fidejussorib. l. 2. C. ad leg. Jul. de vi. *ubi eleganter successorem pro oneribus portionis suæ respondere ait:*
B *fiscum igitur respondere pro parte bonorum relegati, quæ ei adempta est; pro reliqua parte, respondere ipsum relegatum. Ergo non deportatio tantum quasi mors est*, sed etiam relegatio, cui juncta est publicatio partis bonorum.

Idem CUJACIUS aliter lib. 15. observat. cap. 35.

Si parte bonorum publicata debitor liberetur pro parte, fidejussor tamen obligatus manet in solidum: videlicet si debitor capite minutus sit, ut *l. 1. C. de fidejussorib.* si exulare jussus sit: quo verbo proprie significatur deportatio, non relegatio, *Nec quominus deportatio significetur, retenta ab exule pars bonorum dissuadere debet: cum & ab eo nonnunquam eveniat, ut retineantur omnia bona*, l. 14. de interdict. & relegat. Relegatus vero adempta parte bonorum, vel bonis, una cum fidejussoribus suis maneret obligatus.

MERILLIUS) Lysias Titio erat obligatus in centum; ejusque obligationis nomine Mævium fidejussorem dederat. Postea Lysias ob aliquod delictum, parte bonorum adempta & publicata, in exilium missus est. Impp. ajunt, Lysiam, non nisi pro parte bonorum, quam retinet, Titio manere obligatum; puta, in quinquaginta: quia fiscus, qui partem aliam bonorum vindicavit, pro ea parte tenetur creditoribus satisfacere, *l. si marito 31. ff. solut. matrimon. l. 2. C. ad leg. Juliam de vi publ. & privat. l. 2. & 3. C. de sent. pass. & restitut.* Subjiciunt Impp. in hac l. 1. Mævium fidejussorem Titii, *jure pristino conveniri posse*: id est, in solidum, seu eo modo, quo ante exilium Lysias
D conveniri potuit: quia exceptio illa, quam habuit Lysias, ut pro parte solum teneretur, personæ Lysiæ cohærebat; puta, quod pars bonorum adempta fuerit: neque fidejussoribus competit, *l. etsi 24. ff. de re judicat. l. defensiones 11. C. de exceptionib.* Si fidejussor solverit, non habet mandati actionem adversus debitorem, cum bona publicata sunt; sed adversus fiscum, ad quem bona pervenerunt, *l. 2. ff. de capit. minut.* Sed quæritur, an species hujus *l. 1.* de Lysia deportato, aut relegato intelligi debeat. Cujacius in *recitationib. ad lib. 9. quæst. Papiniani*, in *l. si debitori 47. ff. de fidejussorib. & mandat.* hanc *l.9.* intelligit de relegato: puta, ut Lysias relegatus fuerit non deportatus. Quia exilium etiam de relegatione dicitur, *l. mutus 73. ff. de jur. dot. l. 4. & 5. ff. de interdict. & relegat.*
E Tum quia relegatis in insulam pars bonorum adimitur, *d. l. 4. ff. de interdict. & relegat.* ut hic Lysiæ adempta fuerat. Tum quia Lysias pro ea bonorum parte, quam retinuit, Titio mansit obligatus, ab eoque conveniri potuit. At si deportatus fuisset Lysias, nullo modo teneretur, per deportationem tota obligatione extincta, *d. l. si debitori 47. ff. de fidejussorib. & mandat.* Idem vero Cujacius *lib. 15. observat. cap. 35.* & in *recitationib. Cod. ad tit. de exceptionib. in l. defensiones 11.* & in *recitationib. Cod. ad hunc tit.* hanc *l. 1.* accipit de deportato, quia Lysias exulare jussus erat. Exilium autem proprie est deportatio, *l. 2. ff. de public. judic.* Tum quia deportatus non solum partem bonorum ut relegatus, sed etiam omnia bona retinere potest, *d. l. relegatus 14. in fin. ff. de interd. & relegat.* Et quidem magis admitterem speciem hujus *l. 1.* potius de deportato, quam de relegato accipi oportere: quod suadent maxime verba illa, *fidejussorem jure pristino conveniri posse*. Id enim arguit, Lysiam contra non jure pristino, non ex antiqua obligatione conveniri potuisse; ut qui deportatus fuerat, cujusque obligatio per deportationem extincta fuerat. Etenim deportatus personam non habet, *l. quoties 14. §. 1. ff. de novation. & delegat.* in qua subsistat obligatio. Deportati mortuorum loco habentur, *l. 1. §. filium, ff. de bonor. possess. contra tabul.* & deportatio mortis loco est, *l. 5. ff. qui satisf. cogant.* Lysias igitur deportatus jure pristino conveniri non potuit, extincta obligatione per deportationem; sed tantum conveniri potuit utili actione, ob partem bonorum, quam retinuerat, *d. l. 14. ff. de interdict. & releg.* Et utili quidem actione tantum conveniri potuit: quia ad eas capitis deminutiones, quibus civitas amittitur, edictum Prætoris de capite minutis pertinet, *d. l. 2. ff. de capit. minut.* Quod si Lysias tantum relegatus fuisset, civitatem retinuisset; neque obligatio ejus extincta fuisset. Igitur dicendum est, potius Lysiam deportatum fuisse, quam relegatum. Non movet in contrariam sententiam, quod exilium dicitur de relegatione: nam magis proprie ad deportationem pertinet *d. l. 2. ff. de public. judic.* Nec quia pars bonorum Lysiæ adempta fuerat, ideo dicendum est, Lysiam fuisse relegatum: nec enim deportati tantum partem bonorum, sed & omnia bona retinere possunt, *d. l. 14. ff. de interdict.*
C *& relegat.* Denique Lysias deportatus, non quidem pristino jure conveniri potuit, sed utili actione; quia partem bonorum retinuerat. Ceterum, vel ex hac specie observari debet, legum species non temere ex tempore, sed accurata meditatione, & pensiculatis veluti ad aurariam staterain omnibus verbis, affingi oportere.

An omnia judicia fuerint extraordinarie, & an electo reo principali fidejussor liberetur.

CAPUT XVI.

IMP. GORDIANUS *in l. mandati 14. Cod. de fidejussorib. & mandatorib.*

MAndati actio personalis est; quæ si nomine fidejussoris, vel adversus debitorem, seu heredes ejus competit; Præses Provinciæ, quæ deberi competerit, reddi jubebit. Pignora etenim, quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt; si facta nominis redemptione, solutio celebrata est; vobisque mandatæ sunt actiones. Quod si factum est: ea quoque vobis persequentibus, adversus pignorum possessores extraordinariam jurisdictionem idem vir clarissimus impertietur.

CUJACIUS in recitationib. Cod. ad *l. 14. Cod. de fidejussorib. & mandatorib.*

Electio principalis sola, nondum secuta exactione, non est statim liberatio fidejussoris, *aut mandatoris; sicut nec electio unius ex fidejussoribus, vel mandatoribus, vel reis promittendi, liberatio est rei, aut correi, aut fidejussoris, aut alterius mandatoris ejusdem pecuniæ: id est*, non electio sola, sed exactio pecuniæ.

Idem CUJACIUS in not. Cod. ad *l. ult. hoc tit.* ait, petitionem pro exactione debere intelligi.

Idem CUJACIUS aliter in notis ad *lib. 2. sentent. Pauli, tit. 17. sub finem.*

Creditori est potestas eligendi cum quo agere malit, cum reo, an cum fidejussore: sed si reum elegerit, fidejussor liberatur. *Aliud est dicendum in mandatore; nam reo electo, mandator non liberatur.*

Et lib. 23. observat. cap. 25.

Idem confirmationem Sufficiani, qua est ult. in tit. de fideiussoriis. hoc erat differentia inter fideiussiones, & mandatores; quod non ex mandatoribus electio, sive cum ex substata, ceteri non liberantur, l. amissi, 5. ult. ff. de fideiussor. l. reos, C. eod. *non autem ex pluribus fideiussoribus electio ceteros liberat tunc : & substitus, quod electio res, mandatore non liberabatur*, l. 24. ff. de fideiussoriis. d. l. reos. At reo electo fideiussor liberabatur. *Paulus* lib. 11. sentent. tit. 17. in fine. *Electo, inquit*, reo principali, fideiussor, vel heres ejus liberatur.

